



**Ad Leonem X. Pontificem Maximum Resolutiones
disputationum de uirtute indulgentiar? [m]. reuerendi Patris, ac
Sacrae Theologiae doctoris Martini Lutheri Augustiniani
Vuittenbergensis. : Fratris patris Syluestri Prieratis ordinis
Praedicator? [m] Magistri sacri Palatij ad Martinum Dialogus.
R.P. Martini Luther ad eum Dialogum Responsio. Contra D.
Ioannem Eckium Ingoldstadiensem Sophisti cum argutatorem,
Apologeticae propositiones D. Andreae Bodenstein
Archidiaconi Vuittenbergensis. R.P. Martini Luther, Sermo de
poenitentia ; Sermo de indulgentijs. ; Sermo de uirtute
exco? [m]municationis ; Decem præcepta Vuittenbergensi
populo praedicata. Et alia quaedam.**

<https://hdl.handle.net/1874/428924>

AD LEONEM X. PONTIFICEM MAXIMVM.

¶ Resolutiones disputationum de uirtute indulgentiarū reuerendi Patris, ac Sacrae Theologiae doctoris Martini Luther Augustiniani Vuittenbergensis.

¶ Fratris patris Sylvestri Prieratis ordinis Prædicatorū Magistri sacri Palati ad Martinum Dialogus.

¶ R. P. Martini Luther ad eum Dialogum Responsio.

¶ Contra D. Ioannem Eckium Ingoldstadiensem Sophisti cum argutatorem, Apologeticę propositiones D. Andreæ Bodenstein Archidiaconi Vuittenbergensis.

¶ R. P. Martini Luther, Sermo de poenitentia.

¶ Sermo de indulgentijs.

¶ Sermo de uirtute excommunicationis.

¶ Decem præcepta Vuittenbergensi populo prædicata.

¶ Replica fratris Sylvestri Prieratis Ad Reuerendū P. Martinum Lutherium.

¶ Et alia quædam.

S AD CANDIDOS THEOLOGOS.

THABETIS hic Reuerendi patris Martini Lutherij Theologicas lucubrationes, quem pleriq; putant uelut Danielem quendam a CHRISTO tandem nos respiciente missum, ut abusus aliqui Theologis Euāgelicā, ac Paulinam Theologiam cum ueterum commentarijs iuxta negligentibus, & circa meras ampliationum, restrictionum, appellationum, ac uere paruorum logicalium nugas occupatis, in ecclesia sua natos hic coarguat. Atq; utinam omnes Theologos a Lethargo tandem expergesieri contingat, Vt omissis Fraternalibus somnijs, summis dictum oportuit, Euāgeliā cam philosophiam malint quam Aristotelicā, Paulinam quam Scoticā, ut deinceps Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Cyprianum, Athanasium, Hilarium, Basiliū, Io. Chrysostomum, Theophylactum, anteponant Lyrano, Thomā, Scoto, & cæteris opiniosis Scholā disputationibus, Vt CHRISTVM nō ad mundum trahant, quod tam passim facit Aquinensis ille Thomas, sed mundum ad CHRISTI doctrinam erudiant, Vt non aliud dicant in scholis dum agunt comedias, aliud domi, apud populum aliud, aliud apud amicos familiareis, Vt non faciliter de causa, aut etiam non causa, bonos uiros cum ipsis ineptire nolentes, hæreticos pronunciare conentur, quosdam Parrisiensis Scholæ Theologos imitati, qui Iacobum Fabrum Stapulensem eruditioñis & integratatis columnen, quod ineptam istam novi instrumenti uersionem adductis argumentis esse Hieronymi negasset, hæreſeos damnare uoluerunt, seipſos interim non citra academiæ totius ignominiam, aspud totum orbem & omnem forsan posteritatem imperitiae & insuſidie, atq; malignitatis notantes, Sed cogitent Scholasticas opiniones nequaq; fieri debere Christianorū onera, Cogitent mundū paſsim nunc emergentibus studijs resipiscere, Laicos non tam crassos q; fuerunt olim, CHRISTVM & Paulum in primis ament, sp̄ient, complectantur, & comperient quendam secus habentia quam Questionistæ hactenus docuerunt. Itaq; fratres tempus est nos a solo surgere. Bene Valeto candidi Theologi.

J. W. 161.

REVERENDO ET

VERE PATRI SVO IOANNI STVPI-
cio, Sacrae Theologiae professori Augustinianæ
familia Vicario F. Martinus Luther dis-
cipulus, Salutem & seipsum.



MINI REVERENDE PATER,
inter iucundissimas & salutares fabu-
las tuas, quibus me solet dominus IE-
S VS mirifice consolari, incidisse alis
quando mentionem, huius nominis
poenitentia, ubi miserti conscientiarum multarum,
carnificumq; illorū, qui præceptis infinitis eisdem-
q; importabilibus, modum docent (ut uocant) con-
fitendi, te uelut e cœlo sonantem excepimus, quod
poenitentia uera non est, nisi quæ ab amore iustitiae
& dei incipit. Et hoc esse potius principiū poenitens-
tiæ, quod illis, finis & consumatio censemur. Hæsit
hoc uerbum tuum in me, sicut sagitta potentis acuta:
coepicq; deinceps cum scripturis, poenitentiam do-
centibus, conferre. Et ecce iucundissimū ludum, uer-
ba undiq; mihi colludebant, planeq; huic sententiae
arridebant & assultabant, ita, ut cum prius non fues-
sit ferme in scriptura tota, amarius mihi uerbum, q;
poenitentia (licet sedulo etiā coram deo simularem,
& sicut coactumq; amore exprimere conarer) nunc
nihil dulcius aut gratius mihi sonet, quā poenitentia

M A R T I N V S L V T H E R

Ita enim dulcescunt præcepta dei, quando non in libris tantū, sed in uulneribus dulcissimi Saluatoris legenda intelligimus, Post hæc accessit, qd studio & gratia eruditissimorū uirorum, qui nobis Græca & Hebræa officiosissime tradūt, didici, idem uerbum

μετάνοια Græce Metancea dici, a meta & noein, id est a post resipiscētia & mentem, ut sit pœnitentia seu metancea, resipiscētia, & post acceptum damnum, & cognitum errorem,

μετανοεῖ resipiscere rem, intelligentia sui mali, quod sine mutatione affectus & amoris fieri est impossibile, quæ omnia Paulinæ Theologiae ita respondent apte, ut nihil ferme aptius Paulum illustrare possit, meo saltem iudicio

Denique profeci & uidi, Metancock, nō modo a post & mentem, sed a trans & mentem posse deduci (sit fane uiolentum) ut Metancock transmutationem mentis & affectus significet, quod non modo affectus mutationem, sed & modum mutādi, id est, gratiam dei uidebatur spirare. **N**am transitus ille mentis, id est, uerissima pœnitentia, celeberrimus est in sacris literis, ut quem phase illud uetus sum, olim significauit, CHRISTVS exhibuit, & longe ante Abraham quoque figurauit, quando transitor, id est, Ebraeus vocari coepit, traiectus, scilicet, in Mesopotamiam ut Burgen. docte docet, **H**uic & titulus ille psalmus concinit, ubi Idithun, id est, transiliens cantator inducitur. **H**is inhærens, ausus sum putare, eos falsos esse, qui operibus pœnitentiæ tantum tribuerunt, ut pœnitentiæ uix reliquum nobis fecerint, præter

AD IOANNEM STUPITIVM.

frigidas quasdam satisfactiones, & laboriosissimam
confessionem, latino scilicet uocabulo abducti, quod
poenitentiam agere, actionem magis sonet, q̄ mutationem
affectus, & Græco illi, Metanoin, nullo mo-
do satisfaciat. **H**æc mea, cum sic ferueret meditatio,
Ecce subito cœperunt circū nos strepere, immo clam-
gere, noua indulgentiarū classica, & remissionū buc-
cinæ, quibus tantū non ad strenuum belli studium/a-
nimareremur. **B**reuiiter, neglecta ueræ poenitentiæ do-
ctrina, adeo magnificare præsumplerunt, nō poeni-
tentiam, non saltem uilissimam eius partem, quæ sa-
tisfactione dicitur, sed eiusdem uilissimæ partis remis-
sionem, ut nunq̄ sit ita magnificari audita. **D**enicq̄
impia & falsa, & heretica docebant, tanta authoria-
tate (temeritate uolui dicere) ut qui uel contra muti-
ret, statim hereticus, igni deuotus esset, & æternæ
maledictionis reus. **E**go horū furori occurrere non
potens, statui modeste eis dissentire, & in dubiuū uoc-
care eorum dogmata, fretus om̄i doctorum, totius
q̄ Ecclesiæ sententia, quod etiam satisfacere melius
sit, q̄ satisfactionem remitti, id est, indulgentias redi-
mere, nec est ullus, qui aliter unq̄ docuit. **I**ta q̄ dispu-
taui, id est, summa, media, infima, omnia in malum
capitis mei irritauit, quantum per hos, pecuniarum
(heus animarū dicendum fuit) zelatores fieri ac per-
fici potest. Sic enim suauissimi homines, crassissima
astutia instructi, cum negare nō possint ea, quæ dixi:
singunt summi Pontificis potestatem laedi meis di-

MARTINVS LV. AD IOAN. STVPITIVM.

sputationibus. Hæc est causa R.P. quod ego nūc in
foeliciter in publicū prodeo, qui semper anguli ama-
tor sui, & ipse eligens spectare pulcherrimū nostro
seculo ingeniorū ludum, magis q̄spectari & rideri.
Sed(ut video) oportet & Corchorū inter olera vide-

Prouerbi
um
κόσχος
ζυλαχά
1018.
ri, & nigrū statui inter alba, decoris scilicet & Vene-
ris gratia. Rogo itaq̄, has meas ineptias suscipias,
& qua fieri potest industria, ad optimū Pontificem
Leonē decimū, transmittas, ut sint ibi mihi aduersus
studia malignantium, uice alicuius paracleti, nō quod
temihi cōiungi periculo uelim, meo solius periculo
hæc egisse uolo. Christus uiderit, sua ne sint an mea,
quæ dixi, sine cuius nutu, nec summi Pontificis ser-
mo, est in lingua eius, nec cor regis in manu sua. Hūc
enī expecto iudicem e Romana sede pronunciantē.
Caeterū, minacibus illis meis amicis, nihil habeo qđ
respondeā, nisi illud Reuchlinianū, Qui pauper est,
nihil timet, nihil potest pdere. Res nechabeo, nec cu-
pio. Famā & honorem, si habui, assidue nunc perdit
qui perdit. **V**nū lūpest imbecille & assiduis fatigatū
incōmodis corpusculū, qđ si qua ui uel dolo abstule-
rint (in obsequiū dei) forte una uel duabus uitæ ho-
ris me pauperiorem facient. Sufficit mihi dulcis re-
demptor & propitiator, dominus meus Iesus Chri-
stus, cui cantabo, q̄ diu fuero. si quis autem noluerit
cantare mecum, quid ad me: ululet, si libet, uel secum. I-
pse dñs Iesus seruet te in æternū mi pater sua uissime
Vuitenbergæ, die sanctæ Trinitatis, M. D. XVIII.

BEATISSIMO PA^R

TRI LEONI DECIMO PONT. MAXI
 FRATER MARTINVS LVTHER
 AVGVSTINI ANVS AETER
 NAM SALVTEM.



Vditum audiui de me pessimum, Beatissime Pater, quo intelligo, quosdam amicos, fecisse nomen meum grauissime coram te & tuis foetere, ut qui auctoritatem & potestatem clavium & summi Pontificis minuere molitus sim, inde haereticus, apostata, perfidus, & sexcentis nominibus, immo ignominij accusor. Horrent aures, & stupent oculi. Sed unicum stat fiduciæ præsidium, innocens & quieta conscientia, nec noua audio. Talibus enim insignibus & in nostra regione, me ornauerunt, homines isti honestissimi & ueraces, id est, pessime sibi concisi, qui sua portenta, mihi conantur imponere, & mea igit omninia, suas ignominias glorificare. Sed rem ipsam Beatissime Pater digneris audire ex me infante, & inculto. Cœpit apud nos diebus proximis, prædicari libileus ille indulgentiarum Apostolicarum, profectus adeo, ut præcones illius sub tui nominis ferrore, omnia sibi licere putantes, impensisima haereticaq; palam auderent docere, in grauissi-

M A R T I N I L V T H E R

num scandalum & ludibrium Ecclesiasticæ potestatis, ac si decretales de abusionibus quæstorum nihil ad eos pertinerent. Nec cōtentī, quod liberrimis uerbis hēc sua uenena diffunderent, insuper libellos ediderunt, & in vulgum sparserūt. In quibus, ut taceam insatiabilem & inauditam auaritiam, quam singuli pene apices olent crassissime, eadem illa impia & hæretica statuerunt, & ita statuerunt, ut Cōfessores iuramento adigerent, quo hæc ipsa fidelissime, instanssemeq; populo inculcarēt. Vera dico, nec est, quo se abscondant a calore hoc. Extant libelli, nec possunt negare. Agebantur tum illa prospere, & exuberantur populi falsis spēbus, & ut Propheta ait, Carem desuper ossibus eorum tollebant. Ipsi uero pinguisse & suauissime interim pascebantur. Num erat, quo scandala sedabant, scilicet terror nominis tui, ignis comminatio, & hæretici nominis opprobrium. Hæc enim incredibile est, quam propensi sint intentare, quādoq; etiam si in meris opiniosissimis suis contradictionem senserint, si tamen hoc est, scandala sedare, ac non potius mera tyrannide, schismata & seditiones tandem suscitare. Verum nihilo minus crebrescebat fabulæ per tabernas de auaritia sacerdotū, detractionesq; clausū, Summisq; Pontificis, ut testis est uox totius huius terræ. Ego sane (ut fateor) pro zelo C H R I S T I, sicuti mihi uidebar, aut si ita placet, pro iuuenili calore urebar, nec tamen meum esse uidebam, in ijs quicquā statuere, aut facere,

AD LEONEM X. PRAEFATIO 5.

proinde monui priuatim aliquot Magnates Ecclesiarum, **Hic** ab alijs acceptabar, alijs ridiculū, alijs aliud videbar. præualebat enim nominis tui terror, & censurarum intentatio. Tandem cum nihil possem aliud, uisum est, saltem leniuscule illis reluctari, id est eorum dogmata in dubium & disputationem uocare. Itaqꝫ schedulam disputatoriam edidi, inuitans tam doctiores, si qui uellent mecum disceptare, si cut manifestum esse, etiam aduersarijs oportet, ex præfatione eiusdem disceptationis, **Ecce**, hoc est incendium, quo totum mundum queruntur cōflagrare, forte, quod indignantur me unū, authoritate tua Apostolica Magistrum Theologiae, ius habere, in publica schola disputandi, pro more omnium Vniuersitatum, & totius Ecclesiæ, nō modo de indulgentijs, uerum etiam de potestate, remissione, indulgentijs diuinis, incomparabiliter maioribus rebus. **Nec** tamen multum moueor, quod hāc mihi facultatem inuideant, a tuæ B. potestate concessam, qui eis fauere cogor inuitus, multo maiora, scilicet, quod Aristotelis somnia, in mediis res Theologiae miscent, atqꝫ de diuina Maiestate, meras nugas disputant, contra & citra facultatem eis datam. Porro, quod nam satū urgeat, has solas meas disputationes præceteris, non solum meis, sed omnium Magistrorum, ut in omnem terram pene exierint, mihi ipsi miraculum est. **Apud** nostros & propter nostros tantum sunt æditæ, & sic æditæ, ut mihi incredibile sit, eas ab

MARTINI LUTHER

omnibus intelligi, disputationes enim sunt, non doctrinæ, non dogmata, obscurius, pro more, & emendaticas posita, Alioqui, si præuidere potuisset, certe id pro mea parte curassem, ut essent intellectu faciliiores. Nunc, quid faciam? Reuocare non possum, & miram mihi inuidiam, ex ea inuulgatione uideo conflari, intuitus uenio in publicum, periculosis simusq; ac uarium hominum iudicium, præsertim ego indoctus, stuipidus ingenio, uacuus eruditio,ne, deinde nostro florentissimo seculo, quod pro sua in literis, & ingenij felicitate, etiam Ciceronem cogere possit ad angulum, lucis & publici alioqui non ignavum sectatorem, Sed cogit necessitas, me anserem strepere inter olores. Itaq; quo & ipsos aduersarios mitigem, & desyderia multorum expleam, emitto ecce meas nugas, declaratorias mearum disputationum, emitto autem, quo tutior sim, sub tui nominis præsidio, & tuæ protectionis umbra, Beatissime pater, in quibus intelligent omnes, qui uolent, quam pure, simpliciterq; ecclesiasticam potestatem & reverentiam Clavium quæsierim & coluerim, simulq; quam inique & false, me tot nominibus aduersarij foedauerint, Si enim talis essem, qualem illi me uideri cupiunt, ac non potius omnia disputandi facultate, recte a metractata fuissent, non potuisset fieri, ut illustrissimus Princeps Fridericus Saxonie dux, Elector Imperij &c. hanc pestem in sua permitteret Vniuersitate, cum sit Catholice & Apostolice ueritatis

AD LEONEM X. PRAEFATIO 6.

tatis, unus facile amantissimus, nec tolerabilis suis
sem, viris nostri studij acerrimis & studiosissimis.
Verum, actum ago, quando illi suauissimi homines,
non uerentur mecum, & Principem & Vniuersitas
tem pari ignominia confidere palam. **Q**uare beas
tissime Pater prostratum me pedibus tuis Beatitus
dini offero, cum omnibus que sum & habeo. **V**iuifica,
occide, uoca, reuoca, approba, reproba, ut plas
cuerit, uocem tuam, uocem **CHRISTI** in te præ
sidentis & loquentis agnoscam. **S**i mortem
merui, mori non recusabo, **D**omini
enim est terra & plenitudo eius,
qui est benedictus in seculis
la, **A**men. qui & te
seruet in æterno.
nū, **A**men.

ANNO

M. D.

XVIII.

PROTESTATIO

R.P. MARTINI LVTHER AVGVSTI
NIANI VVITTBENBERGENSIS.

Quia hæc est Theologica disputatio, q̄ pacatores faciat antos, nudo disputationis textu forte offensos repetat hic denuo, ptestationē in scholis fieri solitā.

Primū ptestor, me prorsus nihil dicere aut tenere uelle, nisi qd, in & ex Sacris literis primo, deinde Ecclasticis patribus, ab ecclesia Romana receptis hucusq̄ seruatis, & ex Canonibus, ac Decretalibus Pontificij habet, & haberipotest. Quod si qd ex ijs probari uel improbari nō potest, id gratia disputationis dūtaxat, p iudicio rōnis, & experientia tenebo, semper tñ in his saluo iudicio oīm superiorē meorū.

Vnū illud addo & mihi uendico iure Christiane libertatis, quod opiniones B. Thomæ, Bona, aut aliorum Scholasticorum, uel Canonistarū, nudas, sine textu & probatione positas uolo pro meo arbitrio refutare uel acceptare, secundū consilium Pauli, Omnia probate, quod bonū est, tenete. **I**tsi scio quorundam Thomistarū sententiā, uolentiu B. Thomā ab ecclesia esse approbatū in omnibus. Cōstat satis quantū B. Thomæ ualeat authoritas. **H**ac mea protestatione credo satis manifestum fieri, quod errare quidem potero, sed hæreticus non ero, quantūlibet fremant & tabescant, ij qui aliter sentiunt uel cupiūt *

RESOLVTIONES

DISPV TATIONVM DE VIRT VTE

indulgentiarum Reuerendi patris ac lacræ

Theologiae Doct. Martini Luther Au

gustiniani Vuittenbergensis, ad

Leonem X. Pont. omnibus

modis summum.

CONCL VSIO PRIMA.

Dominus & magister noster IESVS CHRISTVS d-
cendo pœnitentiam agite &c, omnem uitam fidelium pœ-
nitentiam esse uoluit.

Hanc assero & nihil dubito.

Probo tamen eam, uel rudis ingenij causa, primo, ex ipso uerbo Græco Metanoite, id est pœnitentiā agite, quod rigidissime transferri potest, transmentamini, id est mentem & sensum aliū induite, resipiscite, transitū mentis & phase spiritus facite, ut scilicet nunc coelestia sapiatis, qui hucusq; terrena sapuistis, quod Apostolus Roma. xiij. dicit Renouamini nouitate mentis uestræ Quia resipientia fit, ut redeat prævaricator ad cor, odiatq; suum peccatum. Certum est autem, quod ista resipientia, seu odium sui, tota uita fieri debeat, iuxta illud, Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternā custodit eam. Et iterum. Qui nō accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Et ibidem. Non ueni pacem mittere, sed gladium. Matth. v. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et Paulus Ro. vi. & viij. alijsq; multis locis, iubet mortificare carnem, & membra, quæ sunt super terram. Et Gal. v. docet, carnem crucifigere cū concupiscentijs eius. Et. ij. Corint. vi. dicit. Exhibeamus nosmetipsos in multa patientia, in ieconijs multis &c. Hæc si late profero, tamquam cum eis agam, qui nostra ignorantia.

Ideo, secundo probo & ratione eandem. Quia Christus magister spiritus est, nō literæ, & uerba eius sunt uita & spiritus, ideo necesse est, ut eam doceat pœnitentiam, quæ in spiritu & uerita-

A

M. L. RESOLVTONES DE VIRTUTE IN

te agitur. Non autem eam, quam fortis agere possunt superbissimi hypocritæ, in ieunijs suis facies exterminantes, in angulis ostentantes, & cum tubis eleemosynam facientes. Nam inquam, doceat Christus oportet, quæ in omni uitæ genere agi potest, quæ rex in purpura, sacerdos in munditia, principes in dignitate nō minus possunt agere, quam monachus aut mendicus in suis ritibus & paupertate, sicut egerut Daniel & socij sui in media Babylonie. Omnibus enim hominibus, id est omnium conditioni debet conuenire doctrina Christi.

Tertio, per totam uitam oramus & orandum est, Dimitte nobis debita nostra, ergo tota uita poenitentiam agimus, & disponemus nobis. Nisi quis sit ita stultus, ut siste putet orandum sibi pro remittendis debitibus, uera enim sunt, & non contemnenda debita, pro quibus orare iubemur, etiam si sint uenialia, non tam nisi eis remissis, saluari possimus,

CONCLV SIO II.

Quod uerbum de sacramentali poenitentia (confessionis & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio celebratur) nō potest intelligi.

Hanc etiam affero & probbo.

PRIMO, quia poenitentia sacramentalis est temporalis, nec potest omni momento agi, alioquin assidue cum sacerdote loquendum esset, nec aliud quicquam agendum, nisi peccata confitenda, atq; satisfactionem impositam exequendam. Ideo non potest esse crux illa, quam Christus præcipit tollere, nec est mortificatio passionum carnis.

Secundo, sacramentalis est externa tantum, & prærequirit ueritatem, sine qua nihil ualerit. Sed hæc interna est, & sine sacramenti esse potest.

Tertio, sacramentalis potest esse ficta, hæc non nisi uera, & sincera esse potest. Quod si sincera nō fuerit, hypocritarum est, non ea quam Christus docet.

Quarto, de sacramentali poenitentia nullum habetur præceptum Christi. Sed est per pontifices & ecclesiam statuta (saltem quo ad tertiam sui partem, scilicet satisfactionem) ideo & mutabilis arbitrio ecclesiæ. Sed poenitentia euangelica, est lex diuina,

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 8.

nulla hora mutabilis, cum ipsa sit iugे illud sacrificiū, quod vocatur cor contritum & humiliatum.

¶ Quinto, huc pertinet, qd uno cōsensu doctores scholastici discernunt poenitentiā virtutis, a poenitentiā sacramentali, ponentes priam virtutē uelut materiā, seu subiectū poenitentiæ sacramenti.

C O N C L V S I O III.

CNon solam tamen intendit interiorem, immo interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes.

Et hanc assero & probo.

Primo. Ro. xij. præcipit Apostolus, Corpora nostra offerre hominam uiuentem sanctam deo placentem. Atq; id quomodo fiat secutus clare & late exponit, dum docet humiliter sapere, inuicem seruire, diligere, orationi instare, patientiā habere &c. Quo modo & ij. Corint. vi. ait. Exhibeamus nos metipos in multa patientia, in ieunijs & uigilijs &c. Sed & C H R I S T V S Matth. v. & vi. docet recte ieunare, orare, eleemosynas dare. Item alibi Quod supereft, date eleemosynam, & ecce omnia mūda uobis.

Vnde sequitur, quod illæ tres partes satisfactionis, ieinium, oratio, elemosyna, non pertinent ad sacramentalem poenitentiā, quo ad substantiam factorū, quia sunt de præcepto Christi, sed pertinent ad eam, quo ad certum modum ad tempus, secundum quod ecclesia ordinauerit, uidelicet quam diu sit orandum, ieunandum, dandum. Item quantum & quid orandum, quantum & quid non comedendum, quantum & quid dandum.

Verum ut sunt de euangelica poenitentia, ieinium habet in se omnes castigationes carnis, sine delectu ciborū, aut differētia uestium. Oratio uero omne studium animi meditando, legendendo, audiendo, orando, Eleemosyna uero, omne obsequium erga proximum, ut ita per ieinium sibi seruiat, per orationem deo, & per Eleemosynam proximo. Per primū uiuat cōcupiscentiam carnis, & uiuat sobrie & caste, Per secundū superbiū uitæ & uiuat pie, Per tertium concupiscentiam oculorum & uiuat iuste in hoc seculo. Quare omnes mortificationes, quas homo compunctus sibi infert, sunt de poenitentia interiore, tanq; fructus eius, siue sint uigilæ, labores, inopiae, studia, orationes, fuga sexus ac delitiatum, in quantum promouent spiritum.

A ij

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

C Secundo ipse me egit dominus, & omnes sancti eius cum eo
Sic Deniq^e præcepit, Luceat lux uestra coram hominibus, ut ui-
deat uestra bona opera. Nam sine dubio opera bona fortis sunt
fructus pœnitentiae & spiritus. Cum spiritus non faciat nisi uo-
cem turturis, id est gemitum cordis, radicem operum bonorum.

Adversus has tres meas conclusiones, quidam indignatus, &
sub pelle leonis incedens, posuit, deblateras errorem esse, si quis
uerbum illud pœnitentia negauerit, etiam de sacramento pœni-
tentiae intelligi. Primum, non est propositum meum singulas eius
propositiones confutare, quae sunt adeo insulsa & indocte co-
positae, ut mihi impossibile sit creditu, eas fuisse intellectas, tam
ab eo, cuius titulo uulgantur, quam ab eo, qui eas conflauit, quod
& cuiq^e mediocriter ingenioso & in scripturis eruditio, facile pa-
tet, tamen ut & eis ipsis suam inscitiam ostendam (si capaces esse
poterunt) hanc primam dijudicabo. Admitto sub nomine pœni-
tentiae posse intelligi, etiam lude pœnitentia, etiam dei pœni-
tentiam, etiam pictam. & (ut Logici solent) materialiter & secun-
do intentionaliter sumptam pœnitentiam, ideo & sacramen-
tum (id est satisfactionem). At quis negat hucusq^e Theologis qui-
busdam non paucis licuisse, totam ferme scripturam corrumpe-
re audacibus suis distinctionibus & amphiboliq*is* nuper con-
fictis, adeo ut pro Paule & Christo Paulo centonas & Christo
centonas legamus: Ego de germana & ppria uerbi locutus sum
significatioe, quam Christus in eo uerbo uoluit, aut saltem qua
Ioannes Baptista uoluit, qui non habuit autoritatem instituen-
di sacramenti, & tamen uenit prædicans baptismum pœnitен-
tiae dicens, Pœnitentiam agite. Quod uerbum Christus repetijs
ac sic nō de sacramento locutus fatis credo intelligitur. Tamen
est illorum somnium uerum, Videamus quid sequatur.

Christus sine dubio legislator diuinus est; & doctrina eius ius
diuinum, id est, quod nulla potest mutare aut dispensare potest.
At si pœnitentia in eo loco a Christo docta, significat pœnitentia
sacramentalis (id est, satisfactionem) & hanc potest Papa
mutare, & de facto mutat pro arbitrio suo, ergo uel Papa habet
in arbitrio ius diuinum, uel est in deum suum imp̄ssimus ad-
uersarius, irritum faciens mandatum dei. Quod si hoc audent asse-
re, qui ad laudem dei, & defensionem Catholice fidei, & sa-
cra-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 9.

etæ sedis Apostolice honoré, & pro ueritate reuelanda, & erro=ribus supprimendis gloriabantur se se disputare, deniq; si sibi hono=rant ecclesiam, tuerintq; fidem, qui terrifico & immaniter (pe=ne dixissem inaniter) iactato titulo, HAERETICAE PRÆA=VITATIS INQVISITORES uolunt uideri, quid que=so relictum est, uel insanissimis hæreticis, quo & ipsi Papam & sedem Apostolicam blasphemēt & criminentur. Hos ego nō inquisitores, sed iniustores hæreticæ prauitatis, libera uoce pro=nuntiarē. Tales & tam prudenter positæ sunt fere omnes con=clusiones, quas amplissima illa & innocētissima papyrus passim circumsevit, subiecta uanitati non uolens. Quas si omnes uellem cōsūtare, grandi uolumine opus foret, & totū penè chaos quar=ti Seritentiarum euoluendum cum suis scribentibus. Sed tu le=ctor esto liber & candidus, quo possis ex hac una discere omnes

CONCLV SIO IIII.

(Manet itaq; poena, donec manet odium sui (id est, pœni=tentia uera intus) scilicet usq; ad introitum regni cœlorum,

¶ Er hanc assero & ostendo.

PRIMO. Certa sequela tanq; corollarium sequitur ex dictis Quia si omnis uita est pœnitentia & crux Christi, non solum in uoluntarijs afflictionibus, sed etiam in tentationibus diaboli, mundi, & carnis, quinetiam in persecutionibus, & passionibus ut ex prædictis, ex scriptura tota, ex ipsiusinets sanctis sanctorum, & omnium martyrum exemplis patet, certum est quod crux il=la usq; ad mortem, & sic ad introitum regni durat.

Secundo illud pater etiam in alijs sanctis. Sanctus Augustinus Psal. viij. pœnitentiales sibi fecit scribi, & eos cum lachrymis ora=bat & meditabatur dicens, Etiam si Episcopus quicunq; iuste ui=xerit, nō debere tamen sine pœnitentia de hoc mundo eum di=scedere. Ita & Beatus Bernardus agonizans clamauit, Perdite ui=xi, quia tempus perdidisti, Nihil habeo, nisi quod scio, quia cor co=tritum & humiliatum deus non despicies.

Tertio ratione. Tam diu Crux illa pœnitentiae debet durare, donec secundū Apostolum destruatur corpus peccati, & pereat uettustas primi Adæ cum sua imagine, & perficiatur nouus Ad=am ad imaginem dei, sed peccatum manet usq; ad mortem, licet

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

quotidie minuatur per renouationem mentis de die in diem.

Quarto, saltem pena mortis manet in oībus, timor etiā mortis, certe pena oīm penarū, & ipsa grauior morte, in plurimis, ut taceā de timore iudicij & inferni, de tremore cōscientiae &c.

C O N C L V S I O V .

Papa non uult, nec potest remittere ullas poenas, præter eas, quas uel suo, uel Canonum arbitrio imposuit.

H A N C dispuo, & doceri humiliter peto, & ut in p̄fatiōe rogo, ita adhuc rogo, manū porrigit q̄ pōt., & mea motiva at-tendat. Primo colligamus ḡm̄ p̄cenarū, quas fideles p̄nt pati.

Prima est æterna, gehenna dominatorum: de qua nihil ad propositum. Certum est enim, quod hac nec in summi, nec intimi Pontificis potestate est, ut omnes in tota ecclesia tenent, quam solus deus per remissionem culpæ remittit.

Secunda est purgatoriij, de q̄ infra uidebimus in sua cōclusiōe, in-

terim accepimus nō esse ea in potestate P̄otifícis, aut ullius hōis.

Tertia, ipsa uoluntaria & euangelica, de qua supra dictum est, quod eam operet p̄cūnitia spiritualis, secundum illud. i. Cor. xi. Si nos ipsos indicaremus, non utiq̄ iudicaremur a dño. Hęc est crux illa & mortificatio passionū, ut supra Cond. iij. Cum aut hęc sit præcepta a Christo, & de essentia p̄cūnitiae sp̄uialis ac oīno de necessitate salutis, nullo modo est in potestate ullius sacerdotis, neq; ut augeat, neq; ut minuat. Non enim ex arbitrio p̄det hōis, sed ex gratia & spiritu, immo hec pena minus est in potestate Papæ, q̄ omnes alia p̄cūnæ cuiuscūq; noī sunt. Si quis in demæ æternæ, purgatoriæ, afflictuæ, saltē oratione potest tollere a pud deū, sicut pōt gratia iustificantē impetrare peccatori. Hanc aut nō potest tollere, nec oratiōe quidē. Quin potius eam debet impetrare peccatori & imponere. i. imposita nuntiare, non mis-nus q̄ gratia impetrat, alioquin evacuaret crucem Christi, & reliquias Cananæorū copularet filijs & filiabus suis, & hostes dei (idest, peccata) nō occideret ad internicionē, nisi uideret aliquos nimio seruore plus sele affligere, q̄ expediret, eorū saluti, & aliorum necessitatē. Tunc non solū remittere, sed prohibere debet, si eccl. sanctus Paulus Timotheo dicit. Noli adhuc aquā bibere &c.

Quarta est Caſtigatoria, & flagellatio dei. de qua Psal. lxxxix.

Si autem peccauerint filii eius, & legē meā nō custodierint, uisitabo
 in uirga iniuitates eorum, & in uerberibus hominum peccata eorum.
Hanc poenam extra manū esse Pontificū quis dubitat? Quan-
 doquidem sese innocentibus eam dicit imponere Hierem. xl ix.
 Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bi-
 bent, & tu quasi innocens relinqueris. Non eris innocens, sed
 bibens bibes. Et eiusdem. xxv. Ecce in ciuitate, in qua intocatū
 est nomen meum, ego incipio affligere, & uos quasi innocen-
 tes eritis: nō eritis innocentes. Inde B. Pe. i. Pe. iiiij. Nunc tempus,
 inchoandi iudicium a domo dei, quod si primū a nobis, quis
 finis eorum, qui non credunt Euangelio. Apo. iiij. Ego quos a-
 mo, castigo. Et Heb. xij. Flagellat autem omnem filium, quem
 recipit. **Q**uod si summus pontifex hanc remittere uellet, aut pe-
 ccator remitti crederet, certe futurū est, ut adulterini & spuriū fie-
 rent. ut Heb. xij. Si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt
 omnes, ergo adulteri & non filii estis. Hanc enim Ioan. Bapt. &
 sanctissimi pertulerunt. **A**dmitterem tameū per orationes ec-
 clesiae posse tales aliquas pro infirmis tolli, scilicet morbos, aegri-
 tudines, pestes, febres, sicut B. Iacobus docuit presbyteros eccl-
 esiae induci, & ungi infirmum, ut dominus eum alleuiet infirmū
 propter orationem fidei. Et quid moror: quasi ulli Christiano
 dubium sit, flagella dei non potestate clavium, sed lachrymis,
 & oratione tantummodo posse tolli, & magis per impositio-
 nem aliarum poenitentiarum, q̄ per remissionem. Sicut Niniuitæ p-
 penitentias suas humiliiter sese affligentes meruerunt auertere
 flagellum subuersionis eis intentatum. **A**lioqui si sacerdos ec-
 clesiae siue summus siue infimus, potest hanc poenam potestate
 clavium soluere, pellar ergo pestes, bella, seditiones, terrēmotus,
 incendia, cædes, latrociniā, stem Turcas & Tartaros, aliosq; infi-
 deles, quos esse flagella & uirgam dei, nemo nisi parum Chris-
 tianus ignorat. Dicit enim Isa. x. Ve Assur uirga furoris mei &
 baculus ipse est. In manu eius indigatio mea. Licet plurimū
 & h̄dem magni in ecclesia, nihil aliud somnient q̄ bella aduers-
 sus Turcam, scilicet non contra iniuitates, sed contra uirgam
 iniuitatis bellaturi, deoq; repugnatui, qui per eam uirgā sese
 uisitare dicit iniuitates nostras, eo quod nos nō uisitamus eas.
Quinta est Canonica poena, scilicet ab Ecclesia constituta.

M. L. RESOLVATIONES DE VIRTUTE IN

Hanc esse plenaria iure in manu summi Pontificis, non est dubium, sic tamquam subsit (ut aiunt) iusta causa remissionis earum & clavis non erret. **V**erum ego (mea temeritate) illam iustam causam non ita rigide acciperem, ut multi solent. Sufficere enim videtur pia uoluntas Pontificis, atque haec satis iusta sit causa. nec video quomodo in hac remissione error clavis contingat, aut si contingit, quid noceat, cum nihilominus salua sit anima, etiam si poenae eiusmodi per errorem non remitterentur. **I**llud magis aduertendum, quod summus Pontifex in remissione plena ria, nec omnes Canonicas poenas remittit, quod patet, quia non remittit ingressi seu intrusionem quorundam in monasterium, quae tamen poena non incelebris est in Canonibus, sed nec Civiles, seu potius criminales poenas a iure civili infictas, licet id legati faciant alicubi ubi personaliter sunt praesentes. **V**is detur ergo solum eas remittere, quae de ieuniis, orationibus, elemosynis, alijsq; laboribus, & disciplinis impositae sunt, aliae ad septennium, aliae minus, aliae plus. Et in ista poena comprehendo etiam, quae arbitrio suo imponit sacerdos ecclesie. **N**unc itaq; uide & doce me qui potes. Quatuor priores non potest remittere, quae aliam remittit nisi canonicam, & arbitriam. **I**terrum hic Leonte illa mihi oggannit, remitti quae a iustitia diuina exigitur, uel in purgatorio est luenda. **Q**ui & ego respondeo imp̄issimū esse sentire, quod Papa habeat potestatem mutandi ius diuinum, & id relaxare, quod iustitia diuina reflexit. **N**on enim dicit, Quodcumq; ego ligauero tu solues, sed quod tu solues, solutum erit. Non autem omnia ligata solues, sed, a te ligata duntaxat, non a me ligata. Illi uero sic intelligunt, Quodcumq; solueris sine in cœlo sine in terra, solutum erit, cum Christus in terra addiderit, dedita opera restringens clauem ad terram, futurum sciens, quod perforatur alioquin essent omnes cœlos.

Adversariū uocat leontem hoc ē pelē le leonis, quae græcis λεοντή dicitur. **N**ota est de asino fabula. **S**exta est, Quam uolo singere donecaliter erudiat, quam illi dicunt secundum iustitiam diuinam requiri, ut satisfiat iustitiae diuinæ. **H**æc autem si est alia a tercia & quinta (sicut oportet, si debet sexta esse) non potest uel imaginari, nisi quod ubi tercia & quinta non essent satis, tunc ipsa imponeretur, scilicet plus orationis, ieuniij, elemosynæ. Ac sic solo intentionis gradu distaret a quinta uel tercia, **N**on enim potest intelligi poena ciuilis, quia

x augmentationis

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 11.

hanc(ut dixi) non remittit, alioquin literæ indulgentiarum tollerent omnia patibula, & carnificinas per ecclesiam. Sed nec potest intelligi pœna canonica per iudicium contentiosi fori de facto imposta, quia nō remittit excommunicationes, interdicta aut ulla censuras ecclesiasticas infictas, ut patet satis ad experientiam, restat ergo quam modo fingere me dixi. **Sed quod illa** nulla sit, ut mihi ipsi persuadeo. //

Primo quod nulla auctoritate scripturæ, doctorum, Canonum, ratione probabili potest doceri, talem esse aliquam pœnam. & uehemeter absurdum est in Ecclesia aliquid docere, cuius nec in scriptura nec doctoribus neq; Canonibus, neq; saltem rationibus potest causa dari.

Secundo, quod si etiam esset talis pœna aliqua, nō tamen ad remissionem Papæ pertineret, cum sit uoluntaria & ultra canones imposta, immo nō imposta, sed sponte suscepta, quia est a lia ab ijs, quæ imponuntur, ut supra dictum in pœna quinta.

Quod si dices, Quomodo tunc satissieret iustitia diuinæ, si quomodo Canonicae uel sacerdotiales nō essent satis? Respondeo, abunde satis sit per tertiam & quartam, secundum mensuram quam nouit deus. Neq; enim legitur uspiam deus aliquam requisiuisse, nisi tertiam aliquando & quartam, ut in David & filiis Israel in lib. Iudicum & Regum. Sed fere semper contentus est corde cōtrito & pœna tertij generis. **E**t hinc ego miror quotundam negligentiam, qui, ut satisfactionem astruant, dicunt, Christum absoluisse adulteram illam in euangelio sine satisfactione, Mariam uero Mag. non sine satisfactione. **E**t ideo in Maria non in adultera imitandum esse dominum, ut sine satisfactione nulli remittatur peccatum. Nam nec leprosos mundauit, nisi imposito, ut satisfaccerent legi, & ostenderent se sacerdoti. Hæc ergo est illa pœna, quā iustitia diuina requirit ultra iam dictas? **S**ed respondeo. Ista adultera (meo iudicio) plus pœnarum tulit q; Maria Magdalena, & magis satisfecit, Nempe iam mortem patiebatur, non aliud uidens, nisi durissimum iudicium, ideo mire cruciabatur, & dolebat longe plus quam Maria, cui iudicium mortis non imminiebat. Ideo de quarta specie & tertia fuit eius pœna, quia flagellū mortis tulit in corde contrito. Maria uero Magdalena in tertia specie pœnas luebat, neq; potest doce-

B

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

ti alia fuisse eius poenam, ut patet. De leprosis uero dico, quod non ad satisfactionem ostendere se iussi sunt, sed ad testimonium. Non enim erat lepra peccatum, sed significabat peccatum. Ostensio autem peccati non est satisfactione, sed iudicium querit sacerdotis, ut haec nota sunt satis.

CSecundo probo conclusionem sic. Illae duæ potestates ligandi & soluendi sunt æquales & sup eandem materiam. Sed summus Pontifex nullam habet ligare & imponere poenam, præter Canonica seu quinta, ergo nec ullam soluere & tollere. Aut dicendum, duas illas potestates esse inæqualis latitudinis. Quod si hoc dicit, nemo tenet credere, quia nullis scripturis, canonibusq; probatur, cum sit clarus textus. Vbi Christus ligare super terram, & soluere super terram dedit, æqualiter utramq; mensurando & extendendo.

Tertio extra de poe. & re. lib. v. c. Quod autem expresse dicit, remissiones eis non ualere, quæ non fuerint ab eorum iudice factæ, cum nullus ligari aut solui possit a non suo iudice. Sed certum est quod homo non est sub iurisdictione Papæ in i. ii. iii. iiiij. vi. poenis, sed tantummodo in qua, ut clare patet, & magis infra patebit.

Coroll. Sequitur.

Quod si satisfactione sacramentalis non dicitur, quia pro culpa satis facit simpliciter (quis, pro culpa satis facit, tercia & quarta pena) sed quia pro culpa secundum statuta ecclesiæ satisfactione. Maxime enim deo satisfactum per nouam uitam &c.

SED PER SCRIPTVRAS quoq; probandum est, non requiri aliquam satisfactionem pro peccatis. **H**ic adest Ioannes Baptista, qui in hoc missus secundum propositum, atq; decretum dei, ut poenitentiam predicaret, qui & dixit, Poenitentia agite. Et iterum, Agite itaq; dignos fructus poenitentie, quæ uerba ipse exposuit, cum interrogantibus turbis quid ficerent, respondit, Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui escas habet, similiter faciat. Nonne uides quod pro poenitentia non nisi obseruantiam præceptorum dei imposuit, atq; ideo poenitentia, non nisi conversionem & mutationem nouæ uitæ intelligi uoluit?

Sed darius. Ecce uenerunt publicani & dixerunt, Magister quid faciemus. At ille dixit, Nihil amplius quam quod constitutum est uobis, faciatis. Numquid hic dixit, oportet uos satisfacere pro præteritis peccatis? **I**tem militibus dixit, Neminem con-

DVLGENTI ARVM AD LEONEM X. P. M. 15.

tutatis, nemini calumniam faciat, & contenti estote stipendiis
is vestris. Nunquid hic aliud quam praecepta dei communia imposuit
Quod si hic penitentiae doctor a deo in hoc ipsum institutus
non docuit nos satisfactionem, nimis rursum fecellit nos, nec satis
docuit penitentiae officium.

Secundus Ezechielis. xviiij. Si conuersus fuerit impius ab im-
pietate sua & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuer & non mo-
rietur, ecce nūl nisi iudicium & iustitiam imponit, quæ tota uita
facienda sunt, iuxta illud, Beati qui faciūt iudicium & iustitiam
in omni tempore. Etiam hic ergo nos fecellit:

Tertius, Micheas vi. Indicabo tibi o homo, quid sit bonū, &
quid dominus requirat a te, utique facere iudicium, & diligere mis-
ericordiam, & ambulare sollicitum cum deo tuo. Vides quid
requirat ab homine deus pro satisfactione, denique premitens ir-
tidet eos, qui per opera satisfacere volunt d. **Q**uid dignū offerā
domino? Nunquid ei offeram holocausta, & uitulos an-
nūculos? Nunquid placari potest in millibus arietum, aut in mul-
tis millibus hircorum? Nunquid dabo primogenitū meum
pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?
q. d. non, quia deus pro peccato nulla talia requirit, sed iudicium,
& misericordia, & timorem, ut dictum est, id est, nouam uitam

C O N C L V S I O VI.

Papa non potest remittere ullam culpā, nisi declarando &
approbando remissam a deo, aut certe remittendo casus re-
uatos sibi, quibus contemptis, culpa prorsus remaneret.

P R I M A pars est tam manifesta, ut etiam confessi sint quida
esse impropriam orationem, quando papa dat remissionem cul-
pæ. Alij uero se non intelligere, omnes enim confitentur a solo
deo remitti culpam secundū illud Esaiæ xljj. Ego sum, ego sum
ipse, qui deo iniurias tuas propter me, & peccatorum tuos
rum non recordabor. Et Ioan. iiiij. Ecce agnus dei, ecce qui tollit pe-
ccata mundi. Et Psal. cxxix. Si iniurias obseruaueris domine
dñe quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est. **E**t infra, Apud
dominū misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse
redimet Israel ex omnibus iniuriatibus eius. **E**t psalmo. L. Cor-
inthus dicit in me deus &c. Multa alia in scrip. Et B. Augusti

M. L. RESOLV TIONES DE VIRT VTE IN

nus cōtra Donatistas tam frequētibus operibus nihil aliud agit/
quam quod a solo deo remittuntur peccata.

CSecunda pars similiter satis patet. **Q**uiā qui contemneret ca-
sus reseruatos, certe non remitteretur ei ulla culpa. Qui uos sper-
nit, inquit, me spernit, immo nullus uenit remissa culpa a deo,
nisi simul secum portet reuerentiam clavium.

Hanc conclusionē, quia omnes ueram concedunt, non est ne-
cessē, ut mea assertione firmetur. **H**ic tamē signabo, quē me mo-
uent, & iterum confitebor ignorantiam meam, si quis dignēt
me erudire, & hanc rem planius elucidare. **P**rimo circa primā
partē, uideat esse ista oratio uel sentētia improppria, & euāgelico
textui incōgrua, quando dicitur sumimum pontificem soluere
(id est, declarare solutam) culpam, seu approbare. **T**extus enim
non dicit, Quodcūq; ego soluero in ccelis, tu solues super terrā
sed contra, Quodcūq; tu solueris super terram, ego soluam, seu
solutum erit in ccelis, ubi magis intelligitur deus approbare so-
lutionem sacerdotis, quam contra.

Secondo circa secundam partem, certum est, quod quos ca-
sus soluit Papa, eosdem soluit & deus, nec potest quis deo recō-
ciliari, nisi reconcilietur prius ecclesiæ, saltem uoto. Nec offensa
dei tollitur, manente offensa ecclesiæ. **S**ed queritur. Vtrum res
conciliatus ecclesiæ, mox sit etiam reconciliatus deo? **T**extus cer-
te habet, quod om̄ia soluta in ecclesia, sint & in cœlo soluta. **S**ed
non uideatur hinc sequi, quod ideo omnia sint simpliciter solu-
ta in cœlo, sed ea diu taxat, quæcunq; in ecclesia sunt soluta. **N**ec
sunt patui pōderis hæ duæ quæstionēs meo iudicio, de quibus
forte in conclusionē sequenti meum iudicium latius aperiam.

CONCL V SIO.

VII.

CNulli prorsus remittit deus culpam, quin simul eum sub-
iñiat, in omnibus humiliatum sacerdoti suo uicario.

Chanc affero, nec eget disputatione aut probatiōe, tanto om̄i
consensu approbata, sed in eius intelligētia adhuclaboro. Et ut
imeum sensum stultus primo dicam, quia ista cum sua preceden-
te conclusionē id asserunt, Quod deus non remittat culpam, ni-
si sit prior remissio sacerdotis (saltem in uoto) sicut clare textus
sonat, Quodcūq; ligaueris &c. Et illud Matt. vi. Vade prius recō-

ciliari fratri tuo, & tuncueniens offeres manus tuum. Et illud, Reddite cæsari quæ sunt cæsaris, & quæ sunt dei deo. Et oratio dominica, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In quibus omib[us] omnino prior remissio in terra significatur, quam ea quæ est in cœlis merito queritur, quomodo ante gratiam infusam (id est, ante remissionem dei) hæc fieri possint. Cum sine gratia de primo remittente culpam nec uotū remissionis querendæ habere possit homo. **Hic ita dico & sapio.**

R. Quando deus incipit hominē iustificare, prius eum damnat, & quem uult ædificare, destruit, Quem uult sanare percutit, quem uiuiscare, occidit. Sicut, i. Reg. ij. & Deutero. xxxij. dicit. Ego occidam & uiuiscabo &c. Hoc aut̄ facit, quando hominem conterit, & in sui suorumq; peccatorum cognitionem humiliat, ac tremefacit, ut dicat miser peccator, non est pax offi- bus meis a facie peccatorum meorum, Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Sic enim montes fluunt a facie domini. Sic mittit sagittas suas, & conturbat eos, ab increpatione tua domi- ne, & ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Sic conuertuntur peccato- res in infernum, & implentur facies eorum ignominia. Quam conturbatione, & quassationem sepius expertus David multis eam in diuersis psalmis constetur gemitis. In ista autem con- turbatione incipit salus, Quia initium sapientiae timor domini. Hic dominus (ut ait Naum i. Mundans) neminem facit innocen- tem, & in tempestate & turbine uiae eius, & nebulæ puluis pe- dū eius, hic alludent fulgura eius, uidet & mouet terra, hic sa- gittæ eius transeunt, & infiguntur, & uox tonitrui eius uoluitur id est, rotatur, uident aquæ & timent. Hic deniq; operatur opus alienum deus, ut operetur opus sum, hæc est uera contritio cor- dis, & humiliatio spiritus gratissimum deo sacrificium, Hic est mactata uictima in membra consissa, & pelle detracta, in hol- caustum incensa. Et hic infunditur (ut uocat) gratia, sicut ait Isa. xli. Persequetur eos, transbit in pace. Et lxvi. Super quem requi- escet spiritus meus, nisi super quietum & humilem trementem sermones meos. Et Ezechias Isa. xxxvij. Domine sis sic uiuitur, & talibus uita spiritus mei, corripies me, & uiuiscabis me. **V**e- rum tunc adeo ignorat homo sui iustificationem, ut sese proxi- mu putet damnationi. Nec infusionem gratiae, sed effusionem

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

ire dei super se, hanc putet esse. Beatus tamen si suffert hanctem
tationem, quoniam cum se consumptum putauerit, grietur si-
cut Lucifer. ¶ Stante autem hac misera sua conscientiae confusio-
ne, non habet pacem, neque consolationem, nisi ad potestatem
ecclesiae consurgat, suisq; peccatis, & miserijs per confessionem de-
fectis, postulet solatum, & remedium, neque enim suo consilio
uel auxilio sese poterit pacare, immo absorberetur tandem tristi-
tia in desperationem. Hic sacerdos talem uideris humilitatem,
& compunctionem, de fiducia potestatis sibi ad faciendam mi-
sericordiam traditam, plenissime presumat, & soluat, solutumq;
pronuntiet, ac sic pacem ei conscientiae donet. ¶ Absoluendus ne-
ro omni studio caueat, ne dubitet, sibi remissa esse apud deum
peccata sua, sitq; quietus in corde. Nam & si praesuæ conscientiae
confusione, sit incertus (sicut regulariter oportet fieri, si compun-
ctio uera est) tamen stare tenetur, alterius iudicio, non propter i-
psum prælatum, aut potestatem eius ullo modo, sed propter uer-
bum Christi, qui mentiri non potest dicendo. Quodcumq; solue-
ris super teram. Fides enim huius uerbi, faciet pacem conscientiae,
dum iuxtrallud sacerdos soluerit. Qui uero pacem alia via
quererit, utputa experientia intus, hic certe deum uidetur tentare
& pacem in re, non in fide uelle habere. Tantum enim habebis
pacis, quantum credideris uerbo promittentis, quodcumq; solue-
ris &c. Pax enim nostra Christus est, sed in fide. Quod si quis
huic uerbo non credit, etiam si millies millies absoluatur a Papa
ipso, & toti mundo confiteatur, nunquam erit quietus.

¶ Haec igitur est illa dulcissima potestas, de qua summas gratias
ex imo cordis agere debemus deo, qui talem dedit potestatem
hominibus quæ est unica consolatio peccatorum, & infelicium
conscientiarum, si modo Christum uera promisso credant.
¶ Ex istis nunc patet quod supra querebatur, scilicet quod licet
remissio culpæ fiat per infusionem gratiæ ante remissionem sa-
cerdotis, Talis tamen est infusio gratiæ, & ita sub forma iræ ab-
scindita (siquidem uestigia eius non cognoscuntur psalm. lxxvi.)
Et semita in pedibus eius non appetet Ila. xl.) ut homo incertior
sit de gratia cum fuerit ipsa præsens, quam cum est absens, ideo
ordine generali non est nobis certa remissio culpæ, nisi per iudi-
cium sacerdotis, nec per ipsum quidem, nisi credas Christo pro-

quia

mittenti. Quodcumq; solueris &c. Donec autem nobis incertum est, nec remissio quidem est, dum nondum nobis remissio est, immo periret homo peius nisi fieret certa, quia non crederet sibi remissionem factam. **Sic** Christus de Maria Magdalena ad Simonem leprosum dixit. Remittuntur ei peccata, quo utiq; significavit gratiam ei iam infusam. Sed hanc infusionem ipsa non cognovit, nondum erat pax ossibus suis a facie peccatorum suorum, donec ad eam conuersus diceret, remittuntur tibi peccata tua. **Fides** tua te saluam fecit (scilicet quia credidit remittenti.) Ideo sequitur, uade in pace. **E**t adulterae illi, iam remissa erant peccata, antequam Christus se erigeret. At non illa hoc cognovit cum tollerarent circum eam accusatores, donec audiret uocem sponsi eius. Nemo te condemnauit mulier: nec ego te condemnabo. **E**t David certe cum peccasset, & a propheta Natan fuisset reprehensus ex mandato dei, mortuus fuisset subito, quando operante in eo gratia iustificationis exclamauit, peccavi(haec est enim uox iustorum seipso primo accusantiū) nisi statim uelut absoluens **Natan** dixisset, Dominus quoq; transstulit peccatum tuum, non morieris. Quare enim addidit, non morieris, nisi quia videbat eum terror peccati sui conquassari & deficere. Ezechias quoq; audito quod moreretur, fuisset mortuus, nisi rursus ab Esaiā consolationem acceptisset, & signum intrandi templum, cui credens, simul & pacem, peccatorū remissionem obtinuit, sicut ait, Proiecisti post tergū tuum omnia peccata mea. Et omnino in uete, testamento. **Q**uomodo fiducia eorum de misericordia de ac remissione peccatorū potuisset consistere, nisi deus nunc apparitionibus, nūc inspirationibus, nūc oblationū incensionibus, nūc nebule ostensionibus, & alijs signis, ostendisset sese gratum habere, quicquid operarentur: quod nūc uult fieri uerbo & iudicio sacerdotum. **R**igitur Remissio dei, gratiam operatur, sed remissio sacerdotis pacem, quæ & ipsa est gratia & donum dei, quia fides remissionis & gratiae plentis. **E**t hanc meo sensu dicerem esse eā, quā nostri doctores dicunt, per sacramenta ecclesia efficaciter conferri. Non aut ipsam primā iustificantē, quā ante sacramentū oportet adesse in adultis. **S**ed ut Rho. i. dicit. Fides in fidē, oportet enim accedentem credere. At baptisatū oportet etiā credere se recte credisse & accessisse, aut pacem nunq; habebit, quæ non nisi ex fide

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

habetur. Non ergo prius soluit Petrus q̄ Christus, sed declarat & ostendit solutionem. Cui qui crediderit cum fiducia, uere obtinuit pacem & remissionem apud deum (id est, certus sit se esse absolum) nō rei, sed fidei certitudine, propter infallibilem misericorditer promittentis sermonem, Quodcumq; solueris &c. Sic Rho. v. Iustificati gratis per gratiam ipsius, pacem habemus ad deum per fidem, non utiq; per rem &c.

Quae si recte & uere sapio, Non est falsum neq; improprium (ut illi uolūt) dicere, quod Papa remittat culpam, imo remissio culpe est incomparabiliter melior q̄ remissio quarumcumq; poenam. Licet hanc ita solam prædicens, ut remissionem culpe fecerint nullam esse in ecclesia, Cum cōtra potius sit. **V**bi em homo per remissionē culpe, quā sibi p̄si dare nequit, cū nemo sibi p̄si credere debeat, nisi qui malit ex una turbatione duas facere per fidem absolutionis acceptā pacatus fuerit, omnis poena ei nulla poena est. Conscientiae enim confusio facit molestā poenam. Iucunditas uero cōscientiae optabilem facit p̄cenam. **E**t hanc intelligentiam in populo, de potestate clauium uidemus abundare, qui simplici fide querunt & accipiunt absolutionem. Doctiores uero quidam, suis nituntur sese contritionibus & operibus, atq; confessōibus facere quietos, & nihil aliud agunt, qd de inquietudine in inquietudinem eunt, quia in se & sua confidunt, cum si sentirent conscientiae malum, deberent Christo credere dicenti, **Q**uodcumq; solueris &c. **A**d hoc autē conscientiae malū, Theologi recentiores nimis feliciter cooperantur, dum sacramentum p̄nitentia sic tractant, & docent, ut populus dicat per suas contritiones, & satisfactiones confidere se peccata sua posse delere, **Q**uia uimissima præsumptio nihil aliud potest efficere, q; ut cum haemorrhoussa Euangelica, cōsumpta in medicos tota substans, peius & peius habeat. Fides primo in Christum, gratuitum remissionis largitorem docenda erat, & despectatio propriæ contritionis, & satisfactionis persuadenda, ut sic fiducia, & gaudio cordis de misericordia Christi firmati, tandem hilariter odirent peccatum, & contererentur, & satisfacerent. **N**ec lustristre eiusdē carnificinæ segnes sunt authores, qui dum nimio studio extollunt potestatem Papæ, plus fecerunt aestimati, & mirari potestatem Papæ, q; uerbum Christi honorari sive,

Cum docendi sint homines, ut non in potestatem Papæ, sed in uerbum Christi Papæ promittentis confidere discant, si modo uelint esse pacari in conscientijs suis. Non enim quia Papa dat aliquid habes, sed si credideris te accipere, habes, tantum habes, quantum credis, propter promissionem Christi.

TNisi autem potestas Clauium sic ualeret ad pacem cordis, & remissionem culpe, tum uere (ut aiunt quidam) uilificarentur indulgentie. Quid enim magni confertur, si remissio poenaru confertur, cum Christianorum sit, etiam mortem confemnere.

TItem cur dixit Christus. Quorum remiseritis peccata, remittetur eis, nisi quod non sunt remissa ulli, nisi remittente sacerdote, credit sibi remitti. Ideo in uerb. Quorum remiseritis peccata, confertur potestas, sed in uerbo remittuntur eis, prouocatur peccator ad fidem remissionis. Sicut & in uerbo. Quodcumq; solueris, potestas datur. In uerbo, soluta erunt, fides nostra excitatur poterat enim dicere. Quorum remiseritis poenas uel vindictas, si uoluisset id intelligere. Sed sciuit quod conscientia iam iustificata per gratiam, sua trepiditate euomeret gratiam, nisi succurreretur ei per fidem de gratiæ præsentia ministerio sacerdotis, immo peccatum maneret, nisi remissum crederet. Non enim sufficit remissio peccati & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissam. **H**ithoc est testimonium, quod reddit spiritus dei spiritui nostro, quod sumus filii dei, quia esse filium dei, est tam absconditum (cum appareat sibi esse hostis dei) ut nisi creditur ita esse, non possit esse. Sic enim mirificat dominus sanctos suos, quod nemo sustineret manum iustificantis & medentis, nisi credit eum iustificari & mederi. Sicut medicus corporis incidens infirmum, non creditur id studio medendi facere ab infirmo, nisi boni amici persuadeant ei.

TSive ergo sacerdos sit causa sine qua non, sive alia remissionis peccatorum, noncuro, dum uerum esse aliquo modo constet sacerdotem remittere peccata & culpam. Sicut amicis infirmi uere imputatur sanitas, dum sua suadela effecerunt, ut crederet infirmus cœdenti medico.

Ne hic oportet cogitare, quid si sacerdos erraret: quia non in sacerdote, sed in uerbo Christi inititur remissio illa, ideo sive sacerdos id faciat lucri uel honoris causa, tu modo optes remissio-

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

nem sine fictione & credas promittenti CHRISTO, imo etiam si ex leuitate absolueret, adhuc obtineres pacem ex fide tua, sicut baptismum, seu eucharistiam dat, siue ille lucrum querat, siue leuis, ac ludens sit, tua fides plenū accipit, tanta res est uerbū CHRISTI, & fides eius. Nam legim⁹ inter gesta martyrum quēdam mimū, ioco imo illudendo baptisimū, baptizari uoluisse, & inter baptizandū cōuersum, uere baptizatum a suis collusoribus gentilibus, & statim martyrio ab eisdē coronatū.

D. Gereſius.

Irem S. Athanasius puer, pueros baptizauit, quos episcopus Alexandrię postea baptizatos iudicauit, ut in Eccl. histo. Et B. Cyprianus, pacē a quo dā episcopo Therapio datam præpropere, reprehendit quidē, sed ratam esse uoluit. Igitur fide iustificamur, fide & pacificamur, non operibus, neq; pœnitentijs, aut cōfessionibus.

Circa hanc sextam & septima condusionem, Leonte illa nostra cum gloria triumphat, imo de me cantat encomiū ante uistoriam. Et ex sentina illa opinionum, aliam distinguit poenā satiassiuam, & uindicatiuam, aliam medicatiuam, et curatiuam quasi necesse sit hæc uel somniantibus credere, quanq; cora populo hanc distinctionem prudentissime cælant, ne uilescant indulgentiæ, uel potius lucra, si populus intelligeret tam modicas & steriles uindicatiuas (id est, confictas) remitti poenas. Deinde ut notum faceret omnibus, se se nescire, quid sit uel uetus uel nouum sacerdotium, introducit aliam uerborum caliginē, & distinctionem clauium, alias authoritatis, alias excellentiæ, alias ministeriales. Adeo nihil nouerunt etiā MAGISTRI NO-
S T R I eximij hæretica prauitatis inquisitores, & catholice fidei defensores, nisi quod ex laciniosis, & prærancidis questionibus quarti Sententiarū suixerunt, uolentes forte, quod quicquid Christus soluerit clauibus excellentiæ in cœlo (nam in terra non soluit ipse) solutum erit insuper cœlo apud dēum. **R**ursum ut & deus sit pontifex, alius singendus est deus superior, apud quē sit solutū, quicquid ipse soluerit clauibus authoritatis insuper cœlo. Sed faceant nugæ, unas nouimus claves, tantum in terras traxditas. **I**am quod inferūt, **E**rgo errat, qui dicit, sacerdotem nouæ legis tantum approbando, & declarando soluere, hoc enim Iudaici erat sacerdotij. **O** acumen ingenij, & pōdus ingens eruptionis, dignissimi plane uiri, qui inquirat hæreticos, & defen-

dant catholicam fidem, sed aduersus lapides & ligna. Quanto
rectius Apostolus Paulus sacerdotium uetus afferit constitisse, in iur-
dicandis leprosis, in iustificationibus, & mundicijs carnis, in cie-
bo, & potu, & uestitu, & festis diebus &c. Quibus ut figura si-
gnificat sunt iustificationes in spiritu, & mūndiciae cordis, quas
ministerio noui sacerdotij operatur in ecclesia Christus. Quan-
tum igitur sextam cōclusionem ipse nō posui ex animo, ut dixi
ibidem, sed quia alij sic sentiunt. tamen quia nec ipsis aduersarij
cum omnibus suis magistris, usq; hodie possunt ostendere, quo
modo sacerdos remittit culpas, nisi hæreticā illam, sed usitatam
sententia proferant, qua dicitur, sacramenta nouae legis iustifica-
tem gratiam dare illis, qui nō ponunt obicem, cum sit impossibi-
le, sacramentū conferri salubriter, nisi iam credētibus, & iustis
& dignis. Oportet enim accendentem credere, deinde non sacra-
mentū, sed fides sacramenti iustificat. Ideo quicquid blaterent o-
piniosi sophistæ, uerosimile est, qd sacerdos nouae legis declarat
dūtaxat, & approbat solutionē dei (id est, ostendit) & hac osten-
sione & iudicio suo quietat conscientiā peccatoris, qui eius iudi-
cio tenetur credere, & pacē habere. Quomodo uetus sacerdos
quietabat eos, quos corpore uel ueste mūdos iudicabat, cum tñ
ipse nullū posset mūdere, nec seipsum, Quod eñ ille in corpori-
bus, hoc iste in cōscientijs operatur. Et sic respondet spiritus lite-
re, & ueritas figure. Et expecto hos catholicae fidei defensores,
quō sine prauitate hæretica aliter possint exponere clauiuū uitutē

C O N C L V S I O VIII.

Canones poenitentiales solum uiuentibus sunt impositi,
nihilq; morituris secundum eosdem debet imponi.

Hanc disputo, & si multi sunt, qui mirentur eam esse dubiā.

PRIMO probatur per illud Ro. vii. Lex dominatur in ho-
mine, quanto tempore uiuit, &c. Quod cū Apostolus de lege di-
uina interpretetur, multo magis uerū est de lege humana, unde
ibidem dicit, Cū mortuus fuerit uir eius, soluta est mulier a lege
uiri, Multomagis ipse mortuus est solutus a lege uxoris uiuen-
tis. Arguit enim a minori Apostolus, si uiuus soluitar per mor-
tem alterius, multomagis ipse mortuus, per quem soluit uiuus.

Secundo, leges canonice sunt alligatae circumstantijs tem-

M; L: RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

poris, loci, personarū, sicut omnes aliae leges positivæ, dis. xxix.
(ut omnibus notum est) de solo enim uerbo Christi dictum est,
In æternum domine permanet uerbum tuum, in seculum secu-
li ueritas tua. Et iustitia eius manet in seculum seculi, uerbum au-
tem & iustitia hominum, manet ad tempus duntaxat, quare il-
lis mutatis cessant & leges. Nisi dicendum est, quod uastata ciu-
itate, adhuc ipse locus desertus, teneatur ad omnia, quæ prius fa-
ciebat ciuitas, quod est absurdum.

Tertio, si ius cogit, etiam cum uiuentibus dispensare, & legē
mutare, quando legis conditio cessat, uel in peius uergit, cum
(ut Leo papa dicit) nō debeat contra charitatem militare, quod
pro charitate statutum est, ita certe quod contra unitatem, pa-
cem, &c. cœperit militare, quantomagis morituris leges sunt
tollendæ, cum nō solum cesset ibi conditio legum, sed ipse quo-
que, cui & cuius conditionibus positæ fuerunt.

Quarto, ex ipsis uerbis legis, in quibus exprimuntur clare dies
& anni, iejunium, uigilæ, labores, peregrinatiōes &c. quæ ma-
nifestum est esse huius uitæ, & per mortem cessare, ubi homo
longe in aliam uitam migrat, ubi nec ieuniat, nec plorat, nec co-
medit, nec dormit, ut qui non haber corpus. Inde Ioannes Ger-
son, damnare audet indulgentias titulo multorum millium al-
norum donatas, ut mihi miraculum sit, quid nam acciderit ha-
reticæ prauitatis inquisitoribus, ut hunc uel mortuum nō com-
bussent, qui contra morem omnium stationū urbis, tum ma-
xime contra usum effusoris illius indulgentiarum Sixti quarti,
tanta fiducia pronuntiat, ut etiam moneat prælatos officia sua,
in ijs corrigendis, atq; protidens, fatuas & superstitiones ap-
pellans titulationes talium indulgentiarum &c.

Quinto, respiciendo ad intentionem latoris canonum, quos
certum est, ne cogitasse quidem, ut eiusmodi canones impone-
rentur morituris, Finge enim nos interrogare pontificem tales
serentē, quos intelligis o pater in lege tua: uiuos aut mortuos?
Quid respondebit nisi, immo uiuos: quid enim cum mortuis
agere possum, qui egressi sunt forum meum?

Sexto, crudelissime faceret sacerdos Christi, si non relaxaret
fratri, sicut sibi uellet fieri, & non est causa/quare nō debeat, cum
sit in eius potestate.

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 1A.

¶ Septimo, si canones poenitentiales manent mortuis, eadem ratione & ceteri omnes. Celebrant ergo, agant festa, & ieunia & uigilias, dicant horas canonicas, non comedant oua, lac, carnes certis diebus, sed tatum oleum, pisces, fructus, legumina, in duant uestes pullas, uel candidas pro differentia dierum, & alias onera grauissima, quibus nunc premitur misera illa, olim liberatima ecclesia C H R I S T I. Nec enim illa est ratio, quare aliqui cessent canones propter tempus, & non omnes. Quod si cessant illa, quæ tamen sunt bona & meritoria ad uitam, cur non magis afflictiva illa & sterilia, atq; impeditius. An hic etiam permutationem nobis fungimus, ut sicut alias poenas pro illis proportionatas patiuntur, ita & alia opera illis proportionata ibi de faciunt, ut nihilominus dicendi sint, legere horas canonicas?

¶ Octavo. De facto infirmis corpe, & si non sunt morituri, tolluntur Canones tam poenitentiales, q; Morales. Sacerdos enim infirmus, non tenetur orare, celebrare, deinde alij quoq; nec ieunare, nec uigilare, nec a carnibus, ouis, lacte abstinere. Suntq; omnia non modo libera, imo prohibita, quæ prius erant sanis præcepta. Alioquin cum eos iam manus domini tangat, dicere tur eis, Quare me prosequimini sicut deus, & carnibus meis (id est, infirmitatibus) saturamini. ¶ Arguo itaq;. Canones sunt impositi non infirmis, sed sanis & ualentibus, ergo multo minus mortuis, sed uiuentibus. Aut si morituri & mortui non sunt liberi, cur infirmi etiam non eisdem premuntur & uexantur: de niq; recepta sanitate non tenentur repetere omissa in infirmitate, quomodo ergo credentur post mortem repetendi, aut soluendi Canones? ¶ Sed hic dicunt quidā. Quid si quis sanus impositas poenitentias omiserit, & postea moriturus confiteatur: uia detur quod tales omnino necesse sit in purgatorio soluere, etiā si aliæ non imponendæ sint, aut non imponantur. Respondeo quod nequaq; quia per talē omissionē nihil est factum aliud, & quod contra præceptum ecclesiæ peccatum est, de quo dolendum est, non deniq; repetendum ac implendum pro præterito sed pro futuro tatum. Sufficit diei malitia sua, crastinus sollicitus erit sibi. Quod si præcepti transgressio ullius esset repetenda, ut nulla maneret, maxime id in dei præceptis fieri deberet. Sed est impossibile, ut adulterium non sit factum omissæ castitatis.

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

Nono. Quicunq; maiorem pœnam subit q; sibi imposita est, huic merito & naturali iure remittuntur minores, sed moriturus subit ultimam summam & maximam pœnarum scilicet mortis. Quare præsente morte, omnis alia debet tolli, cum uix ullus sufficiat huic soli pœnae. Et iterum finge, coram legislatore moriturū se se ad mortem offerentem, an nō ille suas statim retractabit.

Decimo. Illustres quidā in ecclesiā doctores dicunt, quod Christianus quilibet sit ditissimus, quia per mortem uoluntariam potest omnia soluere & statim euolare, cum nihil sit maius uoluntaria morte propter deum suscepta, ergo frustra **Canones** illicē seruantur. Huius sententiæ sunt **Vuilhel.**, **Path.**, **Gerson.** & sequuntur eos, non irrationalis multitudo.

Vndeциmo. Si mors satis pœnarū non est, nisi mortuus & **Ca-**
nones ferat, ergo **Canonū** pœna, maior erit mortis pœna, quippe quæ ultra mortem durat. & fiet iniuria morti Christianorū: de qua dictum est, **Preciosa** in conspectu dñi mors sanctorū eius,

Duodecimo. Finge peccatoſe rapi, & in ipſa cōfessione Christi statim subire martyrium, anteq; canonibus satiffecit (ut de sancto Bonifacio martyre legitur) Hunc ergo remorabitur purgatorium, ne sit cum Christo. Et fieri oretur pro Martyre in ecclia: At omnis uoluntarie moriens (de hoc enim loquimur, id est, de Christiano) etiam pro uoluntate dei moritur.

Tertiodecimo. Cur nō Civiles quoq; leges post mortem manent soluendæ, cū & ipſae ligent corā deo & in cœlis, nō sua uirtute, sed Christi, & Apostolorū Petri & Pauli, qui tradūt ex animo, & ppter cōſcientiā illis subjici oportere, q;as sic ē uolūtas dei.

Quartodecimo. **Canones** cessant, quādo laicus pœnitens mutat statum, scilicet in sacerdotium, aut sacerdos in episcopatum, aut in monachatum. Et haec cessatio fit in hac uita, & non cessat in mutatione mortis. Quid absurdius?

Quintodecimo. Quod talis sententia, de **Canonibus** post mortem soluēndis, prorsus nullam habet authoritatem scripturæ, canonum, aut rationis probabilis, sed uidetur sola inertia & negligētia sacerdotum introducta, sicut & multa alia superstitione.

Decimosexto. Ad hoc habemus exempla patrum antiquorū, & certe unus Cyprianus uel rigidissimus ecclesiasticarum censuratum & disciplinarū obſeruator, is tamen Epis. xvij. lib. iiij. præ-

tipit pacem dādam ijs, qui periculo mortis sunt obnoxij, ut ad dominum cum pace ueniant, facta confessione sua uel presbytero uel diacono, ut ibidem dicit. At datio pacis illa nihil est, quā id quod nunc remissio plenaria uocatur, ut patet intuenti.

Concludamus ergo, quod Canones non nisi uiuentibus, nec ijs nisi sanis & ualentibus imponendi sunt, ipso non nisi pigris & qui sponte sua melius agere nolunt. Hæc certe non tam late produxissem, si non scirem, quosdā nimis tenaciter asserere contrarium, quod tamen nulla uia probare possunt. Nam si cum ingeniosis & eruditis uellem agere, melius tacerem quā loquerer.

At hic dicat aliquis. Sic dicere, est nimis uilificare indulgentias si solum Canonice poenæ, nec omnes tamen, nec nisi huius uitæ remittuntur. Respondeo. Præstat uiles fieri indulgentias, quā crucem Christi euacuari, & melius est uiles habere indulgentias: quam aliquid in ecclesia docere, quod fictionis possit argui in ecclesiæ confusionem. Ego sane libera fronte confiteor atq; pro-tector, me non magnopere curare indulgentias, quo ad remissionem poenarum (in qua illi sola gloriantur) sed maxime uenerior, amplector, gratulor in eis, quo ad remissionem culpar, secundum sensum meum supra positum, quā illi nullam esse putant.

Huic octauæ obijicitur pugio unus plumbeus, quod uidelicet in iuribus inuenitur, etiam mortuos excōmunicari, ut præ cœris testatur. c. A nobis extra de sen. ex. Quam timebam ne etiam inueniri dicerent poenas sensibiles, & satisfactiones infligi mortuis. At bene est, quod tantum excōmunicari dixerūt mortuos ita & absolvi mortuos, nemo est qui negat. Sed quid ista absolutio ad remissionē poenarū? Hæccine est illa subtilissima dialectica, sine qua docent non fieri Theologū: forte in quinta figura tener illa consequentia. Aliquis absoltitur ab excōmunicatione ergo remittuntur ei poenæ satisfactoriæ: ut quid ergo passim indulgentias profundunt, si absoltus a peccato, mox etiā remissionem habet poenarum? Si aut̄ absolutis adhuc remanet satisfactoriæ, quomodo ergo absolutio mortuis prodest aut tollit poenam? Igitur futile est iste syllogismus, quod sicut excōmunicatione sese extendit ad mortuos, ita & remissio poenarū. Immo ut ipsimet iuristæ dicunt, Excommunicatio mortui, mortuo nihil interfert, sicut absolutio nihil cōfert, sed omnia hæc nobis fiunt in

M. L. RESOLVTONES DE VIRTUTE IN

terrorem, nisi quod nō pro tali publice oratur. Non plus igitur ille patitur a tali excommunicacione q̄ pateretur domus uel uestis si excommunicaretur, sic rursus nihil plus iuuatur absolutoriōe. Sed quiescam deinceps confutare contradictiones istas garrulas, cum nihil in se contineant q̄ opiniones scholasticas, nec in scripturis, nec ecclesiasticis patribus, nec Canonibus fundatas. Semper em̄ petit principiu, aut si hoc nō facit, more iratarum muliercularū saltē blatterat hæc uerba, Errat, furit, insanit, Error, errare. In his em̄ uerbis summa sapietiae & scientiae suæ constituta uult uideri

CONCLV SIO IX.

Inde bene nobis facit Spiritus sanctus in Papa, excipiendo in suis decretis semper articulum mortis & necessitatis.

CUSTA Conclusio magis est probatio præcedentis, Certum est enim, quod si articulos necessitatis temporalis summus Pontifex uult exceptos, multo magis necessitatē æternam. Ad quā homo per mortem uadit, cum infirmus aut impeditus legitti-
me, solū temporali impotentia teneatur. Quin etiā si qua sum-
mus Pontifex nō excipit necessitatem, tñ excepta nō minus in-
telligitur. Cū necessitas nō habet legē. At mors necessitas necessi-
tatū, impedimentū impedimentorū oīm ultimū & maximū est.

CONCLV SIO X.

Indocte & male faciunt sacerdotes ij, qui morituris pœni-
tentias Canonicas in purgatorium referuant.

CE T H A E C quoq̄ corollarium manifestum est conclusionis viij. Et certe sunt nonnulli, qui mirentur, si hæc fiant a sacerdoti-
bus. At utiq̄ fiunt. Cum uero id sit, plus obedientiam Canonū q̄ obedientiam vocantis dei ponderare, & uiliora Canonum opera præferre precio preciosissimæ mortis Christianorum, ne-
scio, si illi rectæ fidei regulæ teneant, qui tali imbuti sunt opinioē

Secundo, Id notum est, & insignibus authoribus celebre in Ecclesia, si quem deus hominē in medijs ipsis operibus obedientiae ecclesiastice ad ecstasim raperet, uel singularem illuminationem, tenetur homo tum opus intermittere, & obedientiam ecclesiæ relinquere, & deo obsequi magis q̄ hominibus. Simmo dicunt in ipsis horis canonicis attentionem uerborum debere

omitti, contra præceptū ecclesiæ, si qua attriserit cœlestis illustratio & affectio. ¶ Si ergo in ijs uocationibus feriant̄ leges ecclesiæ, quomodo non feriantur in uocatiōe & ecclasi tam magna scilicet mortis: Nisi forte stultorū sequi oportet multitudinē, q̄ in operibus suis ceremonialibus ita hæret, ut manifestam obedientiam dei & hominū propter illa sēpius postponant, & res ste sibi fecisse uideant̄, si illa tantum, cetera uero nunc̄ fecerint. ¶ Tertio. Esset sane ecclesia tum satis impia in deum, si scilicet eum in suo foro refineret inferiori, quem deus iam ad suum tribunal supremū uocat. Aut quando pat̄ summus Pontifex, res um tenerilege, iuribusq̄ fori inferioris Episcopi aut plati, post q̄ uocatus est suo foro fistis an ipse id a suis inferioribus requirit: quod ipse homo suo deo superiori nō permittit: Claudit ergo manum dei homo, & homo non potest claudere homini: Ab sit. At certe si morituro imponit Canones, clarū est quod eum secundum suum forum iudicat & punit. ¶ Hæc sunt itaq̄ ferme uiginti rationes, quæ me mouerunt (ut spero) nō temere dubitare de materia illa canoniarum pœnarum, cum in contrariam partē nulla sit authoritas, nec Canon, nec ratio, nec uniuersalis usus ecclesiæ, sed abusus quorundam tantummodo.

CONCL V SIO.

XI.

¶ Zizania illa, de mutanda poena Canonica, in poena purgatoriū, uidentur certe, dormientibus episcopis, seminata. ¶ HIC rogo, nullus existimet me calumniā R. Episcopis struere, quod dixerim eos dormiuisse. Euangeliū, non mea sunt uerba, nisi quod ibi non ponitur nomen episcoporum, sed hominum. Certum est tamen, quod per homines intelligit Maiores & rectores Ecclesiæ, nisi per tropologiam, uniuscuiusq̄ spiritū, & mentē super corpus suū acceperis. Igitur pontifices ecclesiæ, ista quidem nō docent, quia (ut dixi) nullus Canon, nullum statutum ex illis habemus, unde id possit doceri. Frustra itaq̄ labo tant, quidā Canonistæ, dum nituntur ostendere, quales sint illi anni dies, quadragenē in purgatorio, cum uere nulli sint, aut saltem esse non probet. Sed error inde uenit, quod non aduertunt Canones esse in tempore huius uite statutos, & super terram ligantes, sicut qui mutat municipium, & iura quoq̄ municipi.

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

lia simul. **Q**uod si quid debet, prius cogitur satisfacere, q̄ mutare. Igitur morituri prorsus nihil est imponendum, neq; remittendi sunt ad purgatorium cum residuo poenitentiae (ut Gerson in aliquo loco afferit) sed magis (ut idem melius alibi sapit) ad mortem constanter & uolenter pro uoluntate dei suscipiendam.

Hic uidendum commentum illud & futile cauillum, quo uelut puellulos terrete larvis cupiunt, dicentes, quia sacerdos ignorat mensuram contritionis absoluendi, ideoq; forte non imponit tantam satisfactionem, quantam iustitia diuina requirit, quare necesse est & huic uel proprio opere, uel indulgentijs satisfieri.

Primū uide, ut nuda sua uerba pro oraculis sonent, sine ullā probatione, cum tñ Prophetā dicat, Non faciet deus uerbū, nisi si reuelauerit secretū suū ad seruos suos Prophetas. Nec est credibile, cū deus noster sit, qui docet nos utilia, sicut per Prophetā loquitur, non etiā hanc suæ iustitiae exactionem alicubi reuelarit.

Deinde nesciqtan sic dicentes, deum uelint usurariū aut mercatorē facere, ut qui non remittat gratis, nisi ei uelut precium reddatur, satisfactione. An forte uolunt, ut cum iustitia dei tractemus de nostris peccatis, coram qua nullus iustificatur homo.

Tertio. Si id ita est, cur ergo Papa plenarie absoluit, cum eque ignorat mensuram contritionis, nec ipse potest supplere contritionis imperfectionem: perfecta autem eius absolutione non est. Nec habet alterius generis potestatem quam aliis sacerdos, sed alterius quantitatis, quia ipse omnium peccata, alijs aliqua remittunt, & quantam satisfactionem illi in aliquibus, tantam ipse in omnibus potest remittere, nec amplius. Alioquin monstrum esset ecclesia ex diuersi generis potestate constituta.

Quarto. Et ecclesia primitua ignorabat contritionis mensuram & pondus spirituum, nihilo tamen minus remittebat plenarie peccata post peractam poenitentiam, quam satisfuisse, non potuit scire, iuxta horum sententiam.

Quinto. Iterum somniū procedit ex eo, quod remissionem peccatorum non super fidem & uerbum miserentis Christi, sed super opus currentis hominis ædificant, quia satisfactionem plenariam dari non posse singunt, nisi perfecte contritis, quorum nullus est in hac uita. **E**t tamen concedunt eam dari a Papa, etiā imperfecte contritis.

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 20.

Sexto. Si iustitia dei aliquid requirit, iam extra manum est ecclesiæ, quæ nihil habet mutare, quod deus nult aut imponit. Stat enim firma sententia, Consiliū meum stabit, & uolutas mea siet.

Eadem ratione & illud cōfutatur, quod alij dicunt, pœnas Canonicas esse declaratorias pœnarū a iustitia diuina requisitarū. Primū illud non probatur, ergo eadē facilitate conténtur. Si declarat, ergo impossibile est, ut relaxet ecclesia easdē, quia non imposuit, sed impositas a deo declarat. Aut dicere cogētur, qđ uerū Christi sic sit ordinandū. Quodcumq; ego ligauero, tu solues.

C O N C L V S I O XII.

Olim pœnae Canonicae, non post, sed ante absolutionem imponebantur, tanquam tentamenta uerae contritionis.

Iterum probat octauam hęc duodecima, quia Canonicae pœnæ adeo sunt temporales, ut finem sui habeant ipsam absolutionem. Cum autem nullus moriturus non debeat absoluī (ceteris paribus) patet, quod nō imponendæ, sed etiam imposta & imponendæ, sunt potius relaxanda. Quod si mos ille priscus ecclesiæ hucusq; fuisset seruatus, nō fuisset error iste natus. Nunc uero cū absolutione pœnas, factū est, ut in absolutionis iniuria non absoluī remittant in morte, & rem in morto faciant similimā, dū absoluendo nō absoluunt, & absoluū eadē uoce ligat.

Primo probatur concl. ex primo usu solemnis pœnitentiae, in Canonibus descriptæ, cuius uel exemplū uel reliquū uestigium adhuc agitur in homicidij pœnitentia. Cur enim hic uiuentem absoluunt a pœna, & non remittunt eum ad alias in uita agendas, qui tam rigidi sunt in moriturose?

Secundo, Sic Beatus Hieronymus scribit Fabiolam suam absolucionem. Sic B. Ambrosius suum Theodosium absoluīt. Deniq; apud nullum frequentius id legitur, qđ apud gloriosum martyrem Cyprianum lib. iiij. epistolarum suarū. Item in Ecclesiastica & tripartita historia. Item apud Dionysium in Ecclesiastica Hierarchia status pœnitentium, & energumenorū describitur. In ijs omnibus uidemus, non fuisse receptos tunc ad gratiam & absolucionem peccatores, nisi peracta pœnitentia.

Tertio, Neq; Christus absoluīt Mariam Magdalenam, & adulteram nisi post lachrymas, unctionem, & uehementissimam &

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN
humillimam afflictionem.

Quarto. Sic Legimus Gen. xlij. Ioseph fratres suos multis af-
flixisse temptationibus, ut exploraret, an uere essent erga se, & Be-
niamini affecti, quo cognito reuelauit se eis, & ingratia recepit.

CONCL VSIO XIII.

Morituri per mortem omnia soluunt, & legibus Canonū
mortui iam sunt, habentes iure earum relaxationem.

Hæc condudit prædicta & satis patet. Eset enim hæc res mi-
ra satis, si moriturus soluitur ab omnibus operibus, rebus, legi-
bus, hominibus, insuper ab ipsis legibus dei, scilicet ubi præcipi-
tur Eleemosyna, oratio, ieumium, crux, labor, & quicquid per
corpus geri potest, deniq ab ipsis sanctæ dilectionis (que nunc
excidit sola) operibus erga proximum, & solæ rerum sunt Ca-
nones, a quibus non possit solvi. Tum Christianus miserabilior
erit cunctis gentibus, puta, quem etiam mortuum uexent leges
uiuorum, cum ipse potius talis sit, ut etiam inter mortuos esse
debeat liber per Christum in quo uiuit.

Colligamus nunc tandem Epilogum, ut uideamus quantis
remittuntur poenæ per indulgentias **Sextuplex hominum ge-**
nus mihi uidetur exceptum, quod non egeat indulgentijs. **Pri-**
mo mortui seu morituri. **Secundo** infirmi. **Tertio** legitime im-
pediti. **Quarto** qui non cōmiserunt crimina. **Quinto** qui cri-
mina, sed non publica cōmiserunt. **Sexto** qui meliora operan-
tur. Ostendemus hæc & faciemus saltem uerisimilia.

Primum, qd forte maxime mouet, scilicet qd publicis crimini-
bus solū necessariæ sunt indulgentiae, ut sunt adulteria, homi-
cidia, usuræ, fornicationes, ebrietas, rebelliones &c. Tales enim
si fuerint occulti, ad Canones nō uidentur pertinere. **Pri-**
mo, qd Canones statuunt publicas poenitentias, nec habet ecclesia iudi-
care foris de occultis. **Secundo**, qd peccatum occultum, sicut nō
debet publice puniri, ita nec eget publice remitti, sed indulgentiae
sunt remissiones publicæ, & in facie Ecclesiæ sunt, ut patet, imo
sunt nōnulli, qui nōnihil distare putant inter indulgentias publi-
cis Bullis concessas, & priuatim in foto conscientia donatas.

Tertio, Occultis peccatis non est offensa ecclesia, sed solum
modo publicis, ideo non tenentur ad poenitentiam publicam,

ut resarciant scandala, & rursum edificeant quod destruxerunt.

Quarto, Et nunc iurisconsulti non dominant publice criminosi, nisi fuerint iure notorii, tolerates factio notorios, quorum sententia certe non reprobo, neque erronea mihi uidetur, cum nulli licet alterum iudicare, dominare, despicere quantumlibet peccatore, nisi potestate habuerit iudicandi super eum, ne dicatur ei, Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Negligentia tamquam charitatis reprehendenda est tum praelatorum, tum subditorum, quod notorios factio sicut libere agere, nec curat, ut sint notorii iure, secundum illud preceptum Christi, dic ecclesia, si ecclesiam non audierit &c.

Secundo, Credo omnibus patere, quod solu pro criminibus imponant penae Canonicae, ergo indulgentias si sunt remissiones Canonum, non nisi criminosis sunt utiles. Ideo qui communianta agunt, quae sine peccatis uenialibus non agitur, non habent opus uenientia, Maxime cum nec debeat institui pena uenialibus, Timo nec consideri teneantur, multo minus uenias redimere opus habent. Alioquin esset necesse, penas Canonicas ab omnibus omni tempore ferri, cum nemo (ut dixi) sine uenialibus uiuat. Atque amplius loquar, nec pro omni peccato mortali sunt ueniae redimendas, quod sic ostendo. Nemo certus est, se non semper peccare mortaliter, propter occultissimum superbiae uitium. Si ergo super omni mortalitate starent Canonicae penae, non esset tota uita fidelium, ultra crucem euangelicam, nisi etiam canonicarum penarum carnificina. Quare & semper redimendas essent indulgentias, atque nihil aliud agendum. **Quod** si hoc absurdum est, patet, indulgentias non esse nisi super peccatis a Canonibus punitis, peccata autem a Canonibus puniri nulla possunt, nisi certa & publica crimina. Aut si multum urgeat, saltem quae sibi certa sunt esse crimina, ut dixi de adulterio, furto, homicidio &c. id est, manifesta opera foris. Quare consensus cuiuscunq; mortalis, non pertinet ad Canonicas penas uel imponendas, uel remittendas, ut nec uerbū oris, nisi sit occasio operis futuri, ut etiam ex uerbis Canonum patet.

Tertio, Nec sicuti sunt criminibus impositi Canones, quin cessent, si quis melius quid opereat, ut si intret monasterium, aut se deparet servitio pauperum & hospitalis, aut pro Christo patiar, aut pro uoluntate dei moriar, aut simile uel maius quippe his fecerit, huius claret, quod Canonicae penae cessant, nec indulgentias

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

eis aliquid prosunt. Vnde solū inertibus, frigide pœnitentibus, delicatis scilicet peccatoribus, sunt impositæ, ideo & solūmodo duris & impatientibus indulgentiæ proprie concedi uidentur.

Quarto, Impeditis iustissima causa, ut pœnas ferre nō possint non est dubium, non impositas intelligi, ut si quis captiuus esset Turcis & infidelibus, si seruus alicuius domini, cui tenetur obediere sub præcepto Euangeli, aut etiam debitum reddere, seruite uxori & liberis, opere manū, & uictu querendo, illis enim impeditus, non tenetur ea dimittere, immo tenetur ea facere & Canones omittere, & deo obediere, quare nec remissiones illoꝝ habet necessarias, quorum non fuit capax impositionis.

Quinto, Infirmis nihil imponunt Canones, sanus ergo quaeritur, & qui non sit de numero illorum, qui dicunt, Manus domini tetigit me. His enim non impositio pœnarum, sed visita^{tio}, & consolatio debetur, secundum illud Christi, Infirmus fui & non visitasti me. Alioquin dicetur pontificibus, Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorum addiderūt. Et illud Iob. Quare me persequimini sicut deus, ergo nec ijs sunt necessariæ uenire.

Sexto, Tandem mortuis & morituris, de quib^o dictū est. Vides ergo, q̄ multi sint Christiani, quibus uenia^t non sunt necessariæ nec utiles. Sed ad cōclusionem tandem reuertor, ut hanc materia aliquā finia^t, & proprio eos fodis gladio. Constat apud omes in ecclesia, qđ in agone & articulo mortis, quilibet sacerdos, Papa est, ergo omnia remittit morituro. qđ si deest sacerdos, certe uotū sufficit, quare absolutus est ab omnibus, qbus a Papa potest absolu^ti, ergo indulgentiæ defunctis nihil conserri uident prorsus, cū quicquid solui potest, solutum sit in morte. Ex quo simul patet, qđ graduū & legū differentia solū super uiuentes & sanos intellegit. Iḡt uenia^t sunt utiles manifeste criminosis uiuentibus, sanis, ac ualidis, non impeditis, & melius agere non uolentibus. Hic si erro, reuocet me qui potest & scierit. **S**i aut̄ queras, a quibus ergo pœnis redimunt animæ, uel quas patiunt in purgatorio, si canonice nihil respondens patiūtur. Dico. Si id ego scire, quid disputare & querere. Ego non sum tam expertus & sciēs, quid deus faciat cum animab^o separatis, ut illi copiosissimi aniatū redemptores, qui omnia adeo secure pronunciant, ac si fuc-

cit impossibile eos esse homines. Accedit ad difficultatem, quod sunt doctores, qui putent animas nihil ab igne, sed in igne tantummodo pati, ut sit ignis non tortor, sed carcer animarum. Cldcirco & hic ingredior multo maxime dubiam & disputabilem materiam, & quid super ijs rebus percepem profero.

C O N C L V S I O X I I I I .

Clmpfecta sanitas seu charitas morituri, necessario secū fert magnū timorem, tantoq; maiore, quanto minor fuerit ipsa.

P A T E T per illud i. Ioan. iiiij. Timor nō est in charitate, perfecta charitas foras mittit timore, quia timor poenā. Igitur si perfecta charitas foras mittit timorem, necessariū est, ut imperfecta timorem non mittat foras. Ac per hoc, timor sit cum charitate imperfecta. Sed ubi est illa perfecta charitas? & (ut digrediar paululum) quis est sine timore mortis, iudicij, inferni: nam in homine quantumcunq; sancto reliquiae sunt uetus tatis & peccati, & non possunt filij Israhel in hoc tempore lebusēum, Cananēum, & reliquias gentes penitus delere, manet uestigium prioris Adæ. Hæc aut uetus est error, concupiscentia, ira, timor, spes, desperatio, mala conscientia, horror mortis &c. Hæc enim sunt uetus & carnalis hominis, minuitur aut in novo homine, sed nō extinguuntur, donec & ipse extinguatur per mortē, sicut ait Apostolus, licet is qui foris est noster homo corrumpat, ille qui intus est renouatur de die in diem. Igitur ista mala reliquiarū uetus tatis, per indulgentias nō tolluntur, nec per coeptam contritionem, sed incipiunt tolli, ac proficiendo magis ac magis tolluntur. Hec est sanitas spiritus, nihil aliud q; fides seu charitas in Christo.

Isto sic posito, patet conclusio satis, quia si quispiam fuerit præoccupatus morte, priusq; sit perfectæ charitatis, quæ timore pellat, necessario cū timore & horrore motitur, donec perficiatur charitas, & foras mittat timore illum. Hic aut timor, est ipsa conscientia mala & trepida, propter defectū fidei. Nulla est em formidolosa conscientia, nisi quæ fide uel vacua, uel imperfecta est. Sicenim & Apostolus ait, Sanguinē Christi liberare conscientias nostras ab operibus mortuis. Et iterum, Heb. x. Aspersi corda a conscientia mala in plenitudine fidei. Breuiter si possum probare: // Quod causa horrois, & timoris sit dissidētia, Rursum, causa se-

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN
curitatis, sic fides, credo simul probatū esse, quod moriens in frē
de imperfecta, necessario timet, & horret, sed diffidentiam esse
causam terroris, desperationis, damnationis, in Euangelio sēpius
legitur, Primū, quando Petrus dūm a se iussit exire, quia homo
peccator ego sum, inquit. Secundo, qñ cōcepit mergi propter
modicā suam fidem. Tertio, quando discipuli p̄turbatione
uoluerunt clamare, ubi Christū super mare ambulantē, phanta-
smā putabant. Quarto, quando turbati existimabant se spiritū
uidere, cū intraret ad eos ianuis clausis. In his oībus ostenditur
diffidentia esse causam timoris, & horroris, Venit ergo omnis
turbatio ex diffidentia, oīs securitas ex fiducia in deum. Fiducia
aut ex charitate, quia necesse est, ut is tibi placeat, in quē confidas

CONCLV SIO XV.

Hic timor & horror satis est, se solo, facere (ut alia taceam) poenā purgatoriū, cum sit proximus desperationis horroř.
NIHIL de igne & loco purgatorio loquor, nō quod ea ne-
gem, sed quod alia est illa disputatio, nec a me nunc instituta, de-
inde quod nesciā, ubi sit locus purgatoriū, licet B. Thomas illū
sub terra esse putet. Igo uero interim cum B. August. remaneo,
scilicet quod receptacula animarū abdita sint, & remota nostra
cognitiōē. Quæ ideo dico, ne Pighardus hereticus in me sibi ui-
deatur obtinuisse purgatoriū nō esse, quia locum eius ignotum
esse cōfiteor. Aut ideo Romāna ecclesiam errare, quia opinione
B. Thomæ non explodit. Mihi certissimū est, purgatorium esse.
nec multū me mouet quid blatterent hæretici, quando iā mille
& plus centum anni sunt quod B. Aug. in suarum confessio. lib.
ix. pro matre & patre suo orat, & orandū petit. Et eadem sancta
mater eius, moriens (ut ibi scribit) memoria sui optauerit ad al-
tare domini, Sed & a B. Ambro. id factum narrat. Quod si etiā
tempore Apostolorū nō fuisset purgatoriū (ut superbit fastidio
sus Pighardus) nunquid ideo credendū est hæretico, uix quin
quaginta annos nuper nato, & fidem tot seculorū falsam fuisse
cōtendendū: maxime cū ipse nihil aliud faciat, q̄ quod dicit, nō
credo. & sic probauit oīa sua, & improbauit omnia nostra, quasi
non & lignū & lapis nō credant. Sed hæc suo operi & tempori.
Igitur concessum est, horrorem esse in animabus! Nunc pro-

bo eum esse pœnam purgatorij uel maximam.

Primo, omnes concedunt easdē esse pœnas purgatorij, & inferni, nisi quod differūt aeternitate. At scriptura describit pœnas inferni esse, turbationē, pauorē, horrōrē, fūgā, ut psal. i. Non sic impij, nō sic, sed tanq̄ pūluis quē prōjicit uentus. Sed & in Iob & Eiaia, & multis alijs locis, impij cōparantur stipulae & pulueri, turbine raptis atq̄ dispersis, in quo nimittū significat fugā horribilē damnatorū. Item psal. ij. Tūc loqueſ ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et Esa. xxvij. Qui confidit in illuminatione confundet, id est, non festinabit, nō pauebit, neq̄ fugiet cōfusus & horrens, utiq̄ uolens, quod non confidētes cōfunden̄ & pauebunt. Prouer. i. Qui me audierit absq; terrore requiescat & abūdātia p̄frueſ, timore maloꝝ sublatō. Et psal. cx. Ab auditōe mala nō timebit. His em & alijs locis scripture, terror, horrōr, pauor, timor, tremor, exprimit pœna impiorū, qñ piorū cōtraria asserit, deniq; & B. Jacob. dicit, qđ dæmones credūt & cōtremiscunt. Et Deut. xxxij. clare pronuntiat, pœnam impij esse paueorem. d. Dabit tibi dominus deus corpauidū &c. Nam si patruot ille nō esset, nec mors, nec infernus, nec illa pœna esset molesta. Sicut ait in Caticis, Fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. qđ satis ostensum est in martyribus, adeo, ut de impījs dicat sp̄ritus, psal. xij. Illuc trepidauerūt timore ubi non fuit timor. Et prouer. xxvij. Fugit impius nemine persequente. Iustus autem quasi leo cōfidens, absq; terrore erit. Alioquin, cur iustus timet mortem & dolet, aliis uero contemnit, nisi quia iustus iusticiæ fiducia destitutus timet, ubi timere non debet?

Secundo, ij. Tessa. i. Qui nō credunt Euangelio, dabunt pœnas in interitu aeternas, a facie domini, & a gloria uirtutis eius, quia scilicet solo uultu uirtutis sua torquet eos, & cruciat deus, cum sit eis insustabilis, ideo fugient & nō effugient, sed deprehēden̄ inter angustias. Sic illud Sap. Cito apparebit uobis horrende. Et psalm. xx. Ponet eos, ut cibaniū ignis in tempore uultus tui. Alioquin unde illa uox: Montes cadite super nos, & colles operite nos. Et illud Esa. ij. Ingredere petram, & abscondere in fossa humo, a facie furoris domini, & gloria maiestatis eius. Et illud Iob, Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec transeat furor tuus. Patet itaq; quod a facie

M. L. RESOLVATIONES DE VIRTUTE IN

domini oritur eorum maxima poena, dum confundantur a fœ
dissima sua immundicia ad tantam puritatem comparata.

Tertio. Et ecclesia in persona animarū psallit & gemit psalm.
vi. Conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est ualde.
Et psalm. cxiiij. Circumdederunt me dolores mortis, & pericula
inferni inuenerunt me. Vnde & usitatissima oratio est, ut eis re
quiem optemus, utiq; intelligentes, quod sunt inquietæ. At pœ
næ non faciunt inquietudinē, ut patet in martyribus & constan
tibus uiris, sed horror & fuga pœnarum, quæ oritur ex infirmi
tate fiducie in deū. Sicut credit unusquisq; sic fit ei, & tales sunt
ei pœnæ & omnia, qualis fuerit & ipse, inde non conturbat iu
stum quicquid acciderit ei (ait Sap.) Rursus impios terret (Leui.
xvi.) sonitus folij uolantis. Et Isa. lvij. Impij quasi mare seruens,
quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in concil
cationem & luctum. Non est pax impij dicit dominus deus.

Quarto. Viuentes aliqui eas pœnas gustauerunt, scilicet infer
ni, ergo multomagis mortuis credendum est, eas inferri in pur
gatorio. Nam Dauid expertus dicit, Nisi quia dominus adiunxit
me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et alibi, Re
pleta est malis anima mea, & uita mea in inferno appropinquauit
Et rursus, Dissipata sunt nostra secus infernum. Et assimilatus
sum descendenteribus in lacum. Et iterum, Quā multis ostendisti
mihi tribulationes magnas & malas, & de abyssis terræ iterū re
duxisti me. Ezechias uero dicit. Ego dixi, in dimidio diei meo
rum, uadam ad portas inferi. Et infra, Sicut leo cōtrinxit oīa ossa
mea, qđ certe non nisi intolerabili factū horrore potest intelligi.

Quinto, qđ multi sunt, qui usq; hodie has pœnas grātar, nam
& IO ANN. T A V L E R V S in suis Testimonis Ser. quid
aliud docet, qđ earum pœnarū passiones, quarū & exempla nō
nulla adducit: atq; hunc doctorem, scio quidē ignotū esse scho
lis theologorū, ideoq; forte cōtemptibilem. Sed ego plus in eo
(sicut totus Germanorū uenacula sit conscriptus) reperi theolo
giæ solidæ & sinceræ, qđ in universis omnīū universitatū schola
sticis doctoribus repertum est, aut reperiri possit in suis sententijs.

Sed & ego noui hominē, qui has pœnas s̄epius passum sele
afferuit, breuissimo quidē temporis interuallo, sed tatas, ac tam
infernales, quantas nec lingua dicere, nec calamus scribere, nec

inexpertus credere potest, ita ut si perficerentur, aut ad medianam horam durarent, imo ad horae decimam partem, funditus periret & ossa omnia in cinere redigerentur. Hie deus appareret horribiliter iratus, & cum eo pariter uniuersa creatura. Tum nulla fuga, nulla consolatio, nec intus, nec foris, sed omniū accusatio. Tunc plorat hunc uersum, Proiectus sum a facie oculorum tuorum, nec saltem audet dicere, Domine ne in furore tuo arguas me. In hoc momento (mirabile dictu) non potest anima credere, sese posse unq̄ redimi, nisi quod sentit nondū completam poenam. Est tñ æterna, neq̄ potest eam temporale existimare, solum relinquit nudum defensum auxiliij, & horrendus gemitus, sed nescit unde petat auxiliū. Hic est anima expensa cum Christo, ut dinuntur omnia ossa eius. Nec est ullus angulus in ea, non repletus amaritudine amarissima, horrore, paurore, tristitia, sed ijs omnibus non nisi æternis. Et ut dem simile ultiq; si sphæra transeat super linea rectam, quilibet punctus lineæ tactus totam fert sphæram, non tamen comprehendit totam sphæram, ita anima in suo punto, dū tangitur a transeunte inundatione æterna, nihil sentit & bibit, nisi æternā poenam, sed non manet, iterū enim trahit. Igitur si uinentibus contingit illa inferoru poena, id est, intollerabilis ille paor & inconsolabilis, multomagis animarū in purgatorio uidetur talis esse poena, sed continua. Et hic est ignis ille interius multo atrocior, quam externus. Quod si quis ista nō credit, non contendimus, sed id tantū efficiamus, qd illi ueniariū præcones, multa dicunt, quæ uel ignorat uel dubitant, nimis audacter. Magis enim credendū est expertis in his, qd illis inexpertis. Sexto, ad id facit authoritas ecclesiæ, quæ canit, Libera eos de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus. Item a porta inferi. Quibus uerbis certe uidetur significari, esse animas uelut iam in porta, & introitu damnationis, & initio inferni, quod dixi prope desperationem esse, nec uana esse uerba ecclesiæ credo.

CONCLV SIO XVI.

Cvidetur infernus, purgatorium, coelum differre, sicut desperatio, prope desperatio, securitas differunt.

CSI QVIS duas præcedentes conclusiones ueras putauerit, hanc qd facile admittit, uno qd in celo credamus regnare pacem

D ij

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

gaudiū & securitatē in luce dei , in inferno uero contra, seruire, desperationē, dolorē, & horribilē fuga in tenebris exterioribus
Purgatoriū uero sit medium inter utrumq; sic tamē ut propria us sit inferno q̄ cōcluō (quia nō habent gaudium & pacem, immo nihil de cōcluō participant, cū ponatur esse eadem pœna cū inferno, sola duratione differente) satis patet, quod & in ipso sit desperatio, fuga, horror, & dolor. Sed addidi prope desperationē dicens, quia tandem cessat illa desperationē. Alioquin reuera, dū est in illo anima non sentit, nisi desperationē, non qđ desperet, sed quod in tanta est perturbatione, & cōfusionē paucoris, ut nō seueriat sese sperare. Solus spiritus adiuuat ibi qđ maxime infirmitatē eorum in gemitibus inenarrabilibus pro eis interpellās. Sicēm fit & tentatis in hac uita, ut nesciat an sperent uel desperent, immo sibi desperare uidentur, solo superstite gemitu pro auxilio. Ex quo signo nō ipsi, sed alij intelligūt eos adhuc sperare. Sed omittō uerbosius de ea re loqui, quę est abstrusissima, ne & mihi obijtant ueniales questores, quod sine probatione loquar, quanq; non ut illi, assero, qua ignoto, sed disputo & quæro, & eorum p̄sumptam certitudinem, dubiā, immo nullam esse cōtendo

C O N C L U S I O XVII.

Necessarium uidetur, animabus in purgatorio, sicut mihi horrorem, ita & augeri charitatem.

ET hæc nititur præcedentibus tribus conclusionib; Sed tamen declaremus eam, & ponamus (sicut coepimus) animarē de cedentium tria genera. **P**rimū earum, quae sunt fide omnino uacue (id est, damnatae) has necesse est in morte excipi summo horrore & desperationē, iuxta illud, Virum iniustum mala capient in interitu. Et iterum, Mors peccatorū pessima scilicet, quia non habent fiduciam in deo, ideo comprehendit eos ira. **S**ecundūm, earum quae sunt fidei omnino plenae atq; perfectæ (id est, Beatae) hos necesse est in morte excipi summa securitate & letitia, iuxta illud, Iustus cum ceciderit, nō collidetur, dominus em̄ supponit manū suam. Et iterum, Preciosa in conspectu domini mors factoriū eius. Et iterum, Iustus si morte p̄occupatus fuerit, in refrigerio erit. **E**t causa utriusq; est, quia iniustus inuenit qđ timuit, timuit autem semper mortem & pœnā, Iustus autem satur hu-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

25

ius uitæ, maxime cupiuit diffolui, ideo desideriū eius tributum est ei. Ille non dimidiauit dies suos, iste ultra perfectū prolongavit incolatū suū. ideo quod ille horret, iste querit, diuersissimo studio affecti, quod illi summus horror est, huic est summū lucrum & gaudiū. **T**ertiū earū, quæ sunt fide imperfectæ, & hæ uarie differentes inter plenam & nullam fidem. **C**redo autem non negari ab ullo, quasdam animas imperfectæ fidei decedere, sed tamen infra id suadebimus latius. **I**gitur cum imperfectione fidei sit nihil aliud, nisi imperfecta nouitas uitæ in spiritu, & adhuc reliquum de uetusitate carnis & Adam (si enim esset perfecta, nō timeret pœnam, nec inuite moreretur, aut cum affectu terreno huius uitæ migraret) clarum uidetur, animabus necessarium esse, non solum tollere pœnas, sed etiam addere perfectiōnem nouitatis, & tollere residuum uetus tatis (id est, amorem uitæ, & timorem mortis atq; iudicij) **N**am quantumcum tolleretur pœna (si esset possibile) non per hanc ablationem esset sana: sicut nec in ista uita per ablationē pœnarū solā aliquis melior fit, sed per additionē gratie, & remotionē peccati, quare & illis primo peccatū auferendū est (id est, imperfectio fidei, spei, charitatis.)

Secondo. Nulla pœna uincitur fuga aut timore. Verum est enim proverbiū, qui timet infernum, descendit in eum, immo qui timet pruina, cadet super eum nix. Job vi. id est, plus cadet super eum, qd timuit. **O**mnis pœna timore sui augetur & roboratur, sicut amore minuitur & infirmatur. Vincitur autem pœna amore, & amplexu sui, deinde nulla pœna est molesta, dum fuerit facta. **V**icta ideo amanti pœnas & mortem non sunt molestæ, sed dulces, quia per amorem & spiritum uictæ. Sunt autem molestæ timentes, quia per timorem & literam ei dominantur. Si ergo purgatorium affigit animas, & molestus est eis paucor, euidenter est, eis deesse amore & spiritum libertatis, & adesse literā ac timorē. atq; hūc defectum amoris, uoco imperfectā sanitatem spiritus, cum autem sine perfecta sanitate nullus coelum intrabit, tandem concludo, necessarium illis esse, augeri charitatem, & sanitatem, sicut minui horrorem. **S**i quis ista negauerit, neq; crediderit, considereritq; animas esse ibi perfectas in uita spiritus, solumq; debita præterita pœnarū luere. **R**espondeo primū, probent & ipsi sua sententia, quam & ego nego, & certus sum, quod uel nullis

D ij

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

uel infirmioribus rationibus sua probabūt. **Secundo age.** Quæ
ro an negent triplex illud supra positum animarū genus decedētiū, si admittunt terciū quoq; genus, Respondeant ad prædi-
cta, quomodo auferatur pusillanimitas, spiritus & timor, quanto
perfectus homo, sicut pater eius, deus nihil timet, omnia po-
test, omnia suffert, in omnibus gaudet ac delectatur. Si non ad-
mittunt, sed in morte perfici fidem arbitrantur, ac sic solūmodo
poenæ soluendæ restent, & hoc totum sit purgatoriū, ratio scilicet
debitarū poenarum, Tum præter id quod iam fortissimū &
insolubile produxi argumentū uidelicet, quod nulla scriptura,
nulla ratione suam sententiā possint probare, tamen adhuc uia
sua letitia procedā. Sic eñ & illi opinatores & postillatores faciūt
Primo. Ad quid deus uult puniri perfectos in spiritu: ad satis-
factionem? Contra. Super omnem satisfactionem est charitatis
satisfactione. neq; enim deus ipse etiam per poenas quicquā aliud
requirit, quam ut perficiatur charitas. Charitas enim (nisi Apo-
stolus mentitur) operit multitudinem peccatorum. At illos iam
esse perfectæ charitatis positum fuit.
Secundo. Deo maxime satisficit per uoluntatem, ubi non inue-
nit facultatem, ut cum Beato Augustino sentit tota ecclesia. At
illi si sunt perfectæ charitatis, talem habent uoluntatem necessa-
rio, & tamen facultatem non habent defectu uitæ, quare necel-
sario sola uoluntate abunde satisfaciunt.
Tertio. Perfecti tales omnia reddunt deo, quæcunq; debent,
quia nihil amplius debent, q; ut se totos ipsos cum intima uo-
luntate offerant. deus enim ab homine nihil requirit amplius,
q; ipsum totum, sicut dicitur, Præbe fili cor tuum mihi. immo
per poenas cogit hominem ad id, ut se totum offerat, quomo-
do ergo eo facto poenæ manent, ad quid cogunt?
Quarto. Finge animam in morte perfectæ fidei & charitatis,
quæ adhuc forte beat vij. dies ieunare, aut aliam Canonica
poenam implere. Hic ergo deus tam crudelis est, ut anima quæ
summa charitate ad eum sit, eumq; super omnia uehementissime
diligat, quæ proximo suo omnia plenissime ignouit, & sibi oia
ignosci uehementissime cupivit, cui propter hæc etiam debita
fuit apud deum & hostes ignoscens (talis est enim anima, quæ
sana charitate moritur) hic inquit deus nō remittit septem illos

dies propter summā in eum & proximū charitatem & humilitatem, quae sunt summae oīm eleemosynarū, qui tamen in euangelio dicit, omnia remitti, & munda esse ijs, qui dant non de corde, sed de ijs quae superfluunt, eleemosynas, & seruo solum roganti & nihil facienti, nisi promittenti, omne debitū dimisit etiam promissione data libera. Nec saltē intuetur deus in hac re, quod tam facilis est uiuentibus, sineq; mortis periculo talia concedere, morituris uero, & summo īā periculo pressis, tam difficilis est ad remittendū tam parua, tam magnę charitati: quis credit: aut quibus id uījs suadebunt: aut ergo desinat sua tam confidenter predicare, aut melius roborent, & ista dissoluāt. **Nos in terim sentiemus**, animas in purgatorio non propter solam poenitā, immo propter defectū charitatis laborare in poena, quia hic noluerunt laborare ad perfectionē, aut si perfecte sunt omnibus poenis amore triumphatis, liberas esse. Nec enim sic de dei bonitate sapiō, qđ intuitu perfectæ & eternæ charitatis non remittat quibusdā poenā temporis breuissimi, qui propter modicā charitatem, oībus passim remittit æternā, & qui saepius in uita ignouit omnes, poenas pro uno opere inceptæ charitatis, nō remittat unq; in morte aliquas poenas, pro omni opere cōsummatae charitatis. Verūtamen hēc sunt disputata, quia mirabilis est deus in sanctis suis, melius faceremus, si tā dubia relinqueremus, & in populū alia certiora doceremus, potens est deus cum illis, nec secundū hanc, nec secundū illā sententia agere, non em nostro, sed suo īā iudicio subiecti, quia potest & ibi punire gratis, ut ostendat gloriam gratiæ suæ, sicut fecit in Iob & Paulo. **Tñ ultimo & Quinto** suadeo conclusionem. **Si** purgatoriū tantūmodo est poenarum officina, cur non potius vocatur puritorū, potius qđ purgatoriū. Ratio enim & uis vocabuli, purgationem aliquā importat, quae intelligi non potest nisi uetustatis & peccati relieti, quo sunt immundi, qui terrenorū affectu fidei puritatēm impedierunt. **Quod si** noīs (ut sunt ad distinctiones prompti) usi aequiuocatione, dixerint esse purgationem hic idem quod solutionem, ut tum purgatæ dicantur, cū pœnæ fuerint solutæ. Respondeo, hoc eadem facilitate cōtemnitur, qua probat. **Quod si** & ipsi cōtempserint, uim vocabuli ad purgationē uitiorū extendi, esto sane, non cōtendo, id tñ effectū est, utrūq; esse dubiū.

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

ideo præpostere alterum illorū tanta certitudine in populos di-
spersum, maxime cum nec ratio nōis illorū sententiæ cōueniat.

Sexto. It ad hoc ualer illud Gregorij dist. xxv. c. qualis, ubi nō
poenas tantūmodo, sed culpas remitti dicit in futuro, scilicet ue-
niales, ut ibidē exēpla ponit. At remissio culpæ nō fit sine grā in-
fusione, & horror mortis est sanctis peccati ueniale, sed nō paruu-

C O N C L U S I O X V I I I .

Nec probatum uidetur ullis aut rationibus, aut scripturis,
quod sunt extra statum meriti seu augendæ charitatis.

Hoc enim robustissimū est meum aduersus oppositā opinio-
nem argumētum, qd uidelicet sine autoritate docetur. **N**ostra
aut certe uel ea nititur autoritate, quod sine addita gratia nul-
lus timor pellitur, quem sola perfecta charitas foras mittit. **H**ec
aut conclusio præuenit argu. eorū qui dicent contra me, sunt
extra statū meriti, quare tres præcedentes cōclusiones false. **E**go
aut ut opinando & disputando nihil afferendo, sicut cœpi, pro-
sequar, dico, **S**i purgatoriū solum est soluendarū poenarum offi-
cina, & animæ in illo sunt suo affectu (ut ego sentio) immūdæ,
nec ab eo uitio purgantur, fieret purgatoriū idem qd infernus,
quia infernus est, ubi poena est cū culpa manente. At in anima-
bus purgatoriū est culpa, scilicet timor poenarū & defectus amo-
ris, cum iustus secundū Esa. viij. nihil debeat timere, nisi solū de-
tim, ergo peccant sine intermissione, quādiu horrent poenas &
quærunt requie. **Q**uod probo, quia quærunt quæ sua sunt, plus
q[uod] uoluntatē dei, quod est cōtra charitatem. **Q**uod si amant deū
amant amore cōcupiscentiæ (id est, uitioso) cum etiā in suis poe-
nis debeat diligere deū, & glorificare, ac fortiter sustinere. **A**t-
q[ue] inter tot disputationū spineta etiā asseram aliquid, Ego libere
cōfiteor me, credere, nullam animā redimi de poenis purgatoriū
propter suū timorem, donec posito timore, incipiat amare uo-
luntatē dei in tali poena, & plus dei uoluntatē amet, q[uod] poenam
timeat, timo solam dei uoluntatē diligat, poena uero uilipendat
aut in uoluntate dei etiā amet. **Q**uia oportet ut iustitiam diligat
anteq[ue] saluetur. At iustitia est deus, qui hanc poenam operatur. de-
inde illud Christi, Qui non accipit (id est, uolens & amans por-
tat) crucem suam & sequitur me, non est me dignus, at crux ani-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 21.

marū est illa poena. Quæ cum ita sint, & uerissima credo, dicat qui potest, quō iste amor pœnarū cum timore mutari potest, si ne noua gratia infusa. Ego fateor me nescire, nisi dixeris, qd purgatorium nō habeat terorem pœnarū, ac per hoc nec similem inferno contra prædicta, atq; tunc frustra oramus pro eis, quas audimus uolentes & amantes esse pœnarū suarum sine timore.

I Secundo probo, quod augeatur eis charitas. Apostolus dicit, Diligentibus deū omnia cooperantur in bonū. hoc aut̄ bonū nō potest intelligi nisi augmentū iam possessi boni. ergo & purgatoriū auger bonū dilectionis dei, immo maxime oīm auget, dum sicut infernus dura est æmulatio, & in tantis malis etiam diligit, sicut fornax aurum probatū facit, ita poena, dilectionem.

Tertio, Virtus in infirmitate perficitur, omnis enim poena, si presens est, charitas est salutaris & proficia, nō enim pmittit preciosissima charitas atq; foecundissima aliqd secū sterile. At in purgatorio est maxīa infirmitas, ergo maxime perficit charitatem.

Quarto. Impossibile est esse statū in uia, uia aut̄ dei est charitas ad deū tendēs, ergo necesse est animas uel procedere uel retrocedere a charitate dei, cū nondū sint in termino & uisiōe, ut patet.

Quinto. Impossibile est illa perseverantia creaturæ, nisi assidue accipiat magis ac magis, inde enim dicit acuti quidam, qd conservatio reisit eius continuata creatio. Sed creare est semper in omnium facere, ut etiā patet in riuulis, radijs, calore, frigore, maxime dum sunt extra suum principium. Quare & spirituali calori, id est, amori dei in animabus opus est continuata cōseruatio: (donec absorbeantur in suum principiū diuinum) ac per hoc & augmentum, etiam si uerum esset quod essent perfectæ, licet extra deum esse, nec peruenisse, & esse perfectum, sunt contraria.

Sed uidere dignum est, quibus nam causis mouentur, ut anīmabus statum meriti negent, aut negandū probent.

Primū illud uulgatissimū B. Aug. Hic omne meriti comparatur, post mortem nullū, ergo inquiunt, purgatoriū non est merendi locus. Respondeo B. Aug. & quicunq; patres similia dixerunt, ex autoritate & usu scripture loquunt, quæ multofortius in hanc sententiā loquitur, ut est illud Gal. vi. Operemur bonum, dum tempus habemus. Et Christus Ioann. ix. Venit nox, quando nemo poterit operari. Et Apoca. Opera enim illorū se-

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

quuntur illos. Et illa manifestissima Heb. viij. Statutū est omnibus hominibus semel mori, post hoc iudiciū, deinde finis. Gal. vi. Quaecunq; em̄ homo seminauerit, h̄c & metet. Itē oportet nos omes manifestari ad tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; prout gessit in corpore siue bonū siue malū, & multæ aliae, quæ oīno sonant ac si post mortē oīno sit iudiciū recipiendi, sicut gestum est, id est, meritū hic, secundū illud Eccle. Lignū ubicunq; ceciderit, ibi erit. ¶ Sed h̄c om̄ia æque contra totū purgatoriū pugnant, quia non ponunt statum medium inter mortuos damnatos & beatos. Si ergo illis non obstantibus, purgatorium defenditur uere, etiā id defendi potest, quod augeatur illis gratia, non obstante illo quod dicitur, Hic omne meritum compari, quia loquit̄ non de purgatorio, sicut & illæ authoritates nihil de purgatorio, sed de cœlo uel inferno loquunt̄, utriq; ergo intermittit̄ purgatoriū. Quare illa uerba Aug. ad purgatorium non sunt tendenda. Om̄e meritū hic non illic, id est, non in cœlo aut inferno. Deniq; secundū B. Augu. etiā hic meritū illud comparat, quo dignus sit homo in purgatorio suffragio iuuari. Alioquin in cœlo uel inferno, nullū habet meritū, quo mereat ibi iuuari, sed tūc quidē ad purgatoriū respexit, hic aut̄ nequaq;. ¶ Si aut̄ quispiam contentiosior uoluerit afferere, authoritates iam adductas, nihilo aduersus purgatoriū pugnare, quod saluti possunt per duplex iudiciū, seu duplice retributionē post mortem. Temporale scilicet, quæ est purgatoriū. Aeternā, quæ est inferni, & sic aliis metit purgatoriū, aliis infernū. Itē aliū sequunt̄ opera sua ad purgatoriū, aliū ad infernū. ¶ Hic respōdeo. Sic dico potius destruunt̄ illæ authoritates, q; saluent̄ cum purgatorio, per tam uiolentā & arbitrarīā equiuocationē, cum altera pars equiuocatiōis nūnq; possit probari. Et meo iudicio, nō esse licitū credo, longeq; pessimum usum, quibusdā hucusq; fuisse seruatum, scilicet scripturæ sanctæ simplicem sensum, in equiuocum & dubium diuidere. Rectius em̄ dicit̄, hanc autoritatē de hac re nō loqui, q; dum de utraq; re intelligere conamur, de nulla certā relinquamus. Palliū em̄ breue est (ait Esaias) utrūq; operi re non potest. Et ut uulgo dicit̄, Non est altare alterius nuditate ornandū. Igitur dicendum est, quod homo illic metit, quod hic seminauit, intelligatur de præsenti & futura uita. Messis em̄ sine

nostra torsione & æquiuocatiōe arbitrij nostri, relinquenda est in ea significatione, qua utitur scriptura, scilicet futuri & uniuersalis iudicij. Atq; ita illae authoritates nihil pugnat aduersus purgatorium, nō per æquiuocationis cauillū, sed per ablationis sensum. Eodem modo & illud, Hic omne meritū, illic nullum. Alioquin quantus fuerat sudor ingenio meo, si & ego meritū æquiuocarem duplex, scilicet post mortem nō esse meritū huius temporis, sed bene meritum illius status, & Augustinū loqui de primo, sed nolui. Quid aut̄ dicent ad illud Ecclesi. Lignum ubi cunq; ceciderit, siue ad Aquilonē, siue ad Austrū, ibi erit: Siquidem per casum intelligunt mortem. Si ergo per Aquilonem infernum, per Austrum cœlum, quo cadent qui intrant purgatorium: ad Austrum dicent, sed æquiuoce, sed quid dicent: ibi erit: ibi manebit: ergo nunq; exhibunt purgatorium: An hic quoq; æquiuocatur mansio, scilicet temporalis & æterna: Claret itaq;, quod hec authoritas recta facit contra purgatorium. quintiam per æquiuocationem sui facit ex purgatorio infernum. Non potest itaq; solui, nisi dicatur (sicut dixi) nihil eam de purgatorio loqui, non plus quam illam, Liber generationis Iesu Christi.

C O N C L V S I O X I X .

Ne hoc probatū esse uidetur, quod sint de sua beatitudine certe & securæ, saltem omnes, licet nos certissimi sumus. **N**os enim, quia credimus nullam in purgatorium uenire, nisi sit de numero saluandorū, certi sumus de beatitudine illarum: sicut certi sumus de electorū salute. Quanq; nō minus impugno: si quis asserat eas esse certas, ego nō omnes dico esse certas. Sed quia totū negotiū de animabus in purgatorio absconditissimum est, ideo suadēdo magis quā demonstrādo, declaro cōclusionē, **P**rimo ex supradictis. Si pena purgatorij est, paupor ille & horror damnationis & inferni, paupor autem omnis facit animum perturbatum, incertum, inopem consilij, & auxilij, & tanto magis, quanto fuerit uehementior & inopinatior. Animarum autem est omnium uehementissimus & inopinatissimus, ut supra dictum est. Et Christus, Tanquam laqueus superuenit dies illa. **E**t Apostolus, Dies domini sicut fuit in nocte ita ueniet. Quare ualde pāgabile est, eas pāe confusione nescire, quo pābile.

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

statu sint, an dānatæ uel saluatæ, tñmo sibi uidentur iā ire in damnationē, & descendere in lacum, omniuinoq; iam esse in portis inferi, sicut Ezechias dicit. Sed & i. Regū. ii. Dominus dedit ad inferos & reducit. Igitur nihil aliud sentiunt, q̄ incipere suā damnationem, nisi qđ sentiunt, nondū causam post se portam inferi, necdum etiam dimittit uotū & desyderiū auxiliij, licet nūc apparentis, sic enim loquunt, qui id experti sunt. Accipiamus si mile, Si quis ad iudiciū mortis inopinatus ueniat, puta incidentis in latrones, qui dum intentant illi omni ex parte mortem, etiā si statuerint eum terrere, non occidere, hic ipsi certi sunt eum uictum, ipse uero nihil nisi præsentissimā mortē uidet, atq; eo ipso iam morit, solū id sibi reliquū est, quod nondū sit mortuus, posuitq; redimi a morte, sed nescit unde, uidet enim illos posse, sed nolle. Igitur fere nihil differt a mortuo. Ita uidetur in pauore & ternæ mortis fieri, quod nō aliud q̄ æternam sibi sentiunt immittere omni ex parte. Sic canit ecclesia pro eis, A porta inferi erue animas eorum, Et libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tar tarus &c. Solum id reliquum scientiae habent, quod deus possit eos redimere, sed nolle illis uidetur. Dānati uero statim huic malo addunt blasphemiam, illi uero solam querelam & gemitū inenarrabilem, sustentati a spiritu. Hic em fertur spiritus super aquas, ubi sunt tenebræ sup faciē abyssi. Sed de hoc supra latius. ¶ Secundo. Multa leguntur exempla, in quibus habetur nō nullas animas hanc sui status incertitudinem confessas fuisse. Appauerūtenim tanq; euntes vocati ad iudicium, ut de S. Vincentio &c. Rursum legūtur multa, in quibus certitudinem suam sunt confessae. Ad quā dico. Primo, me dixisse non omnes esse certas. Secundo, forte melius secundū predicta, eas non fuisse certas, sed p̄ nimio auxiliij desyderio, tanquā certæ essent, uelocius iuuari postulasse, ita ut potius opinentur, & timide præsumant se certas, quam sciant, sicut & in euangelio de dæmoni bus dicitur, quod sciebant ipsum esse Christum, id est uehementer opinabantur, ut ait glossa. Ita enim fit naturaliter in omni angustia & pauore, ut uehementer opinemur nos esse adhuc repa rables, cū tamen magis sit ibi cupido reparationis, quā spes, aut scientia, sicut in dæmonibus plus fuit cupido sciendi, quam scie ntia. Scientia enim salutis, nō panet, neq; trepidat, sed confidit,

omniaq; fortissime tolerat.

Hic dicitur, Quid ergo de iudicio particulari, quod in morte cuiuslibet hominis fama est agi, & Innocen. testatur, uidetur enim per ipsum certus fieri homo de suo statu. **R**espondeo, quod non sequitur eum certum fieri, etiam si sit particulare iudicium. Posset fieri, ut homo mortuus iudicetur, immo accusetur, sed tamen sententia differatur, nec ei reueletur. Interim autem accusante conscientia, urgentibus dæmonibus, & minante ira dei, nihil aliud faciat misera anima, quam ut tremat a sententia, omni momento cum horrore expectata, sicut de corporali morte facit & minatur Deut. xxvij. Dabit tibi dominus cor pauidum, & pendebit uita tua ante te, mane dices, quis det mihi uestere? & uestere dices, quis det mihi manu: Ita & ibi mors æterna simili pauore feriat, & horribili horrore cruciet animam. nec ista sententia multum absonta est ueritati, quodquidem & Matth. v. Dominus distinguit inter reum iudicij, & reum consilij, & reum gehennæ, id est, inter accusatum & conuictum & damnatum. Sed & insignes quida authores scientia plus quam fama, audent dicere, quasdam animas pro sua trepiditate uitæ, per mortem rapi, & a deo sic projecti, ut usq; in finem mundi nesciant, an sint damnatae uel salvandæ. **E**t si recipiē historia illa de monacho morituro, & propter peccatum fornicationis, uelut damnato, iam blasphemante, deinde ad sanitatem reuerso, satis patet, quod iudicium & accusatio inferni, potest animam affligere, & tamen nondum esse diffinitam sententiam latam. **A**d idem, id quod in homelia recitat quada Beatus Greg. de iuuene, quæ in morte draco absorbere uolebat.

Hec itaq; de tota materia poenitū purgatorij uerisimiliter ponno, motus primū ex natura horroris & paucoris. Deinde, quod scriptura hanc poenam tribuit damnatis. Tandem, quod omnis ecclesia dicit, easdem esse poenas inferni & purgatorij. & ita credo hanc nostram sententiam in scripturis satis fundatam. **B**uccinatores uero indulgentiarū, uidentur poenas animarū imaginari, quasi ab extra inferantur, sintq; penitus externæ, non aut ab intra in conscientia nascantur, quasi deus solum ab eis auferat poenas, cum sit contrarium uerius, quod animas potius a poenis auferat, sicut scriptum est, Diuertit ab oneribus dorsum eius. **N**ō ait, Diuertit onera a dorso eius. Et iterū, Si transibis per ignem,

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

flama non nocebit te. Quomodo non nocebit, nisi quia dat fiduciam cordi, ut ignem non timeat, non autem ut ignis non sit, cum transendum ei per illum sit. Quare diuersio dorsi ab oneribus non sit, nisi sanando animae timore, & confortando eam, sicut & super dictum est, quod nulla poena vincitur timore sui, sed amore & contemptu. At timore non auferunt indulgentiae, immo inferunt quantum in eis est, dum uelut odibilem rem, poenas relaxandas suadent. Deus autem proposuit habere filios impauidos, securos, generosos, aeternaliter & perfecte, qui prouersus nihil timeant, sed per gratiae suae fiduciam omnia triumphent atque contemnant, poenasque & mortes pro ludibrio habeant, ceteros ignauos odis, quod omnium timore confunduntur, etiam a sonitu folij uolantis.

¶ Iterum objicitur.

CSi uolenter poenas ferunt animae, cur pro eis oramus? Respondeo, Nisi eas uolenter ferrent, certe damnatae essent, sed nunquid non ideo optare debent orationes, quando & Apostolus optavit pro se orationes fieri, ut liberaret ab infidelibus, & sibi ostium uestrbi aperiret, qui tamen omni fiducia plenus, morte contemnente se gloriabatur. Etiam si animae non optarent orationes, tamen nostrum est, earum labori condolere, & succurrere oratione, sicut quibuslibet alijs, quantumlibet fortiter patientibus. Deinde cum animae non adeo doleant poena praesenti, quam horrore instantis sibi & intentate perditionis, non est mirum, si cupiant suffragium, ut perseuerent, & non deficiant in fiducia, cum sint incerti (ut dixi) de statu suo, nec tam timeant poenas inferni, quam odio dei, quod est in inferno, sicut dicitur, Non est in morte qui memor sit tui, in inferno quis confitebitur tibi. Et sic patet, quod non timore poenae patiuntur, sed amore iustitie, ut supra. Timent enim magis, ne non laudent, & amant deum (quod fieret in inferno) quam ne patientur. Et hoc eorum sanctissimum, sed anxiosissimum desiderium, merito iuuat omnis ecclesia quantum potest, maxime quando & deus uult illas per ecclesiastem iuuari. Et hic tandem sit aliquando finis tam obscurae & dubiae disputationis, de animarum poenis. Quibus quod potest meliora proferre, non inuidebo. Modo id faciat, melioribus scripture authoritatibus nixus non sumosis hominum opinionibus obnubilatus.

CONCLVSIONE. XX.

Igitur papa q̄ remissionem plenariā oīm pœnarū, non sim-
pliciter omnīū intelligit, sed a se ipso tantūmodo positarum.

Hanc dispergo, nondū p̄tinaciter affero, rationes meæ sunt.

P R I M A, Ex dictis conclu. v. quod solū canonica pœna re-
mittitur per potestatem clavium, ideo hæc conclusio corollariorū
est illius, & illa negata, negatur & ista.

S E C U N D A, ex ipso stilo pontificis, quo dicit, De iniunctis pœni-
tentijs misericorditer relaxamus, ergo nō iniunctas a se uel a ca-
nonibus nō relaxat, neq; hic curandum puto arbitrarium com-
mentum quorundam, qui dicunt, Quando pontifex nō addit
hac clausulam, de iniunctis pœnitentijs, tum intelligi omnium
simpliciter remissionem pœnarum. Dicerem ego, Et si non ad-
ditur, tamen subintelligitur addi, tanq; necessaria, & de essentia =
illi clausula, aut illi probent aliquo textu, quod dicunt.

T E R T I A, ad solitū uenio argumentū, sed omniū fortissimū, &
requiro, quibus nam authoribus probent, etiā alias pœnas per
claves tolli, quā canonicas. Et exhibent mihi Antoninū, Petrum
de Palude, Ang. de Anco. Capreolum. Deinde, & Angelus sum-
mista suum Franciscum Maronis inducit, redemptiones uenia-
rum eosq; uehementem, ut meritorias eas pronuntiare sit ausus, si
Christo placet. Quasi uero illi homines tales sunt ac tati, ut quic-
quid senserint statim necesse sit inter articulos fidei numerare.

Verū illi magis sunt reprehendendi, qui ad ignominia nostram
& iniuriā illorum, allegant pro assertis, quā illi pro pio suo stu-
dio fuerūt opinati, prorsus nihil aduertentes illud Apostoli fide-
le monitoriū, Omnia probate, qd bonū est, tenete, longe stulti-
ores Pythagoricis, quippe cū hij ea tantū affererent, quā Pytha-
goras dixisset, isti uero etiam ea, quā illi dubitauerunt. **S**ed ad
originem & fontem ueniamus riuiorū istorum, id est, B. Tho-
mā & Bonauenturā. Ex his enim illi partim acceperunt, partim
de suo addiderūt, hij itaq; & sancti, & graues plane autoritate
viri. Vez cum & ipi magis op̄inent q̄ afferant, deniq; S. Bona,
confiteatur, esse rem dubiosissimā, omninoq; incertam, nōne cla-
rum est, ex ipsis etiā nihil posse astrui. Tu uide, si ullum textum,
aut scripturā adducant. Nec mirum, qd ipsi nihil afferant. Cum
enim hæc res sit fidei quidā articulus, si fuerit determinatus, adeo

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

non pertinet ad doctores diffinire, quod etiam ad solum conciliij uniuersalis iudicium sit suspendendus, nec summus pontifex quid temere, in ijs habeat statuere quae sunt fidei, nisi soli praecores ueniarum, illis omnia quae libuit licent, unicam tamen habent omnes rationem sue sententiae, quam & Panor. lib. v. de poe. & re. c. Quod autem affert, uidelicet hanc, Si indulgentiae solum canonicas poenas dicuntur remittere, hoc est, indulgentias nimis uilificare. Itaq; ne uiles sint indulgentiae, magis placuit fingere, quod nesciunt, cum nullum sit periculum animarum, si indulgentiae etiam nihil essent, nedum uiles. Miserrimum uero sit, animabus figurae & illusiones predicare, etiam si indulgentiae utilissimae essent. Adeo non habetur ratio salutis animarum, sed tantummodo, ne nobis optima videamus docuisse, plus laboramus pro gloria nostri uerbi, & si non necessarij, q; pro fide simplicis, & nobis commissi populi, sola necessaria. Sed anteq; ad B. Tho. & Bona. respondeam. dignu; uidetur recitare opiniones de indulgentijs, ne ego primus aut solus, eas in dubiu; vocasse videar.

Glossa super c. Quod autem li. v. de poe. & re. assumens declarationem super efficacia & uirtute indulgentiarum. sic incipit, Quid ualeat tales remissiones, uetus querela, & adhuc satis dubia.

Alij dicunt, quod prosunt, quo ad deum, sed non quo ad ecclesiam. Quonia; si quis sine mortali decedat, nondum peracta penitentia, minus sentiat poenas purgatorij, iuxta modum remissionis sibi factae. Ecclesia tamen uiuenti, non propter hoc relaxat satisfactionem. Hæc opinio dñatur a Panor. ibidem, & placet eius damnatio.

Alij dicunt, quod prosunt, quo ad poenitentiā hic iniunctam ex superabundanti, & ad cautelam, id est, tantu; eas poenas, quas non secundum modum, sed in cautelam superabundanter, q; peccatum merebatur, imposuit. Et hæc plus damnanda q; prior.

Alij, quod prosunt, quo ad deum & ecclesiam, sed remittens onerat se ad satisfactionem pro illo, & hæc est absurdum.

Alij, quod prosunt ad remissionem poenitentiae negligenter omissæ. Hanc Panor. damnans, dicit, quod ista remunerat negligientiam. Sed meo iudicio, hæc non omnino est falsa, quia uero remittuntur poenæ quecumq; etiæ negligenter omissæ, dum modo displiceat negligentia, immo remittuntur etiam non negligenter omissæ, atq; adhuc perficienda.

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 51.

Alij, quod ualeant ad relaxationē iniunctæ pœnitentiae, dum modo sacerdos, qui iniunxit pœnitentiam, permittat, ut possit commutare pœnitentiam cum remissionibus. Et hec est proba sententia & uera in re, nisi quod restringit potestatem conferens indulgentias. Verum est enim, quod iniunctas pœnitentias relaxant, sed non requiritur consensus eius qui iniunxit.

Sexta, quā ultra istas quinq; in glossa predicta positas, Panor. adducit quod prosunt, prout sonant uerba, & quo ad deum, & quo ad pœnitentiā hic iniunctam, & hanc dicit teneri a Goff. Host. Io. An. Et hanc ego quoq; teneo, ut iacet & sonat in uerbis Sed nō sequor intelligentiā omniū. Maxime propter istud uerbum, quo ad deum, per qd si intelligunt etiam pœnas a deo impositas remitti, siue hic, siue in purgatorio, ultra pœnitentias ab Ecclesia vel Canonibus iniunctas, nō credo uerum, nisi sub talē moderatione. Quia pœnae purgatoriū remittuntur sine potestate clavium, per solā contritionē. Ideo, si quis perfecte fuerit contritus, credo quod sit, quo ad deū a purgatorio absolutus. **Q**uo ad pœnas aut̄ huius temporis, dico, quod id nullā habet auctoritatem, ut supra satis dictum est Con. v. Non est enim nominabilis illa pœna, quae quo ad deum remitti creditur. Ideo ego dicereim, quod illud, quo ad deum, debet intelligi, nō de pœnis a deo impositis, sed de eisdē ab ecclesia iniunctis, ut sit sensus. Remissio illa iniunctarū pœnitentiarū ab ecclesia, tenet tam apud deum, quia apud ecclesiā. Eo quod deus approbet hanc ecclesiæ suæ remissionem, secundū illud, **Q**uodcunq; solueris super terram, solutū erit in cœlis. Non ait, **Q**uodcunq; solueris super terram, aliud erit solutū in cœlis, sed id idē quod tu soluis, & ego solutū habebo. Quia p hoc deus uult homines subjici sacerdoti: quod non fieret, nisi deum approbare facta sacerdoti sciremus.

Vides ergo omnia adhuc in opinionibus hærere. Porro id, qd Angelus ex suo Francisco Maronis adducit, quod indulgentiæ etiā ualeant ad augmentū gratiæ & gloriæ, non adiuerit, qd indulgentiæ nō sunt opera bona, sed remissionses bonoru operū, propter aliud minus opus. Et si em opus bonū propter qd dantur indulgentiæ, sit meritoriu, non tamen ideo indulgentiæ sunt meritoria, cū opus seorsum factū non minus esset meritorium & forte magis. Indulgentiæ uero seorsum sumptæ, potius sunt

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN
demeritoriae, quis remissiones bonorum operum. Igitur cum in
omni materia dubitata, licitum sit unicuique disputare, & oppo-
nere, & ego quoque dico, me a B. Tho. & Bona, in hac parte differ-
tere, donec melius probet sua, atque dissoluant nostra. Ego enim
præter opiniones, nihil video quæ probent, nec saltè unum ca-
nonem, cum tot scripturas ego superius conclu. v. produxerim
pro mea parte. Et nunc ne sine canonibus etiam loquar, ecce.

¶ Quarta ratio. cap. Cum ex eo. li. v. de poe. & re. dicit, p indul-
gentias satisfactio poenitentialis eneruatur. Hoc uerbum licet ex do-
lore potius, q̄ ex gratia dicat Papa, tamen canonistæ sicut sonat
intelligunt. Ergo si satisfactio eneruatur poenitentialis, patet, qd nō
nisi pena canonica remittitur. Cum satisfactio poenitentialis sit
nihil aliud, nisi terria illa pars poenitentiae ecclastice, & sacra-
mentalis. Nam de satisfactione euangelica, nihil ad ecclesiā, ut supra.
¶ Quod si quis mihi obster, papā non negare, etiā alias penas
eneruari. Sed affirmat duxat, nec exclusu loquitur, dum di-
cit, Satisfactio poenitentialis eneruatur. Respondeo, proba ergo
quod & alias relaxat, & non exclusu loquitur, quod cum nō
ficeris, ego probo quod exclusu loquitur per c. Cum ex eo, ut
supra, ubi dicit, quod questores eleemosynarū, præter id quod
in literis eorum continetur, nihil permittant proponere popu-
lo. Sed nihil continet in ullis literis apostolicis, præter remissio-
nes satisfactiōis sacramentalis, sicut ipsem dicit papa, Satisfactio
poenitentialis eneruatur per indulgentias indiscretas & superflu-
as, imo hoc uerbo, adhuc rigidius papa indulgentias restringit.
Quia si superflua indulgentia, solū eneruant satisfactionē sacra-
mentalē, ergo modesta & legitimā nec ipsam satisfactionē poe-
nitentialē eneruant, multominus ceteras ullas penas. Sed hæc
sunt non mei fori aut professionis, uiderint Canonistæ.

CONCLVSIONE XXI.

¶ Errant itaque indulgentiarū cōmissarij, si, qui dicunt per pa-
re indulgentias, hominem ab omni poena solui, & saluari.

¶ Hanc omnino assero & probo.

¶ QVIA saltem relinquitur pena tertia, id est euangelica, im-
mo & quinta, puta mors, & ægritudo, & in multis, illa omni-
um maxima poenitatum, scilicet horror mortis, tremor consciencie

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 52.

tise, infirmitas fidei, pusillanimitas spiritus, quas poenas si comparas ad remissas per indulgentias, sicut si rem cum umbra compates, erit comparatio. Sed, neq; mens Papæ est, ut tam friuale & impune fabulentur, ut patet ex c. Cum ex eo.

Quod si dixerint, nec nos dicimus has poenas tolli per indulgentias. Respondeo, Cur ergo populū nō instruis, de cognitio- ne pœnarū, quas remittis. Sed oīno omnes remitti clamatis, quas cunq; pro peccatis suis luere deberet, corā deo & ecclesia? Quō populus p seipsum intelligeret, qd tam obscure & large loqueris?

C O N C L V S I O XXII.

Quin, nullam remittit animabus in purgatorio, quam in hac uita debuissent soluere, secundum canones.

HAN C nō latius assero qd octauam, ex qua fluit ceu cotolla- vum, quod canones poenitentiales non transeant in alia uitam. Quia oīs poena temporalis, mutatur in pœna mortis, imo propter mortis pœna tollitur, & tollenda est, imo singe (ut latius sra- deamus) Romanā ecclesiam esse, qualis erat etiā adhuc tempore B. Gregorij, qn non erat super alias ecclesias, saltē Græciae, Clarū esset, qd Canonice pœnae nō obligabat Græcos, sicut nec nunc obligant si qui sunt Christiani, non subiecti Papæ, ut in Turcia, Tartaria, Liuonia. Illis ergo nulla istarū indulgentiarū est neces- saria, sed tñ in orbe Romanæ Ecclesiæ cōstitutis. Si ergo istos ui- uos nō obligat, multo minus mortuos, q sub nulla ecclesia sunt

C O N C L V S I O XXIII.

Si remissio ulla omniū omnino pœnarū, potest alicui dari, certū est, eam non nisi perfectissimis, id est, paucissimis dari.

HAN C de poenis omniū generū intelligo & sic assero, Nā qd remissio pœnitentialis satisfactionis possit unicuiq; dari, nō est dubiu, ut satis est dictū. Immo hāc conclusionē corrigo & di- co, Quod prorsus nullis, siue perfectissimis siue imperfectis, po- test dari omniū pœnarū remissio. Quod probo. Nam licet per- fectissimis deus nō inferat flagella seu. iiii. genus pœnarū saltem omnibus & semper, tamen tercia manet, scilicet Euangelica, im- mo & quarta, puta mors, & q mortis & ad mortē sunt pœnas. Licet em posset deus omnes perficere in gratia, forte siue pœnis,

M, L RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

non tamen statuit id facere, sed ad imaginē filij sui (id est, crucē) omnes conformare. Et quid opus est multis? Quantūcumq; magnifice extollatur pœnarum remissio, quid quælo efficiē apud eum, qui mortem & timorem mortis atq; iudicij ante oculos habet? Huic si omnis alia remissio prædicetur, & hæc nō remitti conceditur, nescio si consolationis aliquid reportet. Igitur horrorem mortis & inferni attende, & remissiones pœnarum uelis nolis, nihil curabis, ac sic nō nostro studio, sed rei necessitate uilificabunt indulgentiæ, quæ timorē mortis non tollunt.

CONCLVSIONE. XXIII.

Calli ob id necesse est, maiorem partem populi, per indisferētem illam & magnificam pœnæ solutæ promissionem. **C**ET HANC affero, & scio ita cōtingere. Nam ego ipse audiui multos nō secus intellexisse, quam quod sine omni pœna euolarent per indulgentias. Nec mirū, quādo illi sic scribunt, legunt, clamāt, quod si quis uenias consecutus, ante recidiuā moreretur, statim euolaret. Hæc omnia ita loquuntur, quasi non sint peccata, nisi actualia, ac si fomes relictus nulla sit imundicia, nullum impedimentū, nullū mediū, qd moretur ingressum regni. Cum nisi ipse sanetur, impossibile sit intrare cœlū, etiā si nullū assit astusle, nihil em inquinatū intrabit. Quo circa, horror ipse mortis, cum sit uitium formitis & peccati, etiam se solo impedit introitū regni. Quia quin d uoluntarie morit, nō obedit uocati deo, nisi inuitus. Et tantū ibi non facit uoluntatē dei, qui autem inuitus moritur. Tantum autem peccat, quantū nō obedit, uoluntati dei. Ideo rarissimus est, qui post omnes uenias, non etiā in morte peccet, nisi ij, qui cupiunt dissolui & uocant mortem. Igitur ut nō omnino cum eis discordem, dico, quod si quis sit perfecte cōtritus (id est, odiēs se, uitaq; sua, & summe diligēs mortē) statim euolabit, remissis sibi pœnis, sed quotus sit hic, tu uideris.

CONCLVSIONE XXV.

Cualem potestatem habet Papa in purgatoriū gene-
raliter, talem habet quilibet Episcopus & curatus in sua di-
œcesi & parochia specialiter.

CHAE C est illa blasphemia, quæ me mille mortibus dignum

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

35.

fecit, iudicio scilicet Quæstorum, ne dicam quæstuariorum, **V**e-
rum anteç ego hanc conclusionem ostendam, paululum præ-
fabor de proposito meo. **P**rimū, dico iterum hic me disputa-
re, non quo ad sententia quā intendo istis uerbis (hanc enim cō-
stanter assero, quia ea tenet uniuersa Ecclesia) sed quo ad uerba.

Deinde, aduersarios meos etiam rogo, ut ferat dolorem me-
um, quo crucior, dū audio ea prædicari in Ecclesia Christi, quæ
nunque scripta & statuta sunt, quando sanctis olim patribus, legi-
mus uisum esse periculosisimū, aliquid ultra præscriptum cœle-
ste doceri, ut inquit Hilarius, & sanctus Spiridon Cypri Episco-
pus, huius disciplinæ tam rigidus obseruator fuit, ut interfum-
peret sermonem eius, qui tantum Græci uocabuli æquiuocatio-
ne usus, Tolle cubile tuum & uade, dixerat, pro Tolle grabatū
seu lectum tuum & uade, reprehendens eum in re, quæ sensum
nihil mutarat. Atque huius doloris mei ueniam, puto mihi iu-
stissime ab illis deberi, quando nos ferre cogimur, nunque rogati
aut moniti, eorum præsumptiones quibus delectantur ea præ-
dicare, in quibus nos cruciamur audiendo.

Non hæc dico aut ago, quod tam impudentiter arrogans sim:
ut me inter doctos Ecclesiæ sanctæ numerandū putē, multomi-
nus inter eos, quorū hæc sit statuere aut destituere, Atque utinā no-
tissimū mereat Ecclesiæ membrū fieri aliquādo, Sed id potius
ago, Cum sint in Ecclesiæ & doctissimi pariter & sanctissimi ui-
ti, ea tñ est nostri seculi infoelicitas, ut etiā tanti non possint Eccle-
siæ succurrere. **Q**uid em̄ potuerit hodie doctrina, & pius zelus,
satis probauit infoelix euentus eorum doctiss. & sanctiss. virorū
qui sub Iulio secundo statuerunt reformare ecclesiā, instituto ad
hanc necessitatem concilio. Sunt & alij passim, quos noui, opti-
mi & eruditii pontifices, sed exemplum paucorū imponit silen-
tium plurimis. **E**t em̄ tempus pessimū (ut ait Amos propheta)
ideo prudēs in illo tempore tacebit. Deinque est nobis hodie Ponti-
fex optimus L E O D E C I M V S, cuius integritas & erudi-
tio delitiae sunt omnibus bonis auribus. Sed quid ille suauissimus
homo potest unus, in tanta rerū cōfusione, dignus profecto qui
melioribus temporibus pontificaretur, aut meliora tempora es-
sent sui pontificatus. Nostro seculo digni sumus pontificari nō
nisi Iulios secūdos, Alexandros Sextos, aut si quos alios, atroces

E iiij

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

Mezentios, uel finixerūt Poetæ. Nam bonos ridet hodie, etiam Roma ipsa, immo Roma oīm maxime, in qua enim orbis Christiani parte, liberius ludūt, etiam in summos pontifices, q̄ in uera illa Babylone Roma: sed sat ista. Cum itaq; præter innumerros priuatōs, etiam in sedibus suis habeat ecclesia doctissimos, si prudens uoluisset existimari illorum exemplo, & ipse tacerem. Sed præstat uel a stultis, a pueris, ab ebris ueritatem dici, q; omnino faceri, ut fiducia doctiorū & sapientium animosior fiat, ubi audiunt nos, rude nulgus tandem pro rei nimia indignitate clamare, sicut ait Christus. Si hij tacuerint, lapides clamabunt.

Ista itaq; præfatus, ad cōclusionem uenio. & primo de ea secundum sententiā, deinde secundū uerba seu sententiā aliorum. Igitur in hac conclusione nihil loquor de potestate iurisdictionis, quā infra sequente mox cōclusionē nego, & supra, xxij. & viij. idem negauī. Hanc enim potestatē illi ex ijs uerbis cōperunt, de qua dico sicut dixi. Statuat Ecclesia altera partem eius quæstionis & sequar libentissime. Cessent interim temerarij suorum somniorū assertores. Ego dubito & disputo, an habeant potestatē iurisdictionis in purgatoriū. Et quātum hucusq; lego & nideo, teneo negatiuam, paratus tenere affirmatinā, postq; ecclesiæ sic placuerit. Interim hic loquor de potestate uirium non iuriū, de potestate operandi nō imperādi, ut sit sensus. Papa nullā quidem habet potestatē in purgatorium, sicut nec ullus alius Pontifex. Si autem habet aliquam, talem certe habet, qualis sit & inferioribus participata. Hæc autē est, qua Papa & quilibet Christianus potest suffragari, orare, iejunare, &c. pro animabus defunctis. Papa generaliter, Episcopus particulariter, Christianus individualiter. Patet itaq; cōclusio uerissima. Sicut enim Papa una cū tota ecclesia suffragat animabus (quale sit in die oīm animarū) Ita quilibet Episcopus cum sua diocesi id facere potest (sicut sit in diebus, q; uocant cōmunes) & Curatus in sua parochia (sicut sit in exequijs & anniversarijs) Et quilibet Christianus in sua deuotione. Aut ergo nega, suffragiū esse intercessionem, aut concede quemlibet prælatū cū suis subiectis posse suffragari animabus.

Hæc igitur puto non esse tam dubia, quam sunt audaces illi sermones de iurisdictione Ecclesiæ in purgatorium.

CONCLVSIONE XXVI.

QOptime facit Papa quod nō potestate clavis (quā nullam habet) sed per modū suffragij, dat animabus remissionem.

CNON credo necessariū, iterū protestati quid disputem, aut quid afferam. Sed cū nostro seculo sint tam zelosi HERETICI AE PRAVITATIS INQUISITORES, ut christianissime catholicas, ui conent ad haeresim adigere, opportū nū fuerit sup singulis syllabis protestari. Nam quid aliud fecerint Ioan. Picus Mirandulanus, LAURENTIVS VALLA, Petrus Rauēnas, Ioan. Vesalia, & nouissime diebus istis IOANNES REVCHLIN, ATQVE IACOBVS STAPULENSIS, ut inuiti cogerentur, & bene sentiendo, male sentire, non facile uiderim, nisi qd omiserint forte protestationē super singulis (ut dixi) syllabis, tanta est hodie in Ecclesia puerorum & effoeminatorū tyramnis. Itaq; protestor denuo, duo in ista conclusione me facturum. **P**rimum, de potestate clavium in gurgatoriū disputare, & negatiuam probare, donec alius affirmatiuā melius pber. **S**ecundo, de modo illo suffragij inquirere.

CPrimum probos sic.

Primo, per illam multagatam Hostiensis rationem, uidelicet, Si claves sese ad purgatoriū extenderent, possent euacuare purgatoriū. Atq; crudelis esset Papa quod nō euacuat purgatoriū.

Hanc soluunt sic, Papa potest, sedē nō debet euacuare, nisi subsit iusta causa & rationabilis, ne aduersus iustitiam diuinā temere agat. Hanc frigidam & oscitantem solutionem, nix puto proferrent, nisi uel non aduerterent, quid loquantur, uel inter uitios marinos profundissime stertentes, se loqui arbitrarentur. Ita sit, ut ex uno absurdo dato, plura sequantur. Et ut ille ait, Se ptem mendacijs egeſ unum mendacium, ut terum uideatur.

Aigitur argumentū uix potuit robustius firmari, q̄ tali solutio ne. Quæritimus enim, qd tandem nomen erit huius causæ rationabilis: Constat aut, quod uel pro bello cōtra infideles, uel pro structura sacra, aut cōmuni, aliaue necessitate huius uitiae indulgentiæ donari. Sed nulla illaꝝ tanta est, quin incomparabiliter maior sit Charitas, iustior & rationabilior. Si itaq; iustitia diuina nō offenditur, si propter corpora fidelium, & res eorū tuendas aut ppter inanimatas fabricas, aut usum huius corruptibilis uitę

M. L. RESOLVTONES DE VIRTUTE IN

brenissimū, remittunt̄ tot, quo uoluerit (et̄ si omnes in eo numero cōprehendis, ut sic et̄ euacuet purgatoriū) quanto magis nō offendit, si pro sancta charitate redimant̄ omnes: Nisi forte iustitia diuina, tam est iniqua, aut forte melancholica, ut plus faciat Charitati in corpora & pecunias uiuentium, q̄ in animas tam egenas, exhibite. Maxime cū tanta res sit, succurrere animabus, ut fideles debeat malle seruire Turcis & corporaliter occidi q̄ animas nō redimi. Si ergo ppter id quod minus est, infinitas, & forte per hoc ipsum omnes redimet, cur nō & propter id qd maxim est (id est) Charitatem? Hic tamē ego illis angustia clavis consiliū dederim, ut dicat causam rationabilem nullam esse posse, ut sic secure elabantur huic obiectioni. Et ita si Papa possit quo ad se, nō tamen potest, quo ad causam, quae non esse potest.

Secundo, ipse stilus Papæ idem probat, in quo dicit, de iniunctis pœnitentij. Manifestū est aut̄ quod tantū donat, quantū sonat, & eo modo donat, quo sonat, ut sic Episcopus xl. Card. c. dies de iniunctis pœnitentij. Ita Papa pr̄sul oēs plenarie dies de eisdē iniunctis relaxat, sed purgatoriū pœnas nulla clavis iniuxit.

Hic uero bellus quidā sominiator sic fabulatur. Quando Papa dicit, damus indulgentias oīm peccatorum de pœnitentia iniuncta, intelligitur de pena imposta per sacerdotem. Quando autem dicit, damus indulgentias oīm peccatorū, de quibus contriti & confessi fuerint, tunc non remittunt̄ oblita uel ignorata. Quando uero dicit, damus remissionem oīm peccatorū, tunc euolaret, si moreretur. Et sic in manu Papæ est, quos uolet salutem. **O** furor. Vide pronuntiatorē hunc q̄ secure afferit, ac si oraculum ederet. Qui si dicerem, obsecro te, unde probabo hæc, si fuerio iussis rationem reddere huius fidei: fortasse noua alia finget mendacia, quibus illa priora statuat magna maioribus. **I**nfolices Christiani, qui coguntur omnia audire, quæcunq̄ tandem nūgarilibuit ineptissimis hominibus. Ac si non haberemus ipsam scripturā, quā p̄cipiente Christo, populū doceremus, & tritici mensuram, nō lapparum & tribulorū cados illis tribueremus. **C**inter cetera porteta, quæ hic suauissimus author fingit, id quoq; nobis audet persuadere, quod in manu Papæ sit remittere, uel non remittere ignorata uel oblita, quasi nō sciat uniuersa Ecclesia, quod post omnē solutionem Papæ, cūctis fidelibus restet di-

cere, Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me dñe. Et quod eriā bona opera nostra, cū lob uereti op oreat, ne inueniatur apud deū horrenda peccata. At Clavis Ecclesiæ, bona opera si sunt mala corā deo nec ne, nescit, nec iudicat, multominus remittit. Secūdo procedit eius somniū, ex laboriosa illa & iniuti li arte confitendi, imo desperandi & perdendi animas, qua huc usq; docti sumus, harenā numerare, id est singula peccata discutere, colligere, atq; ponderare, ad faciendā cōtritionem. Quod cū fecerimus, sit ut refricemus uel cōcupiscentias uel odia, prætitorū memoria, & dum conterimur de præteritis, noue peccemus. Aut certe si fiat optima cōtritio, sit tantūmodo uiolēta, tristis, mereq; factitia, de metu poenæ simulata dūtaxat. Sic em do-
cēmur peccata conteri, id est, ad impossibile, uel ad peius, conari

Cum uera contritio sit incipienda a benignitate & beneficijs dei, præsertim a uulneribus Christi, ut homo ad sui ingratitudinem, primo ueniat ex intuitu diuinæ bonitatis, & ex illa in odium sui, ac amore benignitatis dei. Tum fluent lachrymæ, & odiat seipsum ex corde, citra tamen desperationē. Tum odier peccatum, nō propter poenā, sed propter intuitū bonitatis dei, qua inspecta conseruat, ne desperet, & sese ardentissime odiat, etiam cū gaudio. Sic dum fuerit unius peccati uera cōtritio, oīm simul erit. Sic R.O. ij. Ignoras qd benignitas dei te ad poenitentiā adducit. O q̄ multi id ignorant sancte Paule, etiā aliorū Magistri. Sic in Numeris legimus, filios Israel nō fuisse a serpentibus suis igniti liberatos per intuitū & horrorem eorū, sed potius auerso intuitu ab eis, & ad serpentem æneum (id est, Christum) conuerso. Item & ab Aegyptijs uisis territi sunt, sed dato eis dorso, mare trāseuntes saluati sunt. Ita sunt peccata nostra in uulnerato Christo, magis q̄ in nostra conscientia tractanda. Illic enim mortua sunt, hic uiuunt. Alioquin si illorum carnificina seruāda est, fieret q̄ si quis subito ad mortem raperetur, nō possit saluari, quia nō habet tempus colligendi peccata. Sed habent quod hic dicant
Quare ad commentū illius Commentatoris dici potest, in omni remissione summi Pontificis, præsertim illa publica & co ram Ecclesia (ut sit in uenijs) debet subintelligi ista clausula, de iunctis poenitentijs, siue sunt peccata oblita, siue ignorata! Hæc enim ad forum ecclesiæ non pertinet.

M. L. RESOLVATIONES DE VIRTUTE IN

Dicitum est autem istud pelagus sermonū (ut mihi uidetur) ex quādā incuria inspiciendā originis indulgentiā. Nam tunc tēporis quādo uigebant Canonēs penitentiales, magnū erat relaxare. iij. dies, post hoc cœperūt centū dari, deinde mille dies, tandem multa millia dierū, & anni, & annorū céteraria & mille naria. Sic enim paulatim pcessit maior, ac maior largitas ueniarū. Ponit hæc, cœpit septima pars om̄is peccatorū remitti. Deinde tertia pars, Non uissime dimidia pars, ac sic peruentū est ad plenaria remissionem om̄is peccatorū, ut satis pot uideri adhuc in stationibus urbis Romæ. Quod si in primis gradibus intelligit penitentia iniuncta, certe & in plenaria remissio ē intelligēda est.

Tertio, iterum stilus Papæ dicentis, per modū suffragij. Oportet em̄ diuersum esse modū suffragij, a modo potestatis. Quod si ipsi Papæ (sicut debemus) plus credemus, q̄ illis & nobis ipsi, patet nullā potestatem, sed suffragiū ualere in purgatoriū. Tuttius est mihi cū Papa sentire, q̄ cum illis. Papa nō arrogat sibi potestatem, sed suffragiū sibi uendicat. Et satis miror, qua fiducia illi cōtra expressam prohibitionē c. Cum ex eo plus audeant prædicari, q̄ in literis Papæ continetur, cum suffragij modus ibi solum cōtineatur. Quod si sic intelligunt, Non habet potestatem quidem iurisdictionis in purgatorium, sed tamen habet potestatem Clauium applicandi suffragia in illud. Hic dico & ego, qđ hoc nemo negat, potestas applicandi siue suffragia, siue latissimiones, siue laudes dei, prorsus est in manu summi Pontificis, Verum an illa potestas sic sit solius Papæ, ut non etiam aliorum Pontificū sit, ut cōclusione precedenti dictum est, uel quid, ego nondum intelligo in isto modo applicationis, in secunda parte huius conclusionis dicam. Interim hanc primam prosequamur.

Quarto, & omniū fortissime, Christus non ambiguis, sed claris, apertis, rotundis uerbis dicit, Quodcumq; ligaueris super terram, ligatū erit & in coelis. Et quodcumq; solueris super terram, solutū erit & in coelis. Non frustra adiecit, super terrā, Alioquin nisi restringere uoluisset potestatem Clauiū, satis fuerat dixisse, Quodcumq; solueris, solutū erit. Aut ergo Christus ut nugator superfluit uerbis, aut potestas Clauium solummodo est super terrā.

Sed hic o bone deus, q̄ prompta est quorundā supersticio, qui sine scitu & sine uolūtate Papæ uolunt in his uerbis potestatem

ei dare, ubi ipse suffragiū sibi usurpat duntaxat. Et cum sentirent hæc uerba Christi sibi fortiter resistere & errorem confutare, nō id egerunt, ut erroris patrocinii desererent, & uerbis Christi in corruptis sensum suum accōmodarent. Sed e contra, uerba eius sensui suo corrupto accommodant & torquent, dicentes, illud Super terram, potest dupliciter construi. Vno modo, ut ad soluentem. Alio modo, ut ad soluendū pertineat. Et primo modo esse Christum intelligendū, scilicet, Quodcunq; Petrus, dum fu- erit super terram, soluerit, solutū erit & in cœlis. Volentes forte, quod & si diabolū solueret (modo ipse soluens super terram sit) solutus erit in cœlo. Nam qui dicit, Quodcunq; & nihil addit quo restringat, omnia certe solubilia esse ostendit. Nescio quibus uerbis hanc rudem & insulsam superstitionem, imo temeritatē insecter. Hieronymiano stomacho & eloquio dignus hic erat author, ut sanctorū uerborum Christi, tam audax uiolentia & corruptio vindicaretur. Et ut omittam grāmaticam, quæ uel so- la potuit eos docere, non posse hunc eorum sensum istis uerbis stare, sed magis nouas dialecticas, q; uera sequuntur grāmatice.

Videntur isti eousq; sapuisse, quasi Christus timuerit, ne quan- do talis Petrus uel Papa foret, qui & mortuus uellet ligare & sol- uere, & ideo necessariū ei fuerit tam insignem mortuorū Pon- tificum ambitionem & tyrannidem preuenire ac prohibere, ne ligent aut ligant, nisi dum fuerint in uita & super terram. **E**t for- te (ut tā dignos scripturāe interpretes digne laudemus) nec sine causa sic timuit Christus, ita uidelicet aliquando contingere, ut mortuus Pontifex aliquid ligaret, & suus successor uiuus idein solueret. Tum fieret magnus error in cœlo, & Christus anxius ignoraret, cuius illorū approbaret officiū, ut qui temere perni- sisset utrīsq; idem officium, nec addiderit super terram, ut mor- tuus cōpelceretur. Si enim ita nō sapient, quid aestuant: quid la- borant ostendere, quod super terra, ad soluenteū pertinet: **E**c- ce o uere aureū opusculū aurei doctoris, & aureis literis dignissi- mum, & ne nihil nō sit aureum, aureis discipulis tradendū, illis uidelicet, de quibus dicitur. Simulacra gentium aurū & argen- tum, oculos habentia & non uidentia &c. **R**ecta uia isti ince- dent contra Christum. Christus enim ideo addidit super terra ne Pontifex, qui nō potest nisi super terram esse, præsumat id li-

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

gare aut soluere, quod nō sit super terrā, uelut data opera, nostri temporis adulatores fœdissimos præueniens & prohibens, qui inuitio & recusanti Pontifici, regnum tradere incipiūt inferorū Hos S. Hieronymus pro suo seruore dixisset Theologos, id est, deum loquentes, eum autem puta, qui apud Vergiliū magnum uatibus inspirat furorem. **Sed tameū agamus contra eos.**

Primo, Si per hanc intelligentiā claves soluūt mortuos, ergo & ligant, quia utrinq; additur, Super terrā, dicens, Quodcunq; ligaueris super terrā. Ergo & hic oportet eadem industria & acuminē nobis distingui, super terram duplicitē cōstrui. Vno modo, ut ad ligantem, Alio modo, ad ligandū pertineat, ut sic concludant nobis, Pontificem posse ligare sub terra in purgatorio, modo id cūremus (opere uidelicet medicorū) ut id nūius faciat, & dum fuerit super terrā. Nam mortuus nō posset ligare. **Q**uod si ista prima pars uerborū Christi non recipit hanc torturam & violentam elusionem, ut ipsimet quantūlibet sint sine iudicio, asserunt, qua fronte audebunt alteri parti eam uim facere, cū sit simili schemate per omnia composita: nisi forte illis, more suo, omnia licuerit uniuocare & equiuocare & amphibologisare & paralogisare, sicut libuerit & ubi libuerit. **D**icunt ergo, quod super terrā, in prima parte pertinet ad ligandū, Sed in secunda parte pertinet ad soluentem, quandoquidē & maiora monstra in sacris etiā literis inuixerunt, pro sua laudabili consuetudine.

Quare cum omnes negent, Claves posse ligare in purgatorio, necesse est negare, qđ possint soluere, cū sint illæ duæ potestates æquales, & aequaliter a Christo Ecclesiæ suę date. **I**n hac sententia sunt quidā nō pessimi iuristæ, an saniores ceteris, uiderint illi

Secundo, Ex ipsa antithesi, ista sententia etiā confutatur. Quia sicut in cœlis, utiq; ad soluendum in cœlis, respicit, ita super terram, ad soluendum super terram, respiciat oportet. Et rursus, in cœlis ad ligatum, **Q**uate & super terram, ad ligatum referri debet. **V**nde Christus uelut de industria, non dixit, Ego soluam in cœlis, sed solutum erit in cœlis, ut si quis primo uerbo, scilicet, Quodcunq; solueris super terram, falsæ intelligentiæ calumniam quæreret, in sequente retunderetur, nec permitteretur ad soluendum aptare, quia solutum in cœlis, cogit certe intelligi, solutum in terra, non soluentem. **E**t ligatum in cœlis, cogit intelligi

DVLGENTIARVM AD LEONEM XXI P. M. 5A.

non ligantem, sed ligatum in terra, aut saltem utrumq;

Tertio, Si clavis tenditur in purgatoriū, quid frustra laborat? Cur non tollunt uerbum suffragij: cur nō persuadent Pontifici, ut dicat per modū potestatis, & autoritate potius quam suffra-
gio soluere & ligare? Quippe, Quodcūq; soluerit (tantū cauteat
ne sit mortuus) solutū erit. Quid nos obtundit uocabulo suffra-
gij, quod nemo intelligit potestate, sed omnes intercessionem?

Quin amplius faciamus, & rogemus Papā, ut purgatoriū o-
mnino tollat de rerū natura. Sic enim Claves ecclesiae, etiā quo
ad soluendū duntaxat, illuc sese extenduit, erit in manu eius to-
tum purgatoriū. **Q**uod probo sic, Det omnibus in illo existenti-
bus remissionem plenariam. Secūdo, omnibus morituris Chri-
stianis eandem similiter det remissionem, Tunc certum erit, ut
nullus in eo maneat, nullus in ipsum ueniat, omnes autem euo-
leint & cesseret purgatoriū. Debet autem id facere, & subest iustissi-
ma causa, scilicet charitas, quę per omnia, super omnia, in omni-
bus quærenda. Nec cauendum est, quod iustitia diuina offendan-
tur a charitate, ad quam potius ipsa nos urget. **Q**uod cum fa-
tum fuerit, deponamus totū officium defunctorū, satis hodie
moleustum, & neglectum tamen, mutemusq; id in officiis festiis.

Quarto & ultimo, Si purgatoriū poena est castigatoria, & af-
flictiva, ut supra. v. Conclu, tunc certū est, eam nō posse solui po-
testate clavī. At non esse aliā, satis puto ex sufficienti diuisione
patere. **P**atet itaq; prima pars huius Conclu, ac p hoc tota satis
probabiliter firmata, qd suffragij, nō iurisdictio intreret purgatoriū.

Secundū, scilicet Modus ille suffragij, & si non fuit a me posis-
tum, ut inquireretur, nec requiri ad positiones meas, scire, quis
aut qualis sit, tamen uolens exponā me in eo, quod iuste poterā
omittere, ne uidear angulū quærere, salua semper mea protesta-
tione, quod non mēu, sed pontificis, in Ecclesiastici sorte Cō-
cilij sit statuere, quis sit ille modus. Mēu est inquirere & disputa-
re ac rationibus adductis, quid intelligā, aut nondū intelligam,
indicare. **E**rgo duplici via impenditur suffragium animabus.

Primore ipsa & officio p̄sente, sicuti sit, cū sacerdos cū populo
orat, ieunat, sacrificat, aliaq; facit nominata opera, pro nominata
animabus. De quo suffragio nullum dubiū est, quin uehemē-
ter prosit, & redimiat animas, secundū quod deo nūsum fuerit, &

M. L. RESOLV'TIONES DE VIRTUTE IN

illæ meruerint secundū B. Augustini. De isto superius dixi Conclu. præcedenti, qd tamē potestatē habet Episcopus specialiter, qualē Papa generaliter. Sed nō iurisdictionis, sed suffragij facien- di in purgatorium. De isto modo hic nō queritur, ut notū est.

Secundo, impendiū sine officio uel opere, sed mera iurisdic-
tione per literas uel per uoces pronuntiata. **E**t id quoq; ex duobus
thesauris. **P**rimus est triumphatis Ecclesie, qui est meritū Christi & sanctorū eius, superabundātius qd debuerant merentū. Et
hunc esse relictum in Ecclesia, ut hic remuneretur & compense-
tur, dicunt illi. **A**lter est militantis Ecclesie, ut sunt merita, bona
opera uiuentium Christianorū, quæ habeat summus Pontifex
in manu sua, applicare ea, uel pro satisfactione pœnitentū, uel
suffragio defunctorū, uel pro laude & gloria dei. **B**ic enim & es-
go aliquando & docui & scripsi, Papā tripliciter habere militan-
tis Ecclesie merita in potestate. **P**rimo, ut ea offerat deo pro sa-
tisfactione aliorū. **S**ecundo, pro suffragio animabus. **T**ertio, in
laudem dei. Et hanc facultatē spiritualem, si uera est, in suis dioce-
sibus habere Episcopos, firmiter credo. Aut si erro, reuocet me
qui potest. **A**lioquin quomodo stabunt sine errore fraternita-
tes illæ, in quibus sibi cōmunicant sua studia & opera, tā maior-
es quam minores prælati? Iste monasteria & ordines, & hospi-
talia & parochiae. Id enim non potest uerū intelligi, nisi qd tali
mō unius opus pro altero satisfacit, suffragat & glorificat deū.

Dico itaq.

Quanq; ego prorsus nō intelligo, quō sint ista merita militan-
tis Ecclesie in manu Papæ, tā interim sic pie credā, donec suus
Gordus hunc nodū dissoluat. Causa autē qd nō intelligā, est hēc
Prima, Si pro uiuentibus uiuentium offert opera, iam nō ui-
deo, quomodo sit remissio gratuita, & nō potius uera & iusta
satisfaction & persolutio usq; ad nouissimū quadrantem. Licet
enim ille nō operetur cui sit remissio, alij tamen operantur & sa-
tisfaciunt. Tunc enim id fieri, quod omnes constater negant, scia-
licet quod concedens oneret se ad satisfactionem, uere enim Pa-
pa tunc non remitteret, sed satisficeret, scilicet per sibi subiectos.
Secunda, quod sic claves Ecclesie nihil prorsus facerent, nisi
quod iam de facto fit in Ecclesia, etiā sine clauibus. Nam ex lege
charitatis quilibet pro quolibet tenetur orare. Et Apostolus ait,

Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi.

Tertia, quod nomine indulgentiae huic sententiae repugnat, quia debet illud indulgere, id est, remittere, ut non faciat quod debet; non autem imponere alteri, uel impositum dicere, ut indulgentia prouersus extinguat debitum, non autem per aliu soluat. Quare uidet potius sine isto thesauro, nuda sufficere potestas Clavium ad indulgentias, maxime cum remittatur tantummodo Canonica, non autem Euangelica satisfactio. Aut iterum hic dicendum erit, ut supra de remissione culpae dictum est, quod sic etiam remittat per hunc thesaurum poenas, id est declaret id fieri, quod etiam sine eo fit, scilicet, Ecclesia pro eo satisfacere cui remittit. Quomodo B. Aug. dicit, Neminem suscitari, nisi quem suscitata unitas Ecclesiae, ut in uide figuratum dicit. Sed adhuc durat ratio prima & secunda, quod sit tunc potius satisfactio quam remissio, siue declaretur siue concedatur.

Quarta, Thesaurus ille Ecclesiae militatis magis opatur gratia spiritus, quam remissione poenitentiarum. & uidetur satis uiliter tractari, si pro poenitentia remissione applicetur, cum remissio poenitentiarum sit uilissimum donum in Ecclesia, etiam impiis donabile, & sola clavis potest.

Dico secundo. **I**te, ut uidetur.

Non intelligo, quomodo aut quid fiat, quando Papa eundem thesaurum applicat pro suffragio defunctorum. **C**ausa haec est,

Prima, Quia iterum non plus uidetur facere, quam quod de facto sit. Nam universa Ecclesia de facto orat & suffragatur pro defunctis, nisi iterum hic putetur id facere declarative. Nec video quid illud obstat quod dicitur de Missa, quae plus prodest si per sacerdotem unius applicetur, quam si sine applicatione pro omnibus celebretur. Fateor id uerum a me credi. Sed Papa ut summus & generalis omnium sacerdos, certe non potest nisi generaliter applicare, immo debet id facere, etiam sine literis ueniarum.

Secondo. Cum per indulgentias non remittantur nisi poenitentiae Canonicae, prouersus non possum intelligere, quid animabus remittatur, cum Canones eas non ligent. Denique in morte sunt ab illis absolutae, cum omnis sacerdos sit Papa in hora mortis. Item quod nulla anima patitur in purgatorio pro criminibus & mortalibus peccatis sed tantum pro uenialibus, ut dicitur. Qualis. Canones autem uenialibus, immo mortalibus occultis non sunt impositi, sed tantum criminibus cognitis, ut supra dictum. Dicatur ergo qui potest, Quoniam indul-

M. L. RESOLVATIONES DE VIRTUTE IN

gentiæ suffragant illis, id est, remissiones Canonū, nisi non tan-
tum indulgentias largiat, immo illis uelut in superabundante cau-
telâ datis (uel ut solent etiā mortui absolvi in facie Ecclesiæ) simul
inuoluat ultra indulgentias, applicationē meritorū Ecclesiæ. Et
tūc certe indulgentiae nō sunt suffragiū, sed cū suffragio tanq; alte-
ro dono, dant animabus, id est, declarantur dari, uel applicant.

Dico tertio.

De thesauro meritorū Christi & sautorū ad remissionē pœ-
narū applicato, dicā inſta in ſua Concl. lviij. Vides ergo q̄ ſint
oīa obſcuriſſima, & dubioſiſſima, ideo picaloſiſſima doceri. Id
unū dico & uideo, qđ d Papa (in Cle. de pe. & re. c. Abuſionibus).
dānare uidetur hanc ſententiā, de redimēdiſ animabus p̄ indul-
gentias, dū dicit, Animas de purgatorio, ut aſſerūt, mendaciter
extrahūt. Vbi gloſſa, ſuper uerbo, mendaciter, quia inquit, ſunt
iudicio dei reſeruatae. Et allegat ad hoc diſt. xxv. c. Qualis. Et cer-
te mihi uidetur reſte ſentire. Nam ſi per ſuffragiū redimātur, nō
utiq; ſequitur eā ſtatiſ euolate, non eſt idem ſuffragari & redi-
mire ſeu liberare. Itaq; ego hunc q̄ ſapio, quod uideo indulgen-
tias & ſuffragium meritorū Ecclesiæ eſſe diuariſſimas/
alterā ſine altera, & cū altera dari potentem. Indulgentijs ſufficit
ſola poteftas clauium, ſine addito illo theſauro, qui tamē potef-
addi, uel ſolus dari. Solus datus, facit participem bonorū, ut ſu-
pra ſatis eſt diſtū. Hæc ſi eſſent certa & uera, ſequeretur, quod in-
dulgentiæ, in quantiū tales, prorsus nihil prodeſſent animabus,
niſi quod coram Ecclesia abſoluenter (id eſt, denunciarentur eās
eſſe abſolutas) Aut ſi prodeſſent, non id fieret uirtute ipsarū, ſed
alii adiuncta illis donatione, ſcilicet meritorū Ecclesiæ. Que do-
natio iterū diſtinguenda eſt a generali applicatiōe, qua Ecclesia
de facto per illa ſuffragatur animabus, ſine Pape applicatione,
& uidendū quid ipſa ualeat. Sed etiā alijs relinquentius eſt inqui-
tendilabor, quibus eſt nondum ſeffum ſtudiū in tantis dubijs.

DNunc objicitur.

Primo, Celebre habetur, quod quidam magiſter Parrhisijs te-
nuit in diſputatiōe ſua, Summū Pontificem habere poteftam
in purgatorium, & Pontifex eo cognito & mortuo, dedit eam
aſſertam remiſſiōem, uelut commiendans.

Respondeo.

Contra nihil mouet, quid placeat uel displiceat summō pontifici. Homo est, sicut & cæteri, multi fuerunt summi Pontifices, qui bus non solum errores & uitia, sed etiam portenta placuerunt. Ego audio Papam ut Papam, id est, ut in Canonibus loquitur, & secundum Canones loquitur, aut cum Concilio determinat: non autem, quando secundum suū caput loquitur, ne forte cogat cum quibusdam, male Christianum cognoscētibus, dicere, qđ lūij secundi horrendæ cædes in Christianum populum, fuerint quædam beneficia pīj pastoris, in oues Christi collata.

Consecundo, B. Bona, li. iij. dist. xx. Non esse resistendū importu ne, si quis asseruerit Papam habere potestatem in purgatorium.

Respondeo primū. Authoritas. S. Bona, in re hac non sufficit.

Consecundo, quando id asseruerit, non erit resistendū. **T**ertio, Bona, recte dicit, Quia addit, seipsum exponens, dummodo id constet per authoritatem manifestam, aut dictamen rationabili. Sed illa nondum constat manifesta authoritas.

Consecundo, Hic uero objicitur.

Primo, Sixtus quartus determinasse dicitur, quod per suffragium ille modus nihil minuit plenitudinem indulgentiarum.

Respondeo.

Consecundo, Si quis pertinax esse uellet, diceret, Proba quod dīcis optime pater, Maxime cum solius Papæ non sit nouos fidei statuere articulos, sed secundū statutos iudicare & descendere q̄stiones fidei. Hic aut̄ erit articulus nouis, ideo ad uniuersale consilii pertinebit eius determinatio, multomagis q̄ Conceptio, B. Virginis, Præsertim cū hic nullū, illic multū & magnū sit anmarū periculū, Alioquin, Cum Papa sit unus homo, qui errare potest in fide & moribus, piculo assidue laboraret totius Ecclesiæ fides, si quicquid sibi uisum fuerit, necesse sit uerum credi.

Consecundo, erit si Papa cū magna pte Ecclesiæ, sic uel sic sentiret, nec erit errare, adhuc nō est peccatū aut hæresis, contrariū sentire p̄sertim in re nō necessaria ad salutē, donec fuerit p̄ Conciliū uniuersale alterū reprobatur, alterum approbatū. Quod, ne multis agam, illo unico probatur, quod Ecclesia Romana etiam cum Concilio uniuersali Basiliensi, actota ferme Ecclesia sentit Beata virginē sine peccato conceptam. Et tamen, quia altera pars non est reprobata, non sunt hæretici, qui contrarium sapiunt.

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

Tertio, Igo dico, mihi nondū uisam illam Sixti determinatioē. Sed hæc mihi uisa est, quod indulgentiæ dantur defunctis per modum suffragij. Ex qua nondum sequitur, quod ideo animæ euolent, quibus ille modus datur.

Quarto. Non possum esse alieni uerbi, multominus Summi Pōtificis, interpres. Quare donec seipsum interpretetur interim opinemur, honoris gratia, defendendo dictum tale incognitū. Dupliciter potest id ipsum intelligi. **P**rimo. Modus suffragij non minuit plenitudinem indulgentiæ, id est, licet indulgentiæ dentur ibi, non per modum indulgentiæ, sed per modum suffragij, tamē tali suffragio & intercessiōe nihilominus sit, ut euolent omnino, qbus fuerit impensus. Ac sic non soluendo, sed intercedendo euolant. Hanc non teneo, sed illi ita putant dictum. **S**econdo. Modus suffragij non minuit plenitudinem indulgentiæ, id est, applicatio indulgentiarum per modum suffragij, permittit eas esse, quod sunt, scilicet indulgentias plenas, nec tollit id, quod natura sua sunt. Solum, quod non agunt, ut indulgentiæ, sed ut suffragiū. Ethant admisto & addo, Quod si non minuit aliquid, multomagis nihil auget indulgentias illa applicatio suffragatoria. Ex ijs sequit, quod non euolent animæ per illum modum. Et id sonant etiam uerba, Quia nō dicit, Modus ille suffragij plene redimit animas. Sed, nō minuit plenitudinem indulgentiæ, scilicet quod indulgentiæ licet plene, tamen tantū faciunt, quantum facere potest suffragium, nec amplius.

Iterum obijcitur.

Forma absoluīōis Apostolicae dicit, Remittēdo tibi pœnas purgatoriij, inquantum Claves sanctæ matris Ecclesiæ se exten- dunt, Ethanc formam seruant pœnitentiarij Papæ, etiā in urbe,

Respondeo.

Primo, Ista sunt extra propositum, quia est forma absoluendi uiuorum & mortentium, non autem forma applicandi indulgentias iam defunctis.

Secondo, Tamen quarendæ ueritatis causa, dico, quod cum sint dubia & obscure posita ista uerba, non potest errari in fide, si quis cōtra senserit, quā putantur intelligenda. Cur em̄ trepidat illa forma: cur uelut dubitans dicit, Inquantū Claves sese exten- dunt: Suspecta est mihi ista tremenda cauda. Non teneor sumi-

ter credere, quod ipse non audet constanter probuntiare. Cum hic solum & nusquam alibi adiungit, in quantum Claves se extendunt? An nondum uidemus & uigil sit Christus in Ecclesia sua, ut etiam errare uolentes, non permittat errare. Si tamen nos ipsos, neglecto eius monitorio, non præcipitaremus in errorem. **T**ertio dico, sicut prius, etiam si Papa cum suis pœnitentiariis hic non erraret, non ideo sunt heretici, qui negent eius sensum, aut non credant, donec fuerit Concilij uniuersalis iudicio alterutra partiu definita uel reprobata. **S**ic enim, licet etiam indulgentijs ornarint festu Conceptionis, tanquam rem certam fidei, non tamen dominant, aut ligant eos, qui solutionem talium indulgentiarum non querunt. **I**ta quantu[m]que donetur indulgentiarum, formam illam non est necesse credere esse uera, donec statuat Ecclesia. **E**t iterum uides, quanta sit necessitas legitimi & uniuersalis Concilij. Sed timeo, nostrum seculum non sit dignum donari nobis tale sed potius ut operationibus erroris illudamur, sicut meruimus.

CONCLV SIO XXVII.

Hominem prædicant, qui statim, ut iactus nummus in cistam tinnierit, euolare dicant animam.

IHOMINEM prædicant, id est, vanitatem & mendacia, secundum illud, Omnis homo mendax. Et iterum, Vanitas, omnis homo uiuens. Atque ista positio, secundum meam sententiam, non egit probatione. Probatur tamen per sequente Conclusionem. Quia arbitrio dei, & merito animæ ualeat suffragium Ecclesie. Ideo etiam si illorum esset uera sententia, quod per modum suffragij prosunt, Non sequitur quod statim euolent.

Primo, non suffragij, sed exauditio suffragij, eiusque susceptio liberat. Cum non orante ecclesia, sed operante deo liberentur.

Secundo, Natura deus sic agit, ut cito exaudiat, tardet aut dare, ut patet in omnibus sanctorum orationibus, & doctrinis, ut prober puerantia. Ideo longe distat suffragij, exauditio, executioque eiusdem.

Tertio, Quod hoc ipsum noue dicit, sine authoritate ulla contra phibitione Canonis, ne quid ultra quam in Iesu continetur, dicatur.

No[n] ergo dei & Ecclesie. i. uera, sed sua, propria, i. mendacia loquuntur.

Quinto, Non differunt ille, qui loquitur fallum scienter, & ille, qui asserit certum, quod nescit esse certum. Sic enim & uerum

MVL. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

"
incerta

loquens aliquando mentitur. Sed illa iam dicta, sciunt sibi esse incerta, & tamen certa non affirmant, tanq; Euangelia, nulla enim auctoritate, vel ratione, possunt ea certa esse probare.

Sexto, Tunc suffragium illud esset melius alieno officio, & p accidens, quam suo proprio, quia non tantum prodest operatio, quā alteri, pro quo sit, immo hoc est Peripateticū, ideo transfeo. Maxime cum illi ausur concedere, quod non possint operatio, sed animæ &c. Possem & ego istas fabulas ridendas agitare & illudere, sicut ipsi per eas illudunt ueritatem, Sed desisto, ne magis dogma quam problema ponere uidear.

C O N C L V S I O XXVIII.

Certū est, nūmo in cistā tinniente, quæstū & auaritiā augēti posse, suffragiū autem Ecclesiae est in arbitrio solius Dei.

MIRVM est, quod nō tanto studio, atq; boatu etiam Euangeliū Christi prædicatur saluberrimū. Quæ res suspectū facit negotiū, quod plus quæstū q̄ pietatem aestimare uident, nisi forte iustissime excusent, per hoc, quod Euangeliū Christi ignorant. Igitur, cū indulgentiæ sunt nullius pietatis, nec meriti, nec præcepti, sed licentia tantummodo quædam, licet opus per quod redimunt, sit piū, uidetur oīno quæstus augeri p eas, magis q̄ piecas, dū tam effuse & solæ tractant Euangilio uilius uix recitat.

Probo primo, Quia suffragiū Ecclesiae nō est iurisditio Papæ: nec in manu eius, quo ad acceptationē dei, sed tantummodo q̄ ad oblationē, etiā si stet eoī ſuīa de animarū redemptiōe per illud.

Secundo, Falsa esset B. Augustini vulgata sententia, qd suffragia tantū ijs prosint, qui ea sibi prodefesse meruerūt, quia potestate Papæ, non aut merito anime prodefessent, cuiuscq; prodefessent.

Tertio, Contra naturā & uim uocabuli est, ut sit in potestate Papæ, per suffragium redimere, Nam quātumcunq; opus sit excellens, si ipsum uertitur in suffragium, non ut opus, sed ut suffragium, opera. Exauditio suffragij, potius redimit. Aut ergo alijs nominibus de re ipſa loquunt, & tunc peius fallunt, Aut si proprio uocabulo de re sua loquunt, tum nō stat sententia eorū, res pugnante uocabulo suffragij, significatiōi & intellectui potestatis.

Quarto, Tūc pr̄sus nulla esset differentia inter suffragiū & potestate nisi uoce tm̄, re ipſa erunt idē, quia idē efficiūt sine alio re-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

41.

quisito ultra uoluntate Papæ. Cur ergo nō facet suffragiū, & cef-
sat nos cogere alia intelligere per suffragiū, quā per potestatem.
Hic iterum protestor optime lector, mē de suffragio eiusmo-
diloqui, tanq; uere esset tale. Nam meam sententiam dixi supra,
quod dubitem nec intelligam, an sit, aut esse possit tale. **Q**uod i-
deo dico, ne mihi ipsi quisquā contrarium, me sibi fingat, dum
hic uelut affero suffragium, quod prius pene negauī.

C O N C L V S I O XXIX.

Quis scit, si omnes animæ uelint redimi a purgatorio, si-
cut de sancto Seuerino & Paschali factum narratur.

NON quidem fide dignā scripturā de ijs duobus legi, Nat-
rari tamē audiui, quod potuissent suis meritis liberari, si minus
uoluissent glorificari, ideo potius sustinuerūt gloriam uisionis. penas p̄t maiorem
Sed in ijs credit quisq; quod uelit, mea nihil refert. Non enim
negaui, quin & alias poenas luant animæ in purgatorio, quam
supra dixi, Sed uolui, ut etiam illis remissis, non euolarent, nisi
& sanarentur in gratia perfecte. Posse tamen fieri, ut aliquæ nol-
lent redimi, ex nimia dei charitate, ex eo fit uerisimile, quod Pau-
lus & Moses potuerunt uelle esse anathema, & separationem a
deo in æternum. Si tale in uita facere, isti prompti erant, non ui-
detur negandum, & a defunctis idem fieri posse, de quo exem-
plum de quadam Virgine, uide in Ser. Tauleri, quæ sic fecit.

C O N C L V S I O XXX.

Nullus securus est de ueritate suæ contritionis, multomi-
nus de consecutione plenariæ remissionis.

AHAB C dico, eotū sententia, qui uolunt, cōtritionem esse ne-
cessariā ad remissionem poenarū. Et non uident, quā uehemen-
ter incerta reddant omnia. Et satis patet conclu. Nam prīmā par-
tein omnes afferunt. Secunda aūt necessario sequitur. Meo aūt
iudicio potest fieri certa remissio poenarū, scilicet Canonicarū, e-
tiam si ille dignus nō fuerit, nec contritus. Non enim contritio,
nedū certitudo contritionis, requiritur ad poenarū remissione,
quia tenet remissio, etiā si fictis cōcedatur, cū sit in mera potesta-
te Papæ. Illi uero ut supra q̄q; dictū est, si alias poenas q̄ criminū,
uolunt remitti, scilicet quotūcunq; mortaliū peccatorū, faciunt,

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

dum nimium magnificant indulgentias, ut nullae sint indulgentiae. Quia nec indulgentiae quidem sunt, si incertae sunt. Incertae vero sunt, si nituntur super absoluendi conscientiam, non super Clavum potestatem. Maxime vero, si & super omnium peccatorum mortalium, non tantum criminum manifestorum, contritione nituntur, cum nullus certus sit, se sine peccato mortali esse. Certus autem esse potest, quod sine crimine est, id est, sine peccato, de quo coram Ecclesia possit accusari, ut supra. Ideo illa condu-
nego esse ueram, meo sensu loquens. Posui autem, ut uiderent
illi absurditatem suae iactantiae, qua indulgentias extendunt.

CONCLV SIO XXXI.

Cquam rarus est uere pœnitens, tam rarus est uere indulgentias redimens, id est, ratissimus.

GIT ERVM eorum loquor sententia, ut uideant suæ licentio-
se prædicationis temeritatem, immo contradictionem, qui cum
tam multis eas prodesse clamitent, & tamē confitentur paucos
esse, qui angustam uiam ambulant, nondū erubescunt, neq; at-
tendunt quid loquantur. Sed nec mirum. Non enim suscep-
runt officium contritionis & angustæ uiae docendæ. Meum itaq;
sensum dico, quod & si pauci sint contriti, multi immo omnes
in tota Ecclesia, possunt esse liberi a pœnis Canonum, per abla-
tionem Canonum, sicut & uere nunc sunt.

CONCLV SIO XXXII.

CDamna buntur in æternum cum suis Magistris, qui per
literas ueniarum securos sese credunt de sua salute.

CHanc assero & probo. Sic Hiere. xvij.

Maledictus q; spem suā ponit in homine, & ponit carnē bra-
chium suū. Non est em nobis ulla fiducia salutis, nisi unus Iesus
Christus, nec aliud nomen sub celo datū, quo nos oporteat sal-
uos fieri. Act. xv. Preat ergo fiducia in mortuis literis, in nomi-
ne ueniarū, in nomine suffragior. Secundo sicut dixi, Literæ &
ueniae nihil conferunt salutis, sed tantummodo auferunt pœnas,
nec nisi Canonicas, nec has omes tamen. Atq; hic mecum utinam
terra & plenitudo eius gemit ac fleret, sup seductionē populi
Christiani, q; passim indulgentias non aliter intelligunt, q; saluta-
res, & ad fructū spiritus utiles. Nec mirū, cū non exprimat eis rei

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 15.

manifesta ueritas. In felicissimi Christiani, qui nec in suis meritis, nec in sua conscientia bona possunt cōfidere de salute, docentur cōfidere in scriptā & cæratam papyrus, cur non ita loquar? qd enim amplius ibi cōfertur rogo: non contritio, nō fides, nō gratia, sed tantūmodo externi hominis poenæ a Canonibus statutæ: Atq; ut paulū digrediar, audiui ego ipse multos, qui datis pecunijs, & redemptis literis, totam fiduciam in illas posuerūt. Ita enim uel audierant (ut dicebat) uel (ut ego honoris gratia credo) intellexerant, præcones ueniarū docere. Non hic taxo, sicut nec mihi licet, qui non audiui præcones ueniales, excusent se ultra niue candidius, mea causa, licebit, certe populi redarguedi sunt aures tam illoti, ut illis salutaria dicentibus, ipsi nō nisi pestifera audiant. Sed dum illi dicunt. Ante omnia fratres in Christo credite. Atq; confidite, & poenitentiā agite, Crucem uestrā tollite, Christū sequamini, mortificate mēbra uestra, discite poenas & mortem nō formidare. Ante omnia mutiā inter uos charitatē habete, in uicem seruite, etiā neglectis uenijs. Primū pauperibus & egenis subuenite. Hæc in qua & similia tam pia & religiosa & sancta illis narrantibus. Insipiens uulgus, nouō miraculo subuersum, longe alia audit, scilicet hæc. O uos insensatos & crassos cordis homines, bestij prope similes, qui nō percipitis tantā effusionem gratiarū. En coelū undiq; apertū nunc est, Si nunc nō intres, quādo unq; intrabis. En tot potestis redimere animas, O duri, duri & negligentes, duodecim denarijs patrem extrahere potes, & tam ingratus parenti in tantis poenis, nō succurris. Egō sane in extremo iudicio excusatus sum, uosq; magis accusati qd tantam neglexeritis salutē. Dico tibi, Si uel unā solā tunicam haberes, hanc quoq; exuendā, & distracthendā iudico, ut tantas gratias obtineas. Tū uero ubi uentū fierit ad oblocutores gratiæ, cū illi meras benedictiones inundent etiā, stat tremens uulgus, & coelū ruiturū, ac terram hiaturā formidat, longe peiores quæ infernales poenas sibi minari audit, ut uerū forte sit, qd ubi illi maledicūt, deus benedicit eoz maledictionibus, & ubi benedicunt, deus maledicit. Nam qua uia fieri possit alia, ut illi tā aliena loquantur, ab ijs, quæ audiunt, quis possit intelligere? Vnde istæ qso uerborū larvæ. Sed nec oīa tamen credo, quæ populus passim se audisse dicit, alioquin hæretica, impia, blasphemæ,

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

illis praedicata, putare. Non credo uerū esse, quod unus illorum prohibuit, fieri exequias defunctorū, & sacerdotū iuritationem: sed magis ut imponerent in cistā, qui exequias & missas, parentaliaq; uellet peragere. Populus hæc etiā singit. Non credo fabulam illā, mendacij refertā, ab ullo dictā, uidelicet, quod in quodam loco, nescio q̄t millia (si recte memini, tria uel quinq;) animarū fuerint redemptæ per has uenias, inter quas solū tres fuerunt damnatæ, quia detraxerant indulgētijs. Nemo hanc dixit sed passionē Christi narrantibus, talia populus audiuit, aut postea audisse finxit. Non credo uerū, qd passim siue uectoribus, siue hospitibus, aut alias seruentibus, pro pretio dant quatuor, quinq; uel quot libitū fuerit, animas. Non credo, quod in pulpitis, postq; impetuoso mugitu despumauerint suas exhortationes, ut populus imponat, clamitent, Impone, impone, impone (hanc em populus uoce, caput & cauda, imo & uentre, ac totū pene sermonē esse, singit) tum ut apostolici pdicatores, rem nō uerbis modo, sed exemplo docent, descendūt, primiq; ad cistā eunt, in omnī oculis, irritates & prouocates simplicē & stultū populū, ut penitus exugāt medullas eius. Imponūt itaq; splendido gestu, atq; sonoro tinnitu. tum mirant, si non pluant cæteri oēs totū res suū. arridēt imponētibus, indignant omittētes. Non dico ego istas nundinas esse animarū, & monopolia, populū indignor, qui tam pia studia, p sua ruditate, non speciem, sed usq; ad furore avaritia, interpretat. Quanq; mihi forte dignus uenia uideat populus, qui ex ipsis nouis spiritibus uel nouā mentē, uel errore accipiat, cum prius magis audire sit solitus, quæ ad charitatē & humilitatē pertineant. Sed si catalogū portentosorū audituum uelim percēdere, nouo uolumine fuerit opus. Ego uero mea sentētia credo, si indulgentiæ essent etiā præceptæ, & salutares, tamen quis in tam grandē sunt nunc abusum & scandalū redactæ, ut uel hac sola causa satis iusta, ut uniuersæ tollerentur. Ne forte si diutius permittantur uigere, tandem præcones earū præ pecuniariū amore insaniant. Vere quidem credo, non omnia ab illis dicta esse, quæ passim feruntur, uerum debuerant saltem populum in hoc arguere, & se se clarius exponere, aut quod melius est secundum canones modeste loqui de indulgentijs.

C O N C L V S I O XXXIII.

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 25.

Cauendi sunt nimis, qui dicunt, uenias illas papæ donum esse illud dei inæstimabile, quo reconciliatur homo deo.

PESTILENTES haereticos debuerā eos dicere, quid em magis impiū & haereticū, q̄ dicere indulgētias Papæ esse gratiā reconciliationis dei. Verū ut stomachū meum premā, uolo potius eos nulla malitia aut uolūtate, talia dixisse, aut posuisse, sed mera inscitia, & tam eruditio[n]is, q̄ ingenij penuria, licet & in hoc sit temeritas, quod tam indocti, nō potius bubulci opus ficerunt, q̄ opus docendarū animarū Christi subirent. Audiamus itaq; istu bubulcū sua uerba grunniētē, sic enim in libello suo, postq; indulgentias in quatuor principales gratias distribuerat, & multas alias minus principales. Prima, inquit, gratia principalis, est plenaria remissio oīm peccatorū, qua quidem gratia nihil maius potest dici, eo quod homo peccator, & diuina gratia priuatus, per illā perfectā remissionem & dei gratiā denuo cōse- quiet. Hæc ille. Obsecro, quæ haereticorū sentina, tā haeretice unq; locuta est: uel ex hoc loco disce, qua causa fiat, ut cum illi se le sa[ecundu]m docere dicāt, populus tamē tā impia audiat. Vt inā hic sic diuini Hieronymi zelus & eloquiu[m], Pudet me tā temeritatis, quod iste blatterator nō fuerit ueritus, eum libellū adere in faciē quatuor illustriū, & circūiacentiū uniuersitatū, ac si oīno ibi in genia uersa essent in fungos putidos. Doleo & haereticis nostris propinquis Pighardis, tandem uenisse occasiōne iuste criminādi Ecclesiā Romaniā, si hæc in ea doceri audierint. Quod aut iste insultus author, non malicia forte, sed inscitia ista dixerit, ex illo uidere licet, quia inquit, per illā (id est, primā gratiam plenaria remissionem) consequit[ur] homo perfectā remissionem. Quid est, dice re, per plenariā remissionem cōsequitur perfectā remissionem, & per gratiā dei consequitur gratiā dei. An nō per febrem somniant, aut phrenesi laborat? Sed ad sensum haereticū uerte animū. Hanc primā gratiā uult eam esse, qua maius dici nihil potest, & quā consequitur homo priuatus gratia, quod nisi de iustificatiōte gratia spiritus intelligi nō potest. Nec ipsum aliter intellectu[is] clarum est, alioquin nō esset, quis maius dici nihil potest. Quanq; si etiā de gratia iustificante alias loqueretur, satis impieloqueretur, cum solus deus sit id, quo maius dici non potest. B. Augu.

G

M. L. RESOLVTTIONES DE VIRTUTE IN

em non sicut ille, sed in donis creatis, inquit, nullū est maius charitate. Hic uero gratia dei, & gratia pape, in unius uocabuli Chao confudit, dignus author tali uel opinione, uel errore.

Sequitur in eodem libro.

Per quā etiā peccatorē remissionē, sibi, pœnæ in purgatorio propter offenditam diuinę maiestatis, luendæ, plenissime remittunt, atq; dicti purgatoriū pœnæ, omnino delent. **D**elphicū audiimus oraculū, ut nihil oīno dubitat, qui oīa ignorat, de potestate clauiū in purgatoriū secure, pñntiat. Sed satis de his supra

Sequitur ibidem.

Et licet ad tantā gratia merendā, nihil satis dignū possit retribui, eo quod donum dei & gratia estimationē nō habent &c. Vides ut iterū donū & gratia dei inestimabilē uocet, id qd papa remittit, homo dignissimus, qui ecclesias doceat, id est, hæreticorē prostibula. **P**ostq; his uerbis gratia illā ad forū & nūdinas studiose adornarāt, mox tamē Mercuriū suū habitu lousis uestit: ne ullus intelligat, quod lucrū quæreret, nisi qui non plusq; ipse intelligit. **P**ermittit pauperib⁹ quoq; eam gratis dari, ita sane, si primū undecunq; pecunias corraderet tentauerint a bonis (ut inquit) fautoribus, ita ut mendicantes fratres sine licentia suorē superiore pecunia procurent (q; a multo melior est apud hunc pseu-dolum remissio uel ficta pœnæ, quā salutaris obedientia) Cum uero nūsc̄ patuerit uia corrādēti pecunias, ut gratia illam redierant (id est, denuo emant, non quod illi uendant, sed quod nimia retū similitudo cogit uocabulis abuti) tum demū dicit, **R**egnum enim cœlorū non plus diuitibus patere debet, quam pauperibus, iterū per uenias uolēs patere cœlum. Sed subtrahoc aliam, ne pro meritis in eos debacchetur. Sit satis indicasse fidelibus, pestilentia eorum sermonum tam insigni (ut par erat) inviolatam inscitiae & ruditati, ut dignum esset operculum uase.

C O N C L V S I O XXXIII.

Gratiae enim illae ueniales respiciunt tantum pœnas satisfactionis sacramentalis, ab homine constitutas.

Hæc abunde patet ex quinta supra, & uicesima.

C O N C L V S I O XXXV.

Non Christiana prædicant, qui docēt, quod redemptus

tis animas uel confessionalis non sit necessaria contritio.
COSECRO, cur ista dilationem dant hominibus in periculū?
 Et quid prodest illis talia prædicari, nisi quod pecunia queritur
 & non salus animarū, etiā si essent uera; nunc cū sint & impia &
 falsa, multo magis sint explodenda. **S**ane & ego superius permis-
 si, posse poenias remitti, eram ijs, qui nō sunt contriti, quod illi negan-
 gant. Hic rursus, quod illi affirmant, negandū puto. **A**tq[ue] de co-
 fessionalibus quidem, idem mihi, quod de poenias iudiciū est, sci-
 licet, utrobīcī nō requiri contritionē, neq[ue] quo ad redemptiōnē
 eorū, quod negant, neq[ue] quo ad usum, similiter & in poenias re-
 mittendis. Quandoquidē pars confessionalis, est remissio poenae
 Sed in redimendis animabus omnino dissentio, & peto ut pro-
 bent dicta sua. Ego quidē in redimendis animabus longe aliud
 uideri puto, q[uod] in remissione poeniarū. Siquidē in remissionib[us]
 poenae, homo recipit bonū, sed in redimēdis animabus facit bo-
 nū. At impius recipere bonū potest, sed nullo modo facere, nec
 potest placere opus eius deo, qui ipse non placet, ut Gen. iiiij. Re-
 spexit dñs ad Abel, & ad munera eius. Deinde cōtra scripturā est
 ut quis primo alteri misereat, q[uod] anima suæ, & prius festucā de
 oculo fratris ejciat, q[uod] trabē de suo. atq[ue] oīno ut seruus diabolire-
 dimat filiā dei. & hoc apud ipsum deum ridiculū est, ut hostis p[otes]-
 amico regis intercedat. **Q**uis rogo furor hic est: qui (ut uilissime
 poenae remissione, & ad salutem inutilē magnificāda, extenuat. Si hoc nunc
 est hæreticū, maleficiā, scandalosum, piarū aurū offensiū, qd
 tandē est, quod his nouū portētis appellari possit. **A**n his titulis,
HAER-BTICAE PRAVITATIS INQVISITO-
RES, ideo catholicos, catholicaq[ue] sententias uexant, atque fati-
 gant, quo liceat eis solis impune & pro libito hæreses inundari.
Dicunt aut̄, quod redemptio illa nō innititur operi redimen-
 tis, sed merito redimēdi. Respondeo, **Q**uis hoc dixit: unde pro-
 batur: Cur ergo nō sine opere redimentis, merito redimendus
 proprio liberatur: sed nō tunc cresceret pecunia, cupita propter
 salutem animarū. Cur ergo non inuocamus Turcas, & Iudeos
 ut nobiscum etiam suas pecunias imponant, nō propter nostrā
 auaritiam, sed propter redemptiōnē animarū: **N**ec obstat uia
 detur, quod illi nō sunt baptizati, quando hic non est opus, nisi

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

pecunia dantis, nequaquam anima pereuntis, non enim illa datio instituitur, nisi redimendae animae. Credo quod si uel animus impuneret aurum, etiam redimeret, quod si requiritur aliqua dispositio, necessario & gratia, cum Christianus peccator magis displaceat deo quam ullus infidelis, nec tantum dedecorat animum ruddibilitas, quam Christianum impietas. Secundo, dixi confessiones lia quidem peccatoribus, sicut & remissiones poenarum dati posse. Sed non dixi, ut hortandi, immo nec permittendi sint talia redimere, sicut ipsi impie & crudeliter docent, quod probo.

¶ Primo, Omnis doctrina Christi est exhortatio ad poenitentiam & id agit, ut homines quantum a diabolo recedant, sicut ait Ecclesiast. Ne tardes conuerti ad dominum. Et ipse dominus. Vigilate, quia nescitis diem neque horam. Et Paulus, Festinamus ingredi in requiem illam. ¶ Petrus, Cum ergo haec omnia consumanda sint, quales oportet uos esse in sanctis cōuersationibus & pietatis properantes in aduentum diei &c. Sed haec ideo illi docuerunt, quia solliciti erant, non quomodo pecunias colligerent, sed animas saluarent. Hui uero uelut secure illis tribuunt miseram dilationem, & quantum in eis est, in periculo æternæ mortis relinquunt, ita ut nesciam an tali studio sint ab homicidijs animatum excusati, quippe non queritur hic salus dantis, sed donum pereuntis, cum, si essent boni pastores animarum, & uere Christiani: omnibus studijs agerent, ut peccatores ad timorem dei, & horrorem peccati inducerent, nec quiescerent flendo, orando, mox nendo, increpando, donec animam fratris lucifacerent, quod si ille pergeret pecuniam dare, perseveratus malus, in faciem ei reijcerent, & cu Apostolo dicerent, Non queror tua, sed te. Et iterum, Pecunia tua tecum in perditionem, & abhorrent a conspectu eius. Sic sic recte agerent, sed absit hoc a Mercurio nostro, quin id potius agamus, si uenerint peccatores, mediatoribus indeis freti (i. lucris) etiam inuitu Christo cu uniuersis apostolis, sunt sicut unus ex nobis, nihil non potentes, quod nos possumus, etiam animas redimere ipse sine intermissione pereuentes, etiam ridentibus nobis, & de dono eorum secure gaudetibus. Ita est charitas in populu Christi, & fratres nostros, ita curamus animas eorum ut intelligat in suis peccatis, nos nouissimam, i. nullam cōpassione habere.

¶ CONCLVSIONE XXXVI.

CQuilibet Christianus uere cōpunctus habet remissionem plenariā a poena & culpa, etiā sine literis ueniarū, sibi debitā.

CALIOQVIN in periculo essent, qui literas eiusmodi non haberent, quod falsum est, cū illæ sint neq; præceptæ, neq; consulae, sed liberæ. Neq; peccant, qui eas negligunt, nec ideo in periculo salutis sunt. Quod ex eo patet, quia tales iā sunt in via mandatorum dei. Et per casum, si quando ei non daretur eiusmodi remissio, debetur tamen ei, ut dicit Papa. Sed hic intercedit, O acutissimū ingenium quorundam dicentium, quod uera hæc essent, si canones essent pœnæ tantum a Papa politæ. Nunc uero sunt declaratorij pœnarū a deo inflictarum. Sie loqui decet eos, qui ueritatem semel perpetuo odio persequi proposuerunt.

CPrimū pronuntiant uelut ex oraculo, quod deus pro peccatis pœnam satiſſactoriam requirit. Aliam scilicet quā crucem euangelicā (id est, ieju, labo, uigi.) aliam quā castigatoriam, nō enim has intelligunt, quia has remitti nisi a deo non possunt negare.

CSecundo, huic monstro addunt maius, scilicet quod canones declararent impositam, ergo Papa nō habet, nisi declarare, nunc autem imponere, nec relaxare, alioquin contra uerbum Christi hi sic docebunt nos, Quicquid ego ligauero, tu solues.

C O N C L V S I O XXXVII.

CQuilibet Christianus uerus, siue uiuus siue mortuus, habet participationem omnium honorū Christi & Ecclesie, etiam sine literis ueniarum, a deo sibi datam.

CIMPOSSIBILE est esse Christianū, quin Christū habeat. Quod si Christū, & omnia simul quæ Christi, Dicit enim B. A^{postolus} Ro. xiiij. Induimus dominū Iesum Christū. Et Ro. viij. Quō non omnia nobis cū illo donauit. Et i. Cor. iij. Omnia uesta, siue Cephas, siue Paulus, siue uita, siue mors. Et i. Corin. xij. Nō estis uestri, sed membra de membro. Et alijs locis, ubi describit unū corpus, unū panem, nos omnes esse in Christo singulos alterū alterius membra. Et in Cant. Dilectus meus mihi, & ego illi, quia perfidem Christi efficitur Christianus unus spiritus, & unū cū Christo. Erūt enim duo in carne una. Quod sacramentū magnū est in Christo & Ecclesia. Cū ergo spiritus Christi sit in

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

Christianis, per quem fratres cohæredes, cōcorporales, & ciues sunt Christi, quomodo ibi possit non esse participatio oīm bonorum Christi: nam & Christus ex eodem spiritu habet omnia sua. ita sit, per inestimabiles diuitias misericordiarū dei patris, ut Christianus possit gloriari, & cum fiducia presumere in Christo omnia, scilicet quod iustitia, uirtus, patientia, humilitas, omnia merita Christi, sint etiam sua, per unitatem spiritus ex fide in illū Rursum, omnia peccata sua, iam nō sint sua, sed Christi, per eamē unitatem, in quo & absorbentur omnia. **I**thāc est fiducia Christianorū, & iucunditas cōscientiæ nostræ, quod per fidem sunt peccata nostra, nō nostra, sed Christi, in quem deus posuit peccata oīm nostrū, & ipse tulit peccata nostra, ipse agnus dei, q tollit peccata mundi. Rursum omnis iustitia Christi, sit nostra, Imponit enim manū suā super nos, & bene habemus, & exten- dir palliū suū, & operit nos, benedictus Saluator in secula Amē.

Verum quando hāc participatio suauissima & iucunda permutatio, non sit nisi per fidem, hanc autem homo nec dare nec auferre possit, satis clarum puto, quod uirtute clauī uel beneficio uenialium literarū hāc participatio nō datur, sed potius ante & sine illis datura solo deo, sicut remissio ante remissionem, absolutio ante absolutionē, ita participatio ante participationē. **Q**uid ergo participat Papa sua participatione? Respondeo, illi dicent, ut supra de remissione dictum est Conclu. vi. quod declaratiue participat. Nam quōd possunt aliter dicere, non intelligere me confiteor. Meum sensum sequente ponam conclusionē.

C O N C L V S I O XXXVIII.

Remissio tamen & participatio Papæ, nullo modo est cōtemnenda, quia (ut dixi) est declaratio remissionis diuinæ.

TON quod necessaria sit illa declaratio, quæ in literis & pu- blicis sit indulgentiarū (sufficit enim ea quæ sit in priuata confessione) sed quod nō sit contemnenda, quia per eam etiā Ecclesiæ nota sit, & approbatur priuatim facta declaratio. Sic enim ego intelligendum puto. **Q**ui habet meliora, dicate ea, Non enim, quid alias illa participatio publica faciat, video. **V**erū, licet hanc cōclusionem ab oībus (ut puto) acceptā, non negem, dixi tamen supra Conclu. vi, mihi nō placere hunc modū loquendi, quod

Papa nihil aliud faciat, q̄d quod declarat aut approbet remissio-
nem diuinā, seu participationē. Nam id primo nimis uiles red-
dit Ecclesiæ claves, immo uerbū Christi facit irritum quodāmodo
ubi dixit, Quodcūq; &c. Declaratio enim nimis modicū est. Se-
cundo, Quia incerta erunt oīa ei, cui sit declaratio, licet alijs seu
Ecclesiæ foris in facie certa fīat illius remissio & cōciliatio. Qua-
re sicut superius de remissione culpæ, ita de participatione bono-
rū uolo opinari, donec eruditat melius, uidelicet, Quod sicut pe-
ccator post peccatū difficillime cōfudit in misericordiā dei, adeo
urget ad desperationem, peccatū onere suo grauissimū, multo-
q; facilius iram, q; misericordiā dei cogitat, sicut ante peccatū fa-
cilius misericordiā, q; iram cogitat. Omnia enim peruerso agit
homo, Timens, ubi non est timendū, sed sperandū, scilicet post
peccatū. Præsumens ubi non est prælendum, sed timendū, scilicet
ante peccatū. Cuius rei exemplū abūde ostentum est in resur-
rectione Christi, ubi multis argumentis opus fuit, ut se se in cor-
dibus discipulorū refuscitaret. Deniq; prima anūnciatio fuit mu-
liebris, & delyramentis ab illis cōparata. Ita & peccatori prima
fiducia apparet mollis, & cui nō, uel uix credendū putet. Ita mul-
to difficiilius est confidere, se se esse participem Christi bonorum
(id est inenarrabiliū bonorū, ut sit particeps diuinæ nature, ut
ait, S. Petrus) Magnitudo bonorū etiā operatur diffidentiā, uide-
licet, nō solū esse remissa tanta mala, uerū & collata tanta bona,
ut sit filius dei, hæres regni, frater Christi, socius angelorum, dñs
mundi. Obsecro, quomodo hēc uera potest credere, qui peccati
sui morsu, immo pondere fessus trahitur ad inferos. Hic itaq; ne-
cessariū est iudiciū clavis, ut homo sibi nō credat, credat aut̄ po-
tius clavi, id est, sacerdoti. Atq; nihil curio, si etiā sit forte indo-
ctus claviger, aut leuis. Nam nō propter sacerdotem, nec potesta-
tem eius, sed propter uerbū eius qui dixit, & nō mentiſ, Quod-
cūq; solueris &c. In ijs enim qui credūt in uerbū istud, non po-
test clavis errare. Errat uero in ijs solis, qui nō credunt absolutio-
nem istam ualere. Nam singe (per impossibile uel contingens) si
quis non sit, uel nō putet se se satis cōtritum, & tamen absolu-
ti, tota fiducia credat se se absolutum (fiducia mea sic opinor) hec
ipsa fides eum facit absolutum uerissime, quia credit in eum qui
dixit. Quodcunque &c. Fides autem Christi semper iustificat,

M. L. RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

non secus, q̄ si baptizet te ineptus, leuis, imperitus sacerdos. Ade-
de, si etia non putes te satis contritū (tibi em nō potes nec debes
confidere) nihilominus, si credis ei, qui dixit, Qui crediderit &
baptizatus fuerit, hic saluus erit, dico tibi, hæc fides eius uerbi fa-
cit te uerissime baptizari, quicquid sit de contritione tua, ideo si
de ubiq opus est. Tantum habes, quantum credis. Atq; sic intel-
ligo quod nostri doctores dicunt, sacramenta esse efficacia græ-
tiæ signa, non quia sit (ut B. Aug.) sed quia creditur ut supra.

Ita hic. Absolutio est efficax, non quia sit, a quo cūq tandem
fiat, erret siue non erret, sed quia creditur. Nec hanc fidē potest re-
seruatio casuū impeditre, nisi esset manifesta & contempta. Pro-
inde dico, Homo quādo in peccato est, ita uexat & agitat cōsci-
entia eius, ut suo sensu potius participationē oīm malorum se se cre-
dat habere. **E**t talis homo certe proximus est iustificationi, & ha-
bet initū gratiæ, Ideo ei configiendū est ad solatiū clauiū, ut ar-
bitrio sacerdotis quieteſt, & pacē obtineat, atq; fiducia consequa-
tur participationē oīm honorū Christi & Ecclesiæ. Quod si q̄s
hanc participationis officio sacerdotis sibi facta, non crediderit,
aut dubitauerit, non errore clavis, sed siue infidelitatis, seducitur
& magno damno suā animā afficit, & deo, uerboq; eius iniuri-
am atq; summa irreuerentia facit. Ideo multo melius est, ut non
adeat ad absolutionē, si nō credat se se absolui, quā si sine fide ac-
cedat, facte em accedit, & iudiciū sibi accipit, nō secus q̄ si baptis-
mum uel sacramentū panis facte accepterit. **P**roinde nō adeo est
necessaria contritio, q̄ fides. Incōparabiliter em plus ibi cōsequit
fides absolutionis, q̄ feruor cōtritionis. **E**t hac fide omissa, nos
plurimi solū in formandis contritionibus laboramus, ut doce-
mus homines tunc confidere remissa peccata, quando senserint
se esse perfecte contritos (id est, nunq; confidere, sed magis ad
desperationē laborare) cum secundū prophetā, non in nostram
cōtritionē, sed in uerbū eius sit sperandū. **N**eque em dixit, Memor
esto cōtritionis meæ seruo tuo, in qua mihi spem dedisti, sed me-
mor esto uerbi tui, in quo mihi spem dedisti. Et iterū, In uerbū
tuū (nō utiq; in opus nostrū) supersperauit. Et iterū, Sustinuit ani-
ma mea in uerbo ei⁹ &c. Et ut Psal. I. in Hebreo est, Tibi soli pec-
caui, propterea iustificabis uerbo tuo. Igif nec sacramētū, nec sa-
cerdos, sed fides uerbi Christi, p sacerdotē & officiū eius tete ius-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

91.

stificat. Quid ad te, si dominus per asinum uel asinam loquatur, dummodo tu uerbū eius audias, in quo speres atq; credas. Sic intelligerem illud quod nostri doctores Scholastici dicunt, sacramenta Ecclesiæ esse in exercitationem nobis data, hoc est, tanq; inæstimabilia dona, in quibus occasionem habeamus credendi & iustificandi. Nam olim erat sermo domini preciosus tempore Saulis, nunc uero etiam per leuissimos, pessimos, indoctissimos homines suum uerbū tibi sonat. Tu in uerbū intende, & mittelaruā personæ. Erret, non erret ille, tu non erras si credidestis. Hic si erro & desipio reuocet me qui sapit. Cōsequens ex ijs erit, ut tres illæ ueritates Iohan. Gersonis iam diu in omnes libros & aures transffusæ, prudenter intelligendæ sint, puta quod non ideo confidat sese homo esse in statu salutis, quia potest dicere, se dolete de peccatis, sed multomagis id aduertat, si sic optet sacramentū absolutionis, ut credat, si per ipsum fuerit asseditus se se absolui. Hoc enim est sacramentū in uoto suscipere, id est, in fidē uerbi uel præsentis uel desiderati auditus. Quæ ergo, ne quædo in tuam cōtritionem ullo modo confidas, sed in nudissimum uerbum optimi & fidelissimi tui salvatoris Iesu Christi. Cor tuū fallet te, ille te non fallet, uel habitus, uel desideratus. Quæ si ita sunt (det dominus deus ut cum propheta Michea, sim uir nō habens spiritum, ac mendacium potius loquar) timendum est, multis animas perdi per indoctissimos illos operū & contritionis bovinatores. Primū, quod fidem uerbi non docent, sed contritionem duntaxat, atq; hanc tenuiter satis. Secundo, quod facillimi sunt absolutiones impendere & participations eiusmodi, quæ si sit passim omnī, istam fidem habere, neq; discutunt, quem aut quare absoluant. Itaq; non tam necessariū est absoluendo dicere doles, q; illud, creditis tete absolvi a me posse, sicut Christus ait ad cœcos. Creditis me posse haec uobis facere? Credenti omnia possibilia sunt. Hæc enim fides certe in illis maxime probatur, qui tremore cōscientiae agitati, potius sese diffidere sentiunt, illis uero qui tales miserias non sentiunt, nescio an sint claves illæ consolatoria, cū consolari nō mereantur, nisi qui lugent, nec animati ad fidem remissionis, nisi qui trepidat diffidentia retentionis. Atq; ut finem tandem faciat, Hæc sententia mea, credo, potestate datus non minuit, ut mihi impingitur, sed a falso honore & ty-

lo. Genso.
dictum.

H

M. L. RESOLVTONES DE VRTVTE IN
rannica reuerentia in sibi debitam & amabilem reuerentiam redi-
cit. Non enim est mirum, si claves contemptui fiant, si falsis hono-
ribus, id est, terroribus tantummodo offerantur suscipiendae. Cum
cognita earum saluberrima cōmoditate, saxum sit, aut lignum, qui
nō cum lachrymis eos exosculetur, & amplectatur. Quid ergo
Pontificem propter eas magnificamus, & hominem terribile
singimus? Non illius sunt claves, Meę potius sunt, mihi donatae
meę saluti, meę cōsolationi, paci & quieti cōtriceſſae. Pontifex
seruus est & minister meus in clavibus, ipse nō eget illis ut Pon-
tifex, sed ego. Adulatores uero omnia Pontificibus inflectunt,
non nostram consolationem, sed illorum tantummodo potentiam
in illis iactitant, & pereat ipsa nos terrent, per quę nos maxi-
me oportuit consolari, adeo sunt hodie omnia peruersa. Et ad-
huc nō putamus infelicia esse tēpora, in quibus tantus est abu-
sus optimarū rerum in pessimas res nobis uersarum. Itaq; istam
Conclu, ut iacet, non omnino teneo, sed ex magna parte nego,

CONCLV SIO XXXIX.

Difficillimū est etiā doctissimis Theologis, simul extolleſ
te ueniarū largitatē, & cōtritionis ueritatē, coram populo.

Ratio huius est sequens conclusio.

CONCLV SIO XL.

Contritionis ueritas poenas querit & amat, ueniarum
autem largitas odisse facit, saltē occasione.

A uerū pœnitentē, & uidebis eum tam ardenter in seipso
querere ultiōne offensiōis diuinæ, ut cogat te sui misereri, immo
ut necessariū sit ei resistere, ne destruat sele, ut s̄pēlegimus & ui-
dimus configisse. Et B. Hiero, talē scribit suā Paulā suis, & ipse
met de seipso. Nihil istic est satis pœnarū. Quin cū filio prodigo
inuocant cœlū & terrā, & deū ipsum contra seiplos, sicut & Da-
uid quando dixit, Vertatur obsecro gladius tuus in me & in do-
mum patris mei. Recte ergo me puto dixisse, Pœnitentias Ca-
nonicas ijs tantum impositas, qui uel nollent meliora facere, ut pi-
gri, uel certe ut explorarenſ de ueritate cōtritiōis suarē. Patet itaq;
q; difficile sit saltē doctis, inter odiū & amore pœnarū medios
ire, ut sic doceant odiū earū, ut tamē maxime pluadeant amore

earum. Indoctis uero, cum sit nihil difficile, nihil obstat, quin & hoc sit facile. Euangeliū quidem docet pœnas nō fugere, nec relaxare, sed querere & amare, quia docet spiritum libertatis & timoris dei usq; ad contemptū omnium pœnarum. At multo luxuriosus est, & expedit caplis questore, ut populus timeat pœnas & spiritum mundi atq; timoris in litera & seruitute hauriat, dum audit esse tam horribilem rem, pœnas quasdam Canonicas, ut nō nisi tanto studio, tanto impendio, tanta pompa, tantis ceremonijs doceantur uitari, quantis nec Euangeliū docetur amat.

Obijcitur.

Quid ergo dicas de peregrinantibus Romam, Hierusalem, S. Iacobum, Aquisgranum, Treuerim, multisq; alias regiones, & loca, causa indulgentiarum. Item in dedicationibus Ecclesiastū.

De peregrinationibus.

Respondeo.

Peregrinationes istæ sunt multis causis tariffissime iustis, prima est oīm communissima. Curiositas scilicet uidēdi & audiendiae na & ignota, q; levitas uenit de fastidio & accidia cultus dei, in ecclesia propria neglecti. Alioquin incorporabiliter meliores indulgentias domi intueniret, quam in oībus iam dictis locis simul sumptis, similiter & Christū & sanctos præsentius haberet, si nō stultus esset, ut ligna & lapides præferret pauperibus & proximis suis, qbus in charitate seruaret, aut etiā suæ familiae puideret.

Altera est tolerabilis, scilicet causa indulgentiarū. Nam cum indulgentiae sint liberæ, nō præceptæ, ac per hoc nullius meriti, nihil proflus meretur, qui præcise propter indulgentias peregrinatur. Iuste aut illi sic illudunt, qui domi Christū & proximū negligunt, ut foris decuplo plus consumant sine fructu & merito. Ideo qui domi maneret & illud cogitaret. Charitas operit multitudem peccatorū. Et illud, Quod supereft date eleemosynā & ecce omnia munda uobis, longe melius, imo solum hic bene ageret quam si omnes uenias in Hierusalem & Roma afferret, sed non plauer adeo recte sapere, ideo tradimur & in desideria nostra.

Tertia est causa afflictiois & laboris pro peccato, quā credo ratio contingere saltem solā. Nā & domini posset se affligere & labotare, si labore tñ modo quereret, si tñ facit, nō est malū, imo bonū.

Quarta, honesta, sed si fiat singulari deuotione pro honore sanctorū & gloria dei, ac suo profectu, sicut sancta Lucia ad beas-

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

tam Agatham, & quidam sancti patres Romā uisitarunt, quod non fecerint curiositate exitus probauit. **P**roinde mihi placet in istis facultatibus, quod etiam uota talium peregrinationum commutentur in alia opera. atq; utinam gratis cōmutarentur.

C O N C L V S I O X L I .

Caute sunt ueniae Apostolicæ p̄dicandæ, ne populus fal-
se intelligat eas præferri, cæteris bonis operibus charitatis.
EGO sic diceré ad populū, Ecce fratres, scire uos oportet, qd
triplex est genus bonorum operum, qd expensionibus pecuniae fie-
ri potest. Primū & ante omnia, Si quis pauperibus donet, aut proxi-
mo egenti mutuet, & omni in quaunque necessitate laborati sub-
ueniat. Hoc opus sic est agendū, ut etiam intermittendæ sint stru-
cturæ Ecclesiariū, & omittendæ oblationes ad uasa & ornamen-
ta Ecclesiariū. Postq; hoc fuerit factū, & nō restat qui egeat, Tum
secundū erit, nostras & in nostris terris Ecclesiæ & hospitalia,
& publicæ utilitatis structuras primū iuuare. Postq; aut id fuerit
factū, tum demū si placet, potestis & pro indulgentijs redimen-
dis tertio loco dare. **Q**uis in primo est mandatū Christi, in no-
tissimo illo nullum mandatū. **S**i dixeris, Ista prædicatione pa-
rum colligetur pecuniariū per indulgentias. **R**espondeo, Credo
Sed quid hoc mirū, cum Pontifices per indulgentias non quæ-
rant pecunias, sed salutem animarū, ut patet in ijs, quas dant in
cōsecrationibus Ecclesiariū & altarium. **I**deo nō uolunt per suas
uenias impedire meliora, sed promouere potius charitatē. Ego
libere dico, quod qui aliter docet populū, & hunc ordinem per-
nert, nō doctor, sed seductor populi est, nisi quod populus pro-
pter peccata sua meretur aliquā non audire ueritatē recte p̄dicari.

C O N C L V S I O X L I I .

Docendi sunt Christiani, q; papæ mens nō est, redēptionē
ueniarū uilla ex parte cōparandā esse opibus misericordiæ.
Capā intelligo, ut supra dixi, prout sonat persona publicam,
id est, ut per Canones nobis loquitur, Non enim sunt Canones
qui prædicet ueniae dignitatē cōparari operibus misericordiæ.
Conclu autem Pater. **Q**uis præceptum dei infinita dignitate
præstat, eo quod per hominem quoq; permittitur, ac nullo mo-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 89.
do præcipitur, Cum illic sit meritum, hic nullum.

Hic obijcitur.
At ueniæ redimuntur per pius opus, puto contributionem ad fabricam, uel captiuorum redemptionem, ergo sunt merito riae. **R**espondeo. Non loquor de opere, sed de uenijs, nam opus illud potest fieri sine uenijs, non enim alligatur necessario ue nijs. Veniæ autem sine opere concessæ nihil conferunt, sed tantummodo auferunt. Opus autem sine uenijs confert, quia illic nostra recipimus, hic damus. Et ideo illic carni, hic seruitur spiritui. Et breuiter illic naturæ, hic satissit gratiæ. Quare ueniæ seorsum sumptæ sunt incomparabiles ad opus misericordiæ.

Item opus sine uenijs purius est, q̄ cum uenijs, & ueniæ sunt operis aliquod uitium, quia recipit mercedem sua, immo plus q̄ mercedem sua. Sanctius itaq; agerent, si nude contribuerent, & non propter uenias. Non quod ueniæ sint malæ & noxiæ, sed quod abusus peruersus nocet, dum tale opus nō facerent, nisi uenias essent, ac sic finis opis huiusmodi sit uenia, immo ipse homo, qui quaerit quæ sua sunt, cū deberet opus propter deum & gratias facere, & uenias nō aliter acceptare, q̄ gratis, sibi non propter contributionem datas, ut sic illi uenias non emanant, necisti uendant, oportet enim utробiq; esse gratuitā donationem, uel erit manifesta simonia, & uenditio turpissima. Sed quis hæc populo dicit, quando dicitur, Impone gratis, & ego concedo gratis.

Item, Timendumne per illâ ordinis peruersitatē magna in ecclesia alatur idolatria. Quia si populus doceatur propter poenitentia euasione contribuere (qd spero nō fiat, & si multi forte sic intelligant) tunc clarū est, quod nō propter deū contribuunt, & erit timor poenarū, seu poena idolū eorum, cui sic sacrificant. **Q**uod sit ita fieret, tale aliquod malū agere in ecclesia, quale olim in Romanis gentilibus agebatur. qn̄ Febru & alijs lœuis & noxijsnuminibus seruiebat ne læderent. Ideo hic uigilandū pro populo, & tā dubia, atq; periculosa negotia nix doctissimis cōmittenda.

C O N C L V S I O XLIII.

Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutuans egenti, melius facit, quam si uenias redimeret.

HANC sic ponō propter rudes, nā satis ex prædictis patuit,

H ij

M. L. RESOLVATIONES DE VIRTUTE IN

hanc autem conclusionem cū duabus præcedentibus & sequentibus, nō ego primus aut solus, sed omnes & tota ecclesia tenet, nisi quod solus populus hæc nunquam audit, forte timetur, ne nimis cito intelligeret, tam apertam & solitam ueritatem. nam & S. Bonaventura. & cæteri omnes, quādō in hac materia agentes sibi ipsi opposerent, ergo omittenda sunt reliqua bona opera. Respondent unanimiter, nequaquam. Quia cætera bona opera sunt meliora, quo ad præmium essentiale obtinendum. Patet ergo conclusio, cū hoc illi dicant, qui tamen afferunt indulgentias esse thesaurum meritorum Christi & ecclesiæ.

CONCLUSIO XLIII.

CQuia p. opus charitatis, crescit charitas, & sit homo melior sed p. uenias nō sit melior, sed tantummodo a poena liberior.

P A T E T, Quia solum remissio poenarū ibi datur, nec indulgentiae plus ualent, ut etiam omnes concedunt, q. ut tollant poenas. At ablatio poenæ non facit bonū, siue meliorē in charitate.

CONCLUSIO XLV.

Docendi sunt Christiani, quod qui uidet egenum, & neglecto eo dat pro uenijs, non indulgentias papæ, sed indigationem dei sibi uendicat.

Q VI A peruertit ordinē suprapositiū, & contra id agit Ioan. Si quis uiderit fratre suum necessitatem habere, & clauerit uisera sua ab eo, quō manet in eo charitas dei. Hanc autem necessitatē nostri sophistæ interpretant̄ extrema, scilicet, ut charitati nunc uel rarissime locū faciant operandi, cum tamen ipsi, si in necessitate essent non extrema, sed prima, uellent sese iuuari, alios uero uolunt iuuare, cum iam exhalariint spiritū. Optimi sane theologi & Christiani, qui faciat hoc hominibus, quod sibi uellēt fieri.

CONCLUSIO XLVI.

Docendi sunt Christiani, quod redemptio ueniarum est libera, non præcepta.

S A T I S id supra dixi, quod ueniae sunt de numero eorum, quæ licent, non autem eorum quæ expediunt, quomodo in uere, lege libellus repudij, sacrificium Zelotypiæ. Et in no. legelites & iudicia propter infirmos, immo propter durtitiam uestram,

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 50.

inquit Christus, Quæ quæcunq; egerit, toleratur potius q; commendatur, immo ut Glo. dicit.lib.v.de peccati & re. Quod autem & multi alij, melius facerent, ut p se satissimarent, & non rediment uenias, quas tamen non nisi criminosi redimere opus habet,

CONCLV SIO XLVII.

Docendi sunt Christiani, quod nisi superfluis abundant necessaria tenentur domui sui retinere, & nequaquam prout uenijs effundere:

QVI A Apostolus dicit, Qui suis & maxime domesticis non prouidet, fidei negavit, & est infidelis deterior. Sed sunt multi, qui nec panem, nec uestem commode habent, & tamen crepitum & strepitu uenialium prædicatorum inducti, seipso fraudant, & inopiam suam confidunt, ut illorum copiam augeant.

CONCLV SIO XLVIII.

Docendi sunt Christiani, quod Papa, sicut magis eget, ita magis optat in uenijs dandis, pro se deuotâ orationem, quam promptam pecuniam.

CHAN C condu. riderent dñi nostri Curtesani Romane curiae conscijs. Certum tamen est, quod ante omnia debet p̄tifex a suis subditis optare orationē, sicut & S. Pau. saepius a suis optauit. Ita hæc est multo iustior ueniarū dandarum causa, q; si mille struerentur basilicæ, eo quod summus pontifex tot monstribus demonum & impiorum hominū oblesitus magis quam stipatus, non possit errare, nisi cū totius ecclesiæ maximo malo, tunc maxime, si libenter audierit, hanc pestilentem Sirenarum suarum uocem, NON PRAESUMIT VR TANTAE celitudinis apex errare. Ita & illa, OMNIA IVRA POSITIVA sunt in scrinio pectoris sui. Non præsumitur quidem errare, sed an bona sit illa præsumptio queritur. Et sunt quidem in scrinio pectoris eius omnia iura sua, sed an pectus eius bonum sit, queritur, id enim oratione curandum est. Sed de hac re omniū pulcherrime B. Bern. ad Eugenium Papam de Consideratione.

CONCLV SIO XLIX.

Docendi sunt Christiani, quod ueniae Papæ sunt utiles,

H iiiij

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

si non in eas confidant, Sed nocentissimæ, si timorem dei
per eas amittant.

CVID E itaq; periculum, Populo ueniae prædicantur directe
aduersus ueritatem crucis & timoris dei, Quia permittitur liber-
tas eorum a poenis, deinde securitas remissorum peccatorū. Et
euidens signum uidetur, uenias tali iactantia prædicatas nō esse
ex deo, quod populus pronius accurrat, acceptat, obseruat, q; i-
psum sanctum euangelium dei, ut probetur ueritas, quia quod
ex deo uenit, fastidit mundus, aliis uenit in nomine suo, & hūc
suscipit. Et erroris causa sunt ipsi fabularū talium magistri, qui se-
dulius & pomposius, q; euangelium, eas prædicant, tum quod
omnibus prædicant, quæ paucorum sunt. Nam ut supra patuit,
Veniae sunt relaxationes, licentiae, permissiones, atq; indulgen-
tiae, & ueræ indulgentiae (si rigidam uerbi significationē accipi-
mus) id est, molliculae permissiones, delicatorum, frigidorum,
durorum Christianorū, id est, Gabaonitarum & Hydrophoro-
rum ac seruorū, magis quam Israelitarū principum atq; filiorū.
Probo autem conclusionem.

CSi opera charitatis feruide agentiū, sunt talia, ut nemo in eis
confidere, aut securus esse possit. Siquidem & Iob sanctissimus ue-
retur omnia opera sua. Et, Beatus uir qui timet dominum.

CItem, Beatus uir, qui semper est pauidus, quanto magis uenie-
incomparabiliter inferiores talibus operibus, plus q; cum timo-
re suscipienda, & minus q; fiduciam minimā, id est, nullā pro-
suis debemus habere. Sanctus timet, ne minus operetur, aut pa-
titatur q; debet. Et ubi peccator erit, cui remittitur, ut minus agat
& agere possit. Et quantū nostros uaniloquos, & mentiū corrū-
ptores intelligo, faciunt nobis ex negotio indulgentiarū, nego-
tiū persambulans in tenebris, & operationē erroris, dum per
illas hominibus fiduciā suadent oībus. quæ tamen paucis con-
ueniunt, & ijs (ut dixi) frigidis, ac infirmis. **V**ide he exinde factū
sit, magistro sancto spiritu, ut proprio eorū testimonio appellēt
Negotium S. Petri, negotium sancti spiritus, quasi ipsi met̄ confi-
teantur negotiatorēs se esse, & Simonenses inuidinas habere
CQuod aut̄ dixi, sunt utiles, intelligo, non omnibus, timo uete-
ri homini, & stertentib; operarijs, eo qd melius sit illis eas re-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

mitti poenas, quā ut ferrent inuite, ueruntamē ista uoluntate eis
permitta propter maius malū uitandū, nō debent secure frui, ne
q̄ in ea cōfidere, sed eo magis dolere, & timere quod tales sunt,
qui egent propter maius malū in minore malo relinqui. Quan-
do uiderunt etiā eos timere, qui seruentissime in bono pficiunt.
ideo dixi esse nocētissimas, si sine timore de tali licentia gaudēat,

C O N C L V S I O . L.

Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosset exactiones
uenialium prædicatorum, mallet Basilicam S. Petri in cīne-
res ire, quā ædificari cute, carnibus & ossibus ouium suarū,

SI C enim nostri uenatores robustissimi, postq̄ omni Chri-
stianæ uitæ ordini statū pecuniae numerū indixissent, tandem &
uxores mendicare docent, etiā inuiti uiro, & Fratres mendica-
tes, etiā iuuitis prælatis suis, alicunde corraderet, ut oīno nullus
sit, qui residuū oboli habet, quin huc tribuat. Deniq̄ factū est, ut
tunicas etiam uendere hortentur, aut undecūq̄ mutuare, quod
& factū dicitur. **E**go uero sapio, quod cū indulgentiæ sit uilissi-
mū bonum oīm bonorū ecclesiæ, nec nisi uilissimis ecclesiæ do-
nandū. deinde nec meritoriū, nec utile, sed plerumq̄ innocentissi-
mū, si non sint timorati, qđ maledictione digna sit talis doctri-
na, & contra mandata dei. Vxor enim debet sub uiri potestate
esse, & eo inuiti nihil facere, etiam si esset meritoriū, multonisi-
nus mendicare pro uenijs sibi nō necessarijs forte. **T**um religiosi
suam obedientiā seruare etiam si possent alibi martyrio corona-
ri, nec papa unq̄ intendit contrariū, sed falsi interpretes illius. Ali-
ri, nec papa unq̄ intendit contrariū, sed falsi interpretes illius. Ali-
us uomat stomachū, ego me cohibeo. unū dico, hinc saltem in-
telligo lector, an nō suis prædicationibus pestilentiosis id agant :
ut populu credere faciant, quasi sit salus in uenijs, & uera dei gra-
tia, alioquin quomodo tā anxie eas cōmentarent, ut opera me-
ritoria, & mandata dei propter illas irrita facerent. Adhuc tamē
sunt adeo nō hæretici, ut glorientur se hæreticorū persecutores.

Hoc scilicet uoluit papa, ut homines suæ curæ commissi, pro-
pter lapides & ligna usq̄ ad uiuam cutem radatur: immo ut pe-
stilētibus doctrinis ab istis latronibus & furibus (ut Christus ait)
mactentur & perdātur. Melius erat Cæsarem illum habere, qui
dixit, Boni pastoris esse oues fundere, non deglubere. Atij non

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN
deglubunt modo, sed deuorant eos corpore & anima, uere se-
pulchrum patens gultur eorum, linguis suis &c.

C O N C L V S I O L I .

Docendi sunt Christiani, quod papa sicut debet, ita uellet
etiam uendita (si opus sit) basilica S. Petri, dare illis, a quorum
plurimis quida & concionatores ueniarum pecunias eliciunt.

SI C B. Ambro. calices conflauit, pro redimendis captiuis, &
B. Paulinus Nolainus seipsum captiuum tradidit pro suis. Et ad hoc
ipsum habet aurum ecclesia, ut est in decretis ex eodem Ambro. sum-
ptu. At nunc bone deus, quanti sunt quod ligna, immo folia portat in
sylva, & guttulas suas in mare, id est, obolos suos in mari super il-
lud cuius (ut Hieronymi uerbis utar) lucis, est totius orbis religio

C O N C L V S I O L I I .

Vana est fiducia salutis, per literas ueniarum, etiam si co-
missarius, immo ipse papa impignoraret animam suam pro illis.

HOCH quoque portentum audent sine omni fronte proferre :
ut timorem dei ab hominibus tollat, per indulgentiasque secundum
ad indignationem dei perducant, contra dictum Sap. de peccato
propiciato, nolis sine metu esse. **E**t iterum, Delicta quae intelligit. **A**t
inquiunt. Non tollimus timorem dei. Si potest securitas peruenie-
as stare, cum timore dei, uere non tollitis, sed populus acceptis li-
teris, cum tanto iuramenti hiatu commendatis, si timeret, quod non
sufficiunt literae coram deo, quod erit uera, illa gloria securitatis
promissio. Sin confidit sufficere, quod timebit. In felix sit omnis
ille sermo in aeternum, qui securitatem & fiduciam, suaderet in aut per
rem quamcumque praeter nudam misericordiam dei, quae Christus est.

Omnes sancti non solum timent, sed etiam desperantes dicunt. Non
intres in iudicium cum seruo tuo domine. Et tu eos per literas
securos introducis in iudicium eius. **V**nde ego illam fabulam,
quam quida in tam effrenes mendacij gurgites finixerunt, non
ueritate penitus vacuam credo, scilicet uenisse quandam mortuum
cum literis ueniarum ad infernum, per easque petitis libertate, tunc
occurrisse dæmonem, qui legens, inter manus (præ seruore ignis)
caram, & papyrum consumpsit, secumque traxit in profundum.

C O N C L V S I O L I I I .

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

56.

¶ Hostes Christi & Papæ sunt, qui propter uenias prædis-
candas, uerbum dei in alijs ecclesijs penitus silere iubent.

¶ QVI A officium & mens Papæ est, ut ante omnia semper,
& ubiq; uelit uerbū dei prædicari, sicut sibi præceptū esse a Chri-
sto nouit, Quomodo ergo credendus est Christo, & sibip̄ se re-
pugnare: At nostri id audent sicut & omnia.

C O N C L V S I O L I V V .

¶ Iniuria sit uerbo dei, dum in eodem sermone, æquale uel
longius tempus impenditur uenijs quam illi.

¶ SATIS patet ex dignitate uerbi dei, tmo ex necessitate, cum
uerbum ueniarum neq; sit necessarium, neq; multum utile.

C O N C L V S I O L V .

¶ Mens Papæ necessario est, quod si ueniae (quod minimū
est) una campana, unis pompis, & cæremonijs celebrantur:
Euangelium (quod maximum est) centum campanis, cen-
tum pomspī, centum cæremonijs prædicetur.

¶ QVI A nihil in ecclisia est maiore cura tractandū, q̄ sanctū
Euangeliū, cum ecclisia nihil habeat preciosius, & salubrius. un-
de & hoc unicū est opus, quod discipulis suis iniunxit, tam repe-
titis uicibus. Et Paulus dicit, se nō ad baptizandū, sed ad euange-
lizandū missum. Deniq; Christus præcipit sacramentū eucharis-
tiae non celebrari, nisi in suā cōmemoratiōne. Et Pau. i. Cor. xi.
¶ Quotiescumq; māducabitis panē hunc, & calicē bibetis, morte
domini annunciabitis. Melius est em̄ omittere sacramentū, quā
euangeliū non nunciare. Et ecclisia statuit Missam sine lectione
Euangeliū nō celebrandā. Plus itaq; ponderat Euangeliū q̄ missa
sunt deus, quia sine euangelio non uiuit homo in spiritu, Sine
missa autem uiuit. In omni uerbo em̄, quod procedit de ore dei, ui-
uet homo, ut latius Ioan. vi. dominus ipse docet. Deinde missa
reficit eos, qui iam sunt in corpore Christi, Euangeliū uero, gla-
dius spiritus, devorat carnes, diuidit Behemoth, tollit uasa for-
tis & auget corpus ecclesię. Missa nulli profectus nisi iā uiuo, Euangeliū
prosuls omnibus. Vnde in primitiua Ecclisia permittebana-
tur Energumeni & catechumeni usq; post Euangeliū inteffisse,

M. L. RESOLVTONES DE VIRTUTE IN

& tum foris mittebantur ab ihs, qui de corpore missæ erant, &
nunc etiam permittūt iura excommunicatos usq; post Euangeliū
interesse missis. **Sicut** Ioannes p̄currit Christum, ita Euangeliū
um missam. Euangeliū prostermit & humiliat, Missa humiliā-
tis dat gratiam. Melius ergo facerent, si missam prohiberent.
Quam pulchrum uero dæmonibus spectaculū id esse putas,
si quando ueniarū effusores, ipsi maxime uenijs indigi(puta Si-
moniaci & in Canones lapsi)dat illis, q prorsus nō egēt uenijs.

CONCLVSIONE LVI.

Cthezauri Ecclesiæ, unde Papa dat indulgentias, neq; sa-
tis nominati sunt, neq; cogniti apud populum Christi.

CH AEC est mors secūda, quā merui. Ideo postq; multa iam
diu afferui, tam manifesta, ut protestatione nō egerent. Nūc rur-
sum aliquā disputandū est, ideoq; & p̄testandū nouissima p̄tes-
tiōe in hac disputatiōe. Disputo ergo hic, & q̄ro ueritatē, testis
lector, testis auditor, testis uel ipse hæreticē p̄auitatis inquisitor.

CONCLVSIONE LVII.

CTemporales certe nō esse patet, quod non tam facile eos
profundūt, sed tantūmodo colligunt multi Concionatorz.
SATIS patet experientia.

CONCLVSIONE LVIII.

CNec sunt merita Christi & sanctorum, quia hæc semper
sine Papa operantur gratiam hominis interioris, & crucem
mortem, infernumq; exterioris.

CHIVIS Cōclusionis materia profunde nimis inhæsit, atq;
penitus insedit fere omnibus doctoribus, ideo latius & firmius
probanda mihi erit, faciamq; id cum fiducia.

De meritis sanctoꝝ prius. Dicunt emq; sancti in hac uita mul-
ta operati fuerunt, ultra debitū, uidelicet opera supererogatiōis:
quæ nondū sunt remunerata, sed in thesaurū Ecclesiæ relicta, qui-
bus sit per indulgentias aliqua digna compensatio &c. Et sic uo-
lunt sanctos pro nobis satisfecisse, **Contra** quæ arguo.

// **P**rimo, Ergo indulgentiae non sunt indulgentiæ, quod pro-
bo, quia non sunt gratuitæ remissiones, sed alienæ satisfactionis

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

58.

applicationes, & per omnia, sicut supra argutum est de Thesau-
ro militatis ecclesiæ, scilicet, quod tunc nihil efficitur uirtute cla-
uium, nisi translatio quedam operū, nihil autem soluitur, quod
est contra uerbum Christi, quodcunq; solueris.

Item, Quod tunc idē p claves agit, qd de facto sit, quia si sunt
opera sanctorū in Ecclesia isto modo, certe per spiritū sanctū nō
permittunt otiosa iacere, sed de facto succurrent quibus possunt

Secunda, Nulla sunt opera sanctorū relata irremunerata, quia
secundū oēs, deus premiat ultra condignū. Et Paulus, Non sunt
condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam &c.

Tertio, Nullus sanctorū in hac uita sufficienter impleuit man-
data dei, ergo nihil prorsus fecerunt superabundans, Quare nec
ad indulgentias aliquid distribuendū reliquerunt. Consequen-
tiam credo satis claram, sed maiorem ita probo, ut non sit dubi-
tanda, sed ita credenda, ut eius contraria sit hæretica.

Primo, p illud Christi, Cū feceritis oīa q scripta sunt, dicite, Ser-
ui inutilis sumus. Sed seruus inutilis citra, nō ultra fecisse intelli-
git, nisi forte quorundā insulsissimog; hominum somnia sequamur,
q humilitatis, nō ueritatis gratia, hēc dici a suis, Christū uoluisse
garriunt, Christū mendacem facientes, ne ipsi non sint ueraces.

Secundo, per illud Matth. xxij. Quod sapientes uirgines pror-
sus nihil uoluerunt communicare de suo oleo, timentes ne ipsis
quoq; deficeret.

Tertio, Paulus prima Corinth. iij. Vnusquisq; mercedem acci-
piet secundum suum laborem, non ait secundum alienum.

Quarto, Gala. vi. Vnusquisq; pro se reddet rationem. Et iterū
Vnusquisq; recipiat prout gesit in corpore.

Quinto, Omnis sanctus debitor est dei diligendi, quantum
potest, immo ultra ē potest, sed nullus id fecit, nec potuit.

Sexto, Sancti per opus eorum omnium perfectissimum, scili-
cat, Mortem, martyrium, passionem, non faciunt ultra ē debent,
immō faciunt quod debent, etiam uix faciunt, Ergo multo mi-
nus in alijs operibus, plus fecerunt quam debuerunt.

CSeptimo, Quod cum tot ego argumenta producā, illi autem
pro sua parte, nec unum, sed simplicem narrationem, sine scri-
pturis, doctoribus, rationibus loquentes, possumus immo des-
cernus ab eorum sententia omnino recedere. Sed hēc lnt mea;

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

Nunc idem probo auctoritate sanctorum patrum, Et primo illud familiare B. Augusti. Omnes sancti necesse habent orare. Dismette nobis debita nostra, etiam tunc cum benefecerint, eo quod Christus nullum excepit, quia deo orare nos docuit, Sed qui contentur debita, certe non superabundant.

Secundo, per Psalm. tricentum primum. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum. Et infra. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Quam B. Hierony. dial. contra Pelag. egregie tractans dicit. Quomodo est sanctus, si pro impietate sua orat? Rursus. Si est impius non est sanctus &c. Ita sancti per orationem & confessionem suae impietatis, merentur sibi non imputare peccatum.

Tertio, B. Augusti. libro retract. Omnia mandata implentur, quando quicquid non impletur, ignoratur. Tractat enim ibidem quæstione, An sancti impleuerint mandata perfecte. Et negat, dicens, quod magis ignoscente deo, quam implete homine.

Quarto, idem Confess. ix. Væ hominum uitæ quantumcumque laudabili, si remota misericordia iudicetur. Ecce etiam sancti indigent misericordia in tota uita sua. Ad quod illud Iob, si etiam iustum quippiam habuero, iudicem meum deprecabor. Quomodo ergo superfluent alijs, qui sibi non sufficiunt?

Quinto, B. Augusti. lib. iij. aduersus Julianum inducit decem antiquos patres ecclesiasticos, puta Hilarium, Cyprianum, Gregorium Nazan. Ioan. Chrysost. Ambrosi, Ireneuni, Olympon, Rethicum, Innocentium, in eandem sententiam, & illorum auctoritate nititur. Probans nullum sanctum in hac uita sine peccato esse, secundum illud prima Ioan. i. Si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. Et inde natura & gratia idem.

Ex quibus & multis alijs, quæ longuæ esset hic narrare, concludo. Merita sanctorum nulla esse superflua sibi, quæ nobis otiosis succurrant. Et ut aliquando audax sum, ea quæ iam dixi, protestor, me non dubitare, sed paratus sum, ignem & mortem susciperre pro illis, & haereticum asseram omnem, qui contra sapuerit.

Tamen per impossibile admittendo, quod uere superfluerent merita sanctorum, Nescio, si satis dignum opus fieret ab Ecclesia, ut tam preciosa merita, tam uiliter expenderet, scilicet pro solutio[n]e peccatarum. Cum solutio poenæ sit uilissimum donum Ecclesiae, & uilissimum donabile, ut iam saepè dictum. Martyrum autem & sancto-

rennissio

rum poenæ debent esse potius exemplum ferendarū poenarum. Sic enim oramus, Quorum festa colimus, uirtutem quoq[ue] passi-
onis imitemur. Item nec ecclesia mater, tunc uidetur pie agere,
quando relaxat, sed quando castigat & coercet, ut patet in excō-
municationibus & censuris, quas poenæ utiq[ue] non relaxat, sed
potius infert, tunc maxime, quando fuerit maxime sollicita pro
filijs suis. Si autē relaxat, quasi desperans hoc facit, timens peio-
ra euenire. Igitur cum sint poenarum remissiones, tam uile do-
num, & sola potestas clauium ibi satis sit, uideretur certe nō par-
ua irreuerentia fieri tam egregijs laboribus sanctorum, si sterren-
tibus impartirentur. Multo melius B. August. in serm. de Marty.
Solennitates martyrum (non remissiones) sed exhortationes mar-
tyriorum sunt, ut imitari non pidgeat, quod celebrare delectat.

Probata est itaq[ue] ista pars, quod merita sanctorum nō possint
esse thesaurus nobis, cum sint penuria ipsi simet sanctis, nisi quis
sic putet, ea nobis esse thesaurum, non quia superfluunt, sed quia
est cōmunitio sanctorum, quod quilibet pro altero laborat, sicut
membrum pro membro. Sed hoc fecerunt in uita, & si nunc fas-
cerent, intercessione potius quam potestate clavis id fieret.

Sed hic a longe audio quorundā acutum argumentū, uerum
est inquiunt, Sancti nō fuerūt sine peccato in hac uita, sed uenia-
li, nihilominus plura potuerunt facere q[uod] debuerunt, Cum istic
quidem obtusissimis ingenij difficile est agere in hac re, Tamē
breuiter dico, Id esse ueniale peccatum, quia minus faciunt q[uod] de-
bent, nō autem id quod ipsi singunt solum ueniale peccatum, scilicet,
risum, uerbum leue, cogitationem. Est quidem hoc ueniale
peccatum, sed magnū ueniale, Verū etiam opus bonū optimè
factū, est ueniale peccatum, ut ex B. Aug. supra. Tunc mandata cō-
plentur, quando quicquid per nos impsetur, ignoscitur, quod
in omni opere bono sit, semper enim ibi uenia petenda est, secū-
dum orationem dominicā. Sed hæc aliam disputationē requi-
runt, de quo alias. Inde sanctus Bonaventura. Cū afferuisset ho-
minē posse sine ueniali peccato esse, utiq[ue] defecit sanctus homo.

De secundo, scilicet Merito Christi,

Hoc nō esse thesaurum indulgentiarum, dispueto, esse autem
thesaurum ecclesiæ, hæreticus negat, Siquidem Christus est pre-
sum mundi, & redemptor, & ideo uerissime & solus unicus ec-

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

ecclesiæ thesaurus. Sed quod sit thesaurus indulgentiarum, nego,
donec docear, & causa negandi est.

// **P**rima, Quia nullis (ut iam s̄epe dixi) scripturis id probari,
nec rationibus ostendi potest, Nec ipsis, qui tenent, probant, sed
simpliciter narrant, ut omnibus notum est.

Dixi aut̄ prius, q̄ in ecclesia aliquid asserete, cuius nulla potest
ratio uel authoritas reddi, est ecclesiā hostibus & hæreticis irri-
fioni exponere, cū secundū Apostolū Petru, teneamur rationē
reddere de ea, q̄ in nobis est, fide & spe, Et Paulus, ut sit Episco-
pus potens in doctrina sana, etiā contradicētes redarguere. Hic
aut̄ adeo est nulla authoritas, ut si hodie determinaret Ecclesia
Rhomana partē affirmatiū, nihilominus maneret idem peri-
culū, scilicet, quia non possimus rationē reddere alia, nisi quia
sic Papæ & Rhomanæ ecclesiæ placuit. Sed quid ista ratio faciet
si ab ihs urgeremur, qui Rhomana eccliam non sequuntur: ut
hæreticis, Pighardis. Hi nō uoluntatē Papæ & Rhomanæ ecclie-
siæ, sed uel authoritatē, uel rationē probabilem querent.
Et certe iste est mihi uel unicus scopus in ista materia tota.

Seconda, Omnia argumenta hic plus ualent, quæ de thesau-
ro militantis Ecclesiæ & sanctorū meritis adducta sunt, scilicet,

Primo, qd tunc indulgentiae non sunt indulgentiae, sed trans-
lationes operum alienorum ad alios, & uera ac legitima satissa-
tio, quia id facimus, quod per alium facimus. At per indulgen-
tias (ut dicit Cano li. v. de pœni. & re.ca. Cum ex eo) pœnitentialis
satissatio eneruatur, non ait transfertur, sed eneruatur.

Secundo, Quod tunc Ecclesiæ claves nihil faciunt, & uere ui-
lificant, quia non soluunt, sed ligatu alio transferunt. At impiū
est dicere, quod clavis non soluat. Si autem soluit, totum tollit.

Tertio, quod merita C H R I S T I de facto, sine clavibus ea-
dem operantur, non enim erunt otiosa.

Quarto, quod func insignis fier irreuerentia meritis C H R I-
S T I, si solūmodo pœnæ relaxationi expendent, cū ipse per ea
fuerit exemplū oīm martyrū, Contrariū itaq; erit naturæ metis
te C H R I S T I, ut seruant pigris, quæ extimulat etiā seruen-
tes. Vilissimum est enim, ut iam dictum est remissio pœnæ.

Tertia, Respondeant mihi ad istam contradictionē, beatus
Thomas & Bonauentura, & sui sequaces constanter & unanimi-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

55. b.

ter dicunt, Quod opera bona sunt meliora quam indulgentiae, ut supra satis est dictum, Esto ergo haec uera, Item per indulgentias applicantur & expenduntur merita CHRISTI, Esto etiam haec uera, quia & hanc constanter omnes assertunt. Item merita CHRISTI incomparabiliter sunt meliora, quam bona opera nostra, immo sola bona, Esto etiam haec uera.

Hic ego concludo & infero, infelix, qui non dimittit opera sua bona, & solum querit opera CHRISTI, id est indulgentias, cum sit oīm blasphemiarū ultima sententia, sua opera bona præferre operibus CHRISTI, aut ergo opera CHRISTI, non sunt thesaurus indulgentiarū, aut superbit nriser, qui nō omis- sis omnibus præceptis, etiā dignis, solum indulgentias redimit, id est, merita CHRISTI, At cōtra sanctus Thomas & Bonaventura dicūt, qđ non sunt præceptae indulgentiae, & sunt ui- liores bonis operibus, ergo nō sunt opera Christi, & tamē sunt opera Christi simul & semel. At forte, ut sunt arguti, responderebunt per Aristotelicas distinctiones. Verū est, merita Christi, ut simpliciter sumpta, sunt meliora nostris operibus, Sed sic non sunt indulgentiae, uel per indulgentias sic non applicantur. Accipiuntur autē prout solum sunt satisfactoriae pro pecnis, & isto modo applicantur. Respondeo, proba, qđ dicas. quid si nolim istud tibi credere nuda narrasti: probare iubetur spiritus an ex deo sint. Secundo, Vbi nunc istud est, quod supra dictum fuit, ideo illa per uenias dispensari, quia non essent remunerata, sed quia fecissent quædam, quæ nō debuerant. Talia ergo sunt tam uilia merita, ut nullam aliam recipient mercedem, qđ ut sint aliorū pigrorum satisfactiones. Tunc arguo sic, opera superrogationis sunt omniū nobilissima & perfectissima, Admittitis ita, Et talia nō remunerantur martyribus uel sanctis, sed conceduntur pigris & sterentibus. Et sic sancti remunerantur secundū opera & merita sua minora, quia perfectiora relinquunt alios. Quis ita insaniat oros? Ergo S. Catharina pro martyrio & uirginitate sua nihil accepit. Sed haec Ecclesia relinquit, & sufficit ei premiuū orationis, uigiliarum & aliorū bonorum operū. Quod si dixeris, quod simul & pro eis remunerati sunt, & simul ea reliquerunt, ubi illud qđ dictum fuit, Esse quædam, quæ non sunt remunerata. Videsne quid sit sine autoritate loqui, & per tenebras diuinare?

M. L. RESOLVTONES DE VIRTUTE IN

Quod si impiū est dicere, qd opera supererogationis, uel plus
ra q debuerunt sancti, sic sint uilia & eis nō remunerata. Quan-
to magis impiū est, Christi opera, quæ oīa sunt superabundan-
tia sic uilificare. Quare indulgentias ita magnificare, & tñ rur-
sum nostris operibus eas minorare, hoc est Christū & sanctos e-
ius in suis meritis blasphemare, nisi id erronee & nō uolēter fiat.

Quartā, resumo argu. quod glo. de pœ. & re. c. Quod aut̄, ad
ducit, scilicet, Si indulgentiæ sunt remissiones pœnariū omniū :
nō deber homo ultra ieiunare aut bona facere. Nec soluitur per
hoc, quod sit incerta remissio, sed blasphemant̄ potius claves Ec-
clesiæ, licet eum iuuent in hac sententia om̄es ferme DOCTO-
RES SCHOLASTICI. Illud autē, quod nescit homo an
amore dignus sit, intelligit de futuro euentu, quia qui nunc crea-
dit, nescit an sit in fide perseveraturus. Vnde ibidē Eccl. ix. statim
additur, Nescit homo an amore uel odio dignus sit, sed oīa ser-
uantur incerta in futurū, præmisit enim, Sunt iusti & opera eorū
in manu dei &c. **Q**uod si remissionē culpæ faciunt incertam,
multo magis & pœnæ, cū culpa manente, & pœnā quoq; maz-
nere necesse sit, sicut ibidē dicit glo. quod remissio illa intelligit :
quando per contritionem (imo per fidem Clauiu) oīo deletum
est peccatū. **Q**uid ergo sunt indulgentiæ: incerta donatio. Absit
absit, ut tam impia illusio ab Ecclesia Christi, imo clauibus, fiat.
Tum enim uere (ut quidā dicunt) indulgentiæ essent quædā im-
piæ fidelium deceptions. Ad istum errorem uenitur, dum queri-
mus per opera nostra, & nostram iustitiā iustificari potius, q per
fidem. Ideo de contritionibus tantummodo docemus, quādo o-
ptime docemus, nihil de fide clauium, quę maxime oīm docen-
da erat. Sed supra de ijs latius est dictū. **A**ut ergo indulgentiæ
non sunt thesaurus meritorū sanctorū. Aut optimē sequitur, qd
consecutus, debet quiescere ab operibus suis bonis pro peccatis.
Sed quod ista sententia sit impiā in Christū, quia si per uenias
mihi impenduntur merita Christi, & ego adhuc incertū habeo
mihi esse peccata remissa, ideo adhuc operandū pro eorū remis-
sione, Tunc sequitur, quod dubito an merita Christi applicata
& donata mihi, sint sufficientia ad remissionē peccatorū. **Q**uo
dubio quid execrabilius: Si aut̄ non dubito, sed sufficientia cre-
do, impiissime fecero, si opa mea meliora putauerō, q indulgen-

tias (id est, opera Christi mihi impensa) Ego enim, si unicū opus
imo nullies millesimā partem unius minimi operis Christi, pos-
sem obtinere, securus sum de redemptiōe æterna. Cessamus ita-
q; operari nostra opera pro peccatis, & nihil nisi indulgentias re-
dimamus, quia in illis non unū opus, sed oīa merita Christi, nec
huius solum, sed oīm sanctorum cōsequimur. Cum itaq; merita
Christi nulla proportione bonitatis, nostris possint comparari,
aut ipsa nō sunt thesaurus indulgentiarū, aut indulgentiae erunt
præferendæ oībus operibus omnī præceptorū dei, aut meritis
Christi siet summa oīm irreuerentis & blasphemia. Deinde id
qq; uide quale est, qd huic thesauro quasi solius Christi merita
nō sufficeret, addūt merita sanctorū, itē merita Ecclesiæ militantis.
Cat dicas, Ergo ne sanctus Thomas adeo errauit cum cæteris
Nunquid Papa & uniuersa Ecclesia errat quæ ita sapit? An tu so-
lus recte sapiens & primus?

Respondeo primum, Non sum solus, sed ueritas mecum, &
multi alij, scilicet, qui dubitauerunt, & adhuc dubitant, quid ua-
leant indulgentiae. Nec peccant eo dubio, cum sint remissiones
tantum poenarum, quas siue quis credit, siue nō, siue consequa-
tur, siue non, nihilominus saluus erit.

Secundo, & Papa mecum est, Quia & si concedit indulgenti-
as, nūsc̄ tamen dicit, qd sint de thesauro meritorū Christi & Ec-
clesie, imo sese declarans, dicit li. v. de pœ. & re. c. Cum ex eo, qd
sint eneruationes penitentialis satisfactionis, sed eneruatio nō
est impensio meritorū Christi, sed tantūmodo sublatio poenare.

Tertio, & tota ecclesia mecum, Quia ecclesia utiq; cum Papa
sapit, & sicut Papa, sapit. Sed iam dictum est quid Papa sentiat.

Quarto, & si S. Thomas. B. Bona. Alexand. de Ales sint insi-
gnes uiri cum suis discipulis, Antonino, Petro Palu. Ang. Anco.
præter Canonistas, qui omnes eos sequuntur, Tamē iustum est
ei præferre ueritatem primo, deinde & autoritatē Papæ & Ec-
clesiæ. Nec mirū est tantos viros in hoc errasse. Nam in quantis
quæso B. Thomæ etiam Scholastici errasse arguit: Immo quod
maiis est, iam plus trecentis annis tot uniuersitates, tot in illis ac-
utissima ingenia, tot ingeniōrū pertinacissima studia in uno A-
ristotele laborant, & tamen adhuc nō solum Aristotele non in-
telligūt, uerū etiam errorem & fictā intelligentiā per uniuersam

Coni Aristotleos.

Iij

M. L. RESOLVATIONES DE VIRTUTE IN

¶ pene ecclesiam spargunt, quianç si etiā intelligerent eum, nihil ē
gregis sapientiae adepti essent, præsertim in eis libris Arist. quos

In Aristotelem m̄ uictio. utilitatores habent, in qbus uel ipsiusmet testimonio apud Aul.
Gel.lib.xx.c.iiij.& Greg. Nazan.in Ser. aduersus Arianos, non
nisi merus logodædalus & logomachus deprehenditur. ¶ Aus-

dax, impudens, temerarius forte hic uideor, atq; utinā mihi tan-
tum supereret ætatis & otij, ut huius temeritatis meq; rationem
reddere, & uerbis meis fidē facere possem, forte efficerem, ut nō
frustra sic sapere uiderer. Non Aristotelem cū Platone & alijs co-
cordarem, qd Ioan. Picus Mirandulanus cœperit, sed Aristotelem
suis coloribus pingere, sicut dignū est pingi eum, qui ex profeso
so est artifex uerborū (ut Greg. Nazan. ait) & illusor ingeniorū.

¶ Si itaq; per tantū tempus in tantis ingenijs permisit deus, tan-
tu nubis & tenebraꝝ dominari, quid adhuc nobis ita securi pla-
cemus, & non potius (sicut Christianos decet) omnia nostra su-
specta habemus, ut solus Christus sit lux, iustitia, ueritas, sapien-
tia, omne bonū nostrū. ¶ Uigilat sancti illi uiri cū uiderent Aristotelem ab indoctis & Christū ignoratibus, in tanta authoritatis
ueneratione haberri (ipſi, ut erant humiles sensu) pia simplicitate
sunt securi, & in errore lapsi, cæteris occasio fuerunt, tot turbinū
qſtionū, opinonū, errorū, sicut in S C O L A S T I C I S D O-
C T O R I B V S uidemus. Et digni fuimus, qui Christū relin-
quimus, at ipse quoq; uos derelictos, etiā per electos suos, in oc-
casionem daret erroris & infiniti laboris. Sicut ait in Ezech. xiiij
¶ Propheta cum errauerit & locutus fuerit uerbū, Ego dñs decepi
prophetā illum. Et ibidem. Si uenerit ad prophetā interrogans
me per eum, Ego dñs respondebo ei secundū multitudinem im-
munditiarū suarum. ¶ IDE cū timore & iudicio omnia sunt
legenda & suscipienda, etiā a magnis & sanctis uiris tradita, se-
cundū Apostolum, Omnia probate, quod bonū est, tenete. Et
illid Ioan. Probate spiritus, utrū ex deo sint. Quæ consilia qui o-
miserint, & in hoīem consiliū fuerint (sicut ij, qui dicunt, Malo cū
tantis errare, q; tecum recte sapere) digni sunt, quos etiā contem-
nat & relinquat consilium, qui enim consilium spiritus spernit, cur
nō spernetur merito a spiritu consilij. ¶ Ita & in indulgentijs fa-
ctū est, Cum uiderent sancti homines, illas uulgo tantum efferrī
(ut solet uulgaris facere semper iudicū Paridis & Midæ) & nola-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

51. 6

lent tam uiles eas credere, cōperunt uel fingere honestū & prae-
ciolum eorum fundamētū, quia nullum aliud occurrebat, nec
uspīam erat. **(Ad rem itaq; redeamus, & meritū Christi quāra-
mus, & probemus, nō esse thesaurum indulgentiarū, iam causa "**

Quinta. Nulli datur gratia contritionis, quin simul ei dentur
merita Christi. Ergo ante indulgentias habet thesaurū merito-
rum Christi, & nisi haberet, non proficerent ei indulgentiae, se-
cundū opinionem ipsorū (ita enim sapient sublimiter de remis-
sione pœnarum) Nam per cōtritionem homo redit in gratiam
sicut filius prodigus cū Christo patre suo, qui dicit, Omnia mea
tua sunt. Et Esaiæ. ix. Parvulus natus est nobis, & filius datus est
nobis. Ro. viii. Quomodo nō omnia cum illo nobis donauit?

Sexta. Alioquin feliciores essent in Ecclesia ij, qui sunt peiores
Dictū est enim, quod indulgentiae prosumunt criminosis duntaxat
& ihs dabitur thesaurus meritorū Christi. Pueris aut̄ virginibus
ac innocentibus, nō dabitur, quibus maxime debetur, imo qui
habent eū soli. **Sed id argumentū parum facit apud eos, qui cre-
dunt, omnes pœnas tolli, nec posse indulgentias conferri pecca-
torib; sine contritione, quod ego non credo.** **Vltima,** quā se-
cum fert ipsa Concl. probationē, scilicet, quod merita Christi &
sanctorū eius sine Papa operatur opus suum duplex, scilicet pro-
prium, & alienū. **Proprium,** id est, gratiam, iustitiam, ueritatem
patientia, mititatem in spiritu hominis electi, quia iustitia Chri-
sti & meritū eius iustificat & remittit peccata, sicut Ioan. ait. Ecce
agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. **Et Esa. xlij.** Seruire me
fecisti in iniuitatibus tuis, & laborem præbuisti mihi in pecca-
tis tuis. Ego ego sum qui deleo iniuitates tuas, & peccatorū tu-
orū non recordabor, deleter aut̄ merito suæ passionis. **Et isto mo-**
dō concederem, quod merita Christi sint quidā thesaurus, non
Ecclesiæ, sed dei patris, qui nobis per suffragiū efficax apud deū
imperat remissiōne culpæ. Sic dicit in Iob per figuram. Faciem
eius suscipiā. **Et Apostolus Heb. xij.** Sanguinem Christi melius
claimantem q̄s Abel, quia sanguis Abel uindictam & iram postu-
lat, Sanguis Christi misericordiam clamat, & interpellat pro no-
bis. **Alienū** (sic enim Esa. uocat. ca. xxvij.) id est, Crucem, labo-
rem, pœnas uarias, deniq; mortem & infernum in carne, ut des-
truantur corpus peccati, & mortifcentur membra nostra super

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

terram, & conuertantur peccatores in infernum. Nam quicunq^z in Christo baptizat & renouatur, ad poenas, ad cruces, ad mortes paratur, ut aestimetur sicut ouis occisionis, & mortificetur tota die. sicut ait Psal. Ego autem ad flagella paratus seu ordinatus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Sic sic oportet nos fieri conformes imaginis filij dei, ut qui non acceperit crucem suam & secutus fuerit eum, non sit eo dignus, etiam si sit omnibus indulgentijs plenus. Quocirca nunc uide, Num quo tempore coepit THEOLOGIA SCHOLASTICA, id est, illusoria (sic enim sonat Graece) eodem euacuata est Theologia crucis, sintq^z omnia plane peruersa.

THEOLOGVS CRVCIS (id est, de deo crucifixo & abscondito loquens) poenas, cruces, mortem, docet esse thesaurum omnium preciosissimum, & reliquias sacratissimas, quas ipse metu dominus huius Theologie conservauit, benedixitq^z, non solum tactu sue sanctissimae carnis, sed & amplexu sue supersanctae & diuinae uoluntatis, easq^z hic reliquit uere osculandas, quæ seddas, amplexandas. Quin beatus & benedictus, qui dignus fuerit deo uisus, ut ei donetur hi thesauri reliquiarum Christi, uno qui intelligat sibi donari. Nam cuinō offeretur: Sicut B. Iacobus, Ome gaudiū existimat fratres, cum in tentationes uarias incideritis. Non est enim omnium hæc gratia & gloria, ut hos accipiant thesauros, sed electissimorum filiorum dei. Multi peregrinant Romam, aliaq^z sancta loca, ut tunica Christi, ossa martyrum, loca & uestigia sanctorum uideant (quod non damnamus quidē) sed hoc gemimus, quod ueras reliquias, scilicet passiones & cruces, que sanctificauerunt ossa & reliquias martyrum, & tanta ueneratione fecerunt digna. Ita nescimus, ut non solum non acceptemus oblatas domini, sed summis viribus repellemus, & persequiamur de loco in locum, cum deberemus summa siti, & iugibus lachrymis, id apud deum postulare, ut darent nobis tam preciosæ reliquiae Christi omnium sacratissimæ, tanq^z donū electorum dei filiorum. Sic Psal. xv. titulum in Hebreos fertur habere, Michtam, quod aureum insigne uelut munusculum intelligas, cum ibi non nisi passio Christi canatur. Et Psal. Testimonium Asaph, quod eruditu uolunt potius, iocale Asaph, seu donū delitiosum Asaph intelligere. Et ibi tamē Crucis personat hymnus. Quin tam sanctæ sunt eiusmodi reliquie, & tam preciosi.

Quæ vera reliquie. Christi passio.

thesauri, ut cum aliæ possint seruari in terra, aut ut honorificenter
tissime in auro, argento, gēmis, serico, hæ nō possunt seruari ni-
si in cœlestibus, uiuis, rationalibus, immortalibus, puris, sanctis se-
uaculis, id est, cordibus fidelium, omni auro & gēma inæstimabili-
liter preciosioribus. At nunc adeo deest fides vulgi, qua hanc re-
ligionem talium reliquiarum colat, ut etiam summi quidam Pon-
tifices authores & duces eis fuerint, non modo repellendarum,
sed etiam persequendarū, adeo ut Turcas uorare uoluerint, de-
inde & ipsos Christianos in peiores, q̄ inferni damnationem
excommunicare, potius q̄ uellent obolum sui census remittere, ne
dum nominis aut corporis iniuriam sustinere. Qui tamen inte-
rim nihilominus cataractas coeli aperuerūt, & inundauerūt the-
sauros indulgentiarū & meritorum Christi, ita & hoc diluvio
prope sit pessundatus orbis Christianus, nisi me fallit fides mea.

THEOLOGVS VERO GLORIAE, (id est, qui nō
cum Apostolo solum crucifixū & absconditū deum nouit, sed
gloriosum cū gentibus, ex uisibilibus inuisibilis eius, ubiq̄ præ-
sentem, omnia potentem uidet & loquitur) dicit ex Aristotele,
quod obiectum uoluntatis sit bonum, & bonum amabile, ma-
lum uero odibile, ideo deum & summū bonū, & summe ama-
bile. Et inde dissentiens Theologo crucis, diffinit thesaurū Chri-
sti esse relaxationes & solutiones pœnarū, tanq̄ rerum pessima-
rum & odibilissimarū. Contra Theologus crucis, thesaurū Chri-
sti esse impositiones & alligationes pœnarum, tanq̄ rerum opti-
marū & amabilissimarū. Et tamen adhuc ille accipit pecuniam
pro suo thesauro, huius nec gratis oblatū dignantur uel intuitu
sed persequūtur deniq̄. Sed quis erit index horum, ut sciamus
utru audiamus: Ecce inquit Esa. lxvi. Ego erigam illusiones eo-
rū. Eti. Cor. i. infirma mundi elegit deus, ut cōfundat fortia &c.
Quod iudiciū si adeo placet, ut uerum est, id nobis restat conſi-
tendū, si uolumus uera loqui, quod thesauri indulgentiarū sunt
om̄ maxima damnatio, si intelligantur eo, quomodo ebuccinari-
tur, scilicet esse eos om̄ pœnarū remissionem, non tantū Cano-
nicarū, cum nō sit maius damnū, q̄ tolli imaginē filij dei ab ho-
minibus, & eos spoliare thesauris inæstimabilibus, de qbus san-
cta Hagnes iucūda & beata iactāta supbiebat, appellans eos uer-
nantes, coruscantes gēmas ac ornamenta, monilia preciosa &c.

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN
CONCLVSION LIX.

CThesauros ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse pauperes ecclesiæ, sed locutus est usu uocabuli suo tempore.

CPATET satis ijs, qui legendā sancti Laurentij uiderunt, deinde nō est nunc usus uocabuli, ut thesauros Ecclesiæ vocet homines pauperes, sed patrimonium Christi & S. Petri appellamus, quod palea quædam, sine tamen grano Constantini, dedit ecclesiæ. Ideo dicit Psal. ij. ubi deus dicit Christo, Postula a me & dabo tibi gentes in hæreditatem, & possessionem tuam terminos terræ, intelligi oportet oppida & agros ab oriente in occidentem. Alioquin nostro tempore si quis loquatur aliter de rebus ecclesiæ & spiritualibus, erit barbarus nobis, licet & beatus Laurentius facultates ecclesiæ dixerit diuitias, sed non solas.

CONCLVSION LX.

CSine temeritate dicimus, Claves ecclesiæ (merito Christi donatas) esse thesaurum istum.

CS I istud meritū uocaretur, & thesaurus indulgentiarum, scilicet potestas clavium, plana est intelligētia. Nullus em dubitat quin merito Christi donatum sit ecclesiæ, quicquid donatū est.

CONCLVSION LXI.

CClarum est enim, quod ad remissionem pœnarum & causum, sola sufficit potestas Papæ.

CPROB A T V R ex ipso stilo Papæ, dū nunq̄ meminit meritorum Christi in ligando aut soluendo, sed tantummodo dicit de plenitudine potestatis, ex certa scientia & motu proprio.

CSecundo, ex cōmuni omnī sententia probantū, indulgentias uirtute illius uerbi donari, ubi Christus dicit, Quodcūq; solueris &c. Quod uerbum putant sine uigore esse, nisi potestatē donandi permetteret. Quare & ipsi solam potestatē intelligunt sufficere, nulla autem autoritate probant thesaurum. sed hanc autoritatem uehut sufficientē adducunt, quæ tamen soniat nudam potestatē, non autem applicationem meritorum.

CTertio, Alioquin etiā in alijs ligationibus & solutionibus intelligēda esset distributio meritorum, puta, quādo sacerdotali offi-

cio excōmunicat, absolvit, ordinat, deordinat, statuit, abrogat, præcipit, prohibet, dispensat, mutat, interpretat. In ihs enim omnibus agitur uirtute istius uerbi, Quodcumq; Si ergo in istis nō est necessaria distributio meritorū, sed sufficit potestas nyda clauī : quanto magis in remissione poenarū Canonistarum: cū talis remissio sit nihil aliud q; absolutio a poenis, imo si uspiam sit distributione meritorū Christi, maxime fieri debet in absolutione excōmunicati, ibi enim reconciliatur Ecclesiæ peccator, & rursum declaratur particeps bonorū Christi & ecclesiæ. Nulla itaq; estratio ; quare illud uerbū, Quodcumq; solueris, in indulgentijs includat thesaurum Christi, & nō etiam in omnibus alijs solutionibus, cum sit eadem authoritas, eadem uerba, eadem sententia in illis. Quarto, Si soluere per clauē in uenijis dandis, importat aperitionem & effusionem thesauri ecclesiæ, ergo per oppositum, ligare importabit collectionem & inclusionem thesauri eiusdem. Sunt enim contrariae potestates, & contrariorum operum. Sed nusq; & nunq; est usus colligendi aut includendi hunc thesaurū & tamen si solutio & effusio est, etiam inclusionem esse necesse est, cum utrumq; donatum sit ecclesiæ, nec frustra, aut uane donatum. Ergo sicut ligare, intelligitur sine collectione thesauri, debitem facere, nec aliquid ei positiue auferre, ita soluere cogit intelligi, liberum facere, sine expensione thesauri positiuē.

C O N C L V S I O L X I I .

Verus thesaurus Ecclesiæ, est sacro sanctum Euangeliū, gloriæ & gratiæ dei

SATIS incognita res est Euangeliū dei in multa parte ecclesiæ, ideo paulo latius de illo dicendū, Nihil enim reliquit in mundo Christus, preter solū Euangeliū. Vnde & nihil seruis suis uocatis tradidit, q; minas, talenta, pecunias, denarios, ut ex ihs ipsis uocabulis thesaurorū, ipsum uerū thesaurū esse ostéderet, Et Paulus dicit se se thesaurisare filijs suis, Et Christus thesaurū absconditum in agro. Et hoc ipsum quod est absconditus, facit, ut sit pariter & neglectus. **E**st autem euangeliū secundū Apostolum Ro. i. Euangeliū. Sermo de filio dei incarnato, nobis sine meritis in salutē & pacem donato, Est uerbū salutis, uerbum gratiæ, uerbū solatij, uerbum gaudij, uox sponsi & sponsæ, uerbum bonū, uerbū pacis,

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

Lex.

Sicut ait Esa. xl. Quā iucūdi pedes Euangelizantū, euangelizan-
tium pacem, prædicantū bona. Lex uero est uerbum iræ, uer-
bum tristitiae, uerbum doloris, uox iudicis & rei, uerbū inquiet-
tudinis, uerbū maledicti. Nam secundū Apostolū, Lex est uirtus
peccati, & lex iram operat. Est lex mortis. ex lege em̄ nihil habe-
mus, nisi malā cōscientiam, inquietū cor, pauidū pectus, a facie
peccatorū nostrorum, quę lex ostendit, nec tollit, nec nos tollere
possimus. Sic itaq; captis ac tristibus, omninoq; desperatis, Ve-
nit lux Euangeliū & dicit, Nolite timere, Consolamini consola-
mini popule meus, Consolamini pusillanimes, ecce deus uester
ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, ecce qui solus im-
plet legē pro uobis, qui factus est a deo uobis iustitia, sanctifica-
tio, sapientia, redemptio, omnibus qui credunt in eum. Hoc sua-
uissimū nuncium, cum audierit conscientia peccatrix, renuiscit
& tota exultat in tripudio, plenaq; fiducia, iam nec morte, nec
amica mortis poenarū genera formidat, neq; infernum. ideo,
qui poenas adhuc timent, nondum audiuerunt Christum, nec
uocem euangeliū, sed uocem potius Mosi. Ex hoc itaq; euang-
elio nascitur uera gloria dei, dum docemur, non nostris operi-
bus, sed gratia misericordis dei in Christo, impletam legem & im-
pleri, non operando, sed credendo, non deo aliquid offerendo
sed ex Christo omnia accipiendo & participando, de cuius ple-
nitudine participamus omnes, & accipimus, de quo alias latius.

CONCLV SIO LXIII.

Hic autem est merito odiosissimus, quia ex primis facit
nouissimos.

EVANGELIVM em̄ destruit ea, quę sunt, cōfundit for-
ta, confundit sapientia, & redigit eos in nihilū, in infirmitatem
in stultitiam, quia docet humilitatē & crucem. Sic Psalm. ix. In-
crepasti gentes & perīit impius, nomen eoꝝ delesti. Verum hac
regulari crucis horrēt omes, quibus placent terrena & sua, di-
centes, durus est hie sermo, ideo non est mirum, si sit odiosissi-
mus sermo Christi, Ihs, qui diligunt aliquid esse, sapientiam, po-
tentiam, coram se & hominibus, & primisibi uidentur.

CONCLV SIO LXIII.

Theſaurus autem indulgentiarum, merito est gratissi-

mus, quia ex nouissimis facit primos.

CQVIA docet horrere poenas, immo facit liberos a poena, quod est solummodo iustorum. Nullus enim indiget indulgentias, nisi seruus poenarum, id est, qui non calcat eas, contemptu superbo eis dominans, sed premitur illis & fugit eas, sicut puer ab umbris noctis & tenebrarum, & tamen permittuntur liberi, cum iusti etiam subiecti sint poenis varijs.

C O N C L V S I O L X V .

Cigitur thesauri euangelici rhetia sunt, quibus olim pescabantur uiros diuitiarum.

SI C enim Apostolus, Non quero uestra, sed uos. Et Christus faciam uos fieri pescatores hominum. uerbum enim dulce, trahit uoluntatem, immo facit uoluntatem hominis in Christum. **V**nde S. Petrus in urbe pictus pescator, dicit, Ecclesiam pro nave rego, mihi clima ta mundi. **S**unt mate. scripturae, rhetia, pescis, homo.

C O N C L V S I O L X VI .

Cthesauri indulgentiarum, rhetia sunt, quibus nunc pescantur diuitias uiorum.

CHANC puto ex dictis clarā, quia per remissiones poenarum homo nō sit melior, nec trahitur plus ad deū (hoc enim solo uerbo Christi sit) cum sint uerba hominis, dantis licentia ac relaxationem magis q̄ capientis & ligantis. **Q**uod si aliquid capiunt, certe nihil nisi pecunias, non aut animas capiunt. Non quod damnē istud negotiū pecuniarū, contribuendarū, immo meo iudicio, uidetur, dei prouidentia id curare in isto negotio, ut cū sit nullissimū inter dona & officia ecclesiae, nec dignū in futura uita coronari, saltem in hac uita, uel modica pecunia remuneret, ut nihil maneat irremuneratū, q̄q̄ olim gratis siebat relaxations.

C O N C L V S I O L X VII .

CIndulgentiae, quas cōcionatores uociferant maximas gratias, intelliguntur uere tales, quo ad quæstū promouendū.

SI C enim audet audax ignorantia, ut maximū uocet, quod minimum est, & relinquitur tum populo iudicium, & facultas

M. L. RESOLV'TIONES DE VIRTUTE IN
reste intelligendi, ut errans credat dei gratia hic dari. Ipsi enim
non exponunt, ne sibi ipsis contradicere cogantur, aut menda-
ces inueniantur, quod paruum dixerint magnum.

CONCLV SIO LXVIII.

Sunt reuera minimae ad gratiam dei & crucis pietatem
comparatae.

CIMM O comparatae ad dei gratiam, sunt nihil & nullae, cum
potius contraria operentur gratiae dei, tamen propter ignauos
& pigros toleratae. Et pater ex dictis.

CONCLV SIO LXIX.

Tenentur Episcopi & Curati ueniarum Apostolicarū,
Commillarios cum omni reuerentia admittere.

Q VI A authoritati papali, in omnibus cum reuerentia ce-
dendum est. Qui enim potestati resistit, resistit dei ordinationi,
qui autem deo resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt. Et do-
minus ipse, Qui uos spernit, me spernit. Igitur licet in rebus exi-
guis, nihilo tamen minus, q̄ in magnis, authoritati cedendum.
Hinc illud etiam tenet, quod & si Papa ferret iniustas sententi-
as, timendae tamen sunt, & ut Carolus inquit Imperator, Quic-
quid imposuerit; quantumvis graue sit, ferendum est, sicut & ex-
perientia uidemus fieri ab Ecclesia, quæ certe infinitis oneribus
hodie premitur, & tamen pie & humiliter fert quieta. Id tamen
intelligendum est, ne quis in erroneam conscientia ueniat, qua-
si ideo sint timendæ iniustæ sententiæ, quia sint approbadæ tan-
q̄ iustæ, ab ijs, qui debent eas timere. Cū ipsemet Pontifex, alijs
decernat ab Ecclesia ligari, qui tamen coram deo ligati nō sunt,
& cogit eos ligationem ferre, nec eis nocet talis ligatio, quia est
poena tantum, & timeri debet, non autem scrupulum conscienc-
iae facere, sicut timeri debemus deum, in omni alia uiolentia,
etiam prophana, & non per contemptū superbe reluctari. Ita &
onera sunt ferenda, nō quod reste siant, & approbanda sint, sed
ut flagella a deo inficta, & humiliter portanda. Quare senten-
tiæ iniustæ & onera sunt timenda, non propter illud uerbum,
Quodcunq; ligaueris, sed propter illud generale præceptum, E-
sto consentiens aduersario tuo in uia. Et illud, Qui te percusserit

DVL GENTIARVM AD LEONEM X. P. M. G

in maxilla dexteram , præbe ei & sinistram &c. Et Ro. xij. Non defendentes uosmetipos &c. Si enim hoc esset consiliū (ut multi etiam Theologi uidentur errare) tunc liceret eadem libertate resistere Papæ in suis oneribus & sententijs iniustis , qua Turco, uel alijs aduersarijs, sed nullis prorsus est resistendum, licet nō sit eorum opus approbandum, ne sit error in conscientia. Sed hæc materia necessaria ualde, aliud tempus, & opus postulat.

C O N C V S I O L XX.

C Sed magis tenent oībus oculis intendere, oībus auribus aduertere , ne pro cōmissione Papæ illi sua somnia p̄dicent.

P R O B A T I S S I M A est regula illa iuristarum, papam in omnibus concessionibus sic agere, ut nulli alteri præiudicet, nisi id faciat expressa mentione, & plenitudinis potestare, ut docet quoq; mos Curiae atq; stilus. Quare certissimū est, quod dans indulgentias, uult eas esse nihil plus quam indulgentias, neq; alii quid ualent, q̄d quod natura sua ualent, permittit aut ualere, quātum ualent, contentus quod dederit, nulq; enim declarat ualorem earum. Hæc est cōmissio Papæ. At nostri præcones ultra procedunt, & non solū se se iactant per pulpita, quod sint Papæ, quos rectius papos alij putant. Verū & nomini coniungunt officiū, tam Papæ q̄d Ecclesiæ, ac nobis uelut e cœlo statuunt & pronunciant cū fiducia quid sint, imo longissime ultra q̄ sint, & esse unq; possint indulgentiæ, ut uel ex libro suo potest probari nouissimo. Horū itaq; somnia, tenentur Episcopi prohibere, ne finant lupos intrare ouilia Christi, sicut expresse præcipitur, libro v.de poe. & te.ca. Cum ex eo, Et Cle. eodē.ca. Abusionibus, ut nihil p̄mittant populo proponere, q̄d quod in eorum literis cōtinetur.

C O N C L V S I O L XXI.

C Ontra ueritatem Apostolicarum ueniarum qui loquuntur, sit ille anathema & maledictus.

Q VI A & si res parua sit, ueniarum largitio, respectu gratiæ dei, & ad tantum boatum prædicantium eas, tamen contra protestatem superbe agit, qui contra dixerit, ideo merito maledicetur, cum obedientia Ecclesiastica eo sit mirabilior, quo etiam in uilioribus suo sensu cedit, & humiliatur. Quæ autem sit ueritas

M. L. RESOLVATIONES DE VIRTUTE IN

indulgentiarū, satis hucusq; est disputatū, & adhuc expectat determinationē Ecclesiae, nisi quod certū est, eas esse relaxationes tantum temporaliū pœnarū, quæcunq; tandem illæ sint. Relaxatio uero pœnarum (ut dixi) uilius est donum, quod Ecclesia donare potest, præsertim si eam donet ihs, quibus culpam remisit. Remissio uero culpæ est maximum omnium, cum sancto euangelio, quod illi non ita curant, aut certe ignorant.

CONCLVSION LXXII.

CQui uero contra licentiam & libidinem uerborum concionatoris ueniarum curam habet, sit ille benedictus.

CSIC enim hodie habet uidua CHRISTI, sancta Ecclesia, ut oib; om̄ia liceant, & p̄sertim THEOLOGIS SCHOLASTICIS, inter quos inuenire est, qui ueras etiā sententias damnant, nulla causa nisi quia ex suo fonte non prodierūt, ipsis tamen licet afferere, quod deus peccatū facit, deus est causa mali culpæ, & multa alia, quæ si quis poeta uel orator (ut uocant) aut græce, latine, hebraice doctus diceret, omniū hæreticorum pessimus fuerit, sed id maius damnu, Tantū est crimen, si quis Christianus Turcis arma deserat, aut Romani petetes impeditat. Aut literas Apostolicas uiolauerit, ut nulla unq; data sit facultas, illa remittendi, etiam si plenissima plenissimarū daretur, sed sibi reseruata sedes Apostolica, tam sancte tūc agebat Ecclesia, & seruitis dei mandatis primū, etiā tam parva uoluerit, tanto rigore coercere, nondū em erat illa Lerna & Tartarus Simoniarū, libidinum, pomparū, cædiū, reliquarūq; abominationū in ecclesia. At si illa ita rigide coercetur, quo tandem putamus rigore sunt coercendi, qui non Turcis, sed dæmonibus offerunt, non quæcunq;, sed nostra propria arma, id est, uerbum dei, dum illud suis somnijs, contaminant, & (ut Isa. solet loqui) conflant in Idolū per spiritum suum, ut sit non instrumentū, quo trahatur anima, sed seducatur in fallas opiniones. At hoc uitium passim ita licet, ut uicioſissimus sit, qui non uirtutem & meritum meritorū existimet a quoctūq; factū fuerit. Sic & beatus Hieronymus queritur, scriptura omnibus patere, non ad descendū, sed ad lacerandum. Deinde, si qui euntes Romani impediunt, adeo peccant, quid illi, qui euntes in cœlum impediunt, non solum pestilentia-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M. 62.

bus doctrinis, sed etiam corruptissimis moribus. Et illi, qui non literas Apostolicas, sed diuinias uiolant, quo ibunt clauem scientiae tulerunt, ipsi non intrant, & introeuntes prohibent. An ista portenta sunt forte maiora & peiora, quam ut in die Cœnæ legantur & reseruentur? Sed legantur solum in cœlo, & nunquam remittantur. Benedictione itaque digni, qui inituntur purgare scripturas sanctas, & elucidare ex tenebris opinionum & humarum rationum, quibus prope facti sumus Pelagiani sensu, & Donatistæ opere, Sed hæc alias.

C O N C L V S I O LXXIII.

Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudem negotiue = niarum quacunq; arte machinantur!

UTERVM dico sicut prius (quicquid sit de intentione perso = nali Summi Pontificis) potestati Clavium humiliiter cedendū, & fauendū est, nec temere contra nitendum, dei enim potestas est, quæ siue per usum, siue abusum agatur, debet timeri, sicut o = mine aliud opus ex deo, magis autem illa.

C O N C L V S I O LXXIV.

Multo magis fulminare intendit eos, qui per ueniarū prætextū in fraudem sanctæ charitatis & ueritatis machinātur.

QVANTVM CVNQVE ēm potestas honoranda est, non ideo tam ignavi esse debemus, ut abusum eius nō reprobemus, aut non resistamus. Sic enim oēs sancti, potestatem seculi, quā etiam dei uocat Apostolus, sustinuerunt & honorarūt, etiā in medijs pœnis & torturis, quas illa inferebat, sed tamen constanter eius abusum detestabantur. Et nō ideo sustinuerunt, quia illi recte uerentur potestate psequendo, sed reliquerunt illis conscientiā malis facti, & per mortem secum traxerunt testimoniū, & confessionē innocentiae, sicut beatus Petrus ait. Nemo patiat sicut fur &c. Ita si Ecclesia vel Pontifex aliquē priuauerit cōmu = nione fidelium, sine causa, debet id sustinere, & potestatem non damnare, sed non debet ita timere, ut approbet quasi benefactū sit, sed potius mori in excommunicacione, nō est enim excommunicatus, nisi errante clane, cuius errorem si approbet petens absolvi, iam peius errat, clauem honoret & ferat, errorem nō prober.

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

Qigitur sustinandi sunt, qui ita uenias prædicat, ut eas gratias dei uideri uelint, hoc est enim cōtra ueritatem & charitatē, quæ sola talis gracia est. Multoq; melius erat, nullas esse nspīā indulgentias, q; tales opiniones in uulgū seminari, quia sine indulgentijs possimus esse Christiani, sed talibus opinionibus nō possumus esse, nisi hæretici. Certum est aut, quod summus pontifex uel credit uel debet uelle, esse in populo, primū mutuā charitatem, & misericordiā, aliaq; præcepta dei in illo florere, ac sic do- nat indulgentias. Nunc uero fallitur, quia charitas & misericor- dia & fides, prope extincta est, nedū refrigeruit apud nos. Hoc em si sciret, omisſis uenijis, id ageret, ut populus primū ad mutuam charitatem tediret. Ita testor ego dominū Iesum, quod populus magna ex parte (alij putant ex omni parte) ignorat, quod opera charitatis meliora sunt quam ueniae, credit potius sese nil melius agere posse, q; uenias redimere. Et huius hæretice & pestilentis opinionis, nullū habet correptorem, aut fidelem magistrū, sed potius per pomposas istas buccinas, instantissimos authores.

C O N C L V S I O LXXV.

COpinari, uenias papales tantas esse, ut soluere possint ho- minem, etiam si quis per impossibile dei genitricem uiolas- set, est insanire.

CO A C T V S sum insanios uocare, qui talia opinantur, ac uenia nobis a diua Virgine est petenda, quod talia dicere & co- gitare cogimur, nec patuit uia, qua hanc necessitate uitaremus. Nescio quo diabolo operate factum sit, ut populus istum rumo- rem ubiq; spargeret, siue id uere ita dictū est, siue ita intellectum a populo. Ego quidem & si cōstanter afferetur a multis, & ma- gni nominis hominibus, ita esse prædicatum in multis locis, po- tius tamen mirabar, q; credebā, sed auditu suis se falsos existimebam. Ideo nolui in hac conclusione ullum concionatorem taxare, sed uulgam monere, qui talia opinari coepit, que forte nul- lus dixisset, siue enim illi dixerunt, siue non, mei nō refert, donec certior siam. Opinio tamen illa pessima undecūq; orta fuerit, de- testanda & dananda. Veruntamen non mirū fuerit, tale quid a populo suisse intellectū, quando audit, magna & horrenda pe- cata, quodāmodo leuissima existimari, propter magnitudinē

gratiarū. Vera & euangelica prædictio est, peccata quoad fieri potest magnificare, ut homo ad timorem & legitimā poenitentiā ueniat. Deniq; quid prodest ppter nullissimā poenitutum remissionē, tot auxesibus tonare, ad extollendas uenias, & propter sahuberrimā crucis sapientiā uix mutire? immo quō id non noceat simplici uulgo, qui tantū solet aestimare terbi, quanto fuerit gestu & apparatu prædicatū? At euangeliū nullo, ueniae omni apparatu proferuntur, scilicet ut uulgas euangeliū nihil, uenias omnia credat esse. Mirum tamen est, cū audient clamare, homocidia, Iatrocinia, libidinem generis omnis, blasphemias in Virginem Mariam & deum, facilia, ut his uenijs remittantur, cur non etiā illa leuiora remitti clament, quæ in Bulla coenæ referruntur? Pontifex non remittit, uide ergo forte ne & illa nō remittat aut saltem nō tam facile remittat, quæ multo sunt illis grauiora.

C O N C L V S I O LXXVI.

Dicimus contra, quod ueniae papales, nec minimum uenialium peccatorum tollere possint, quo ad culpam.

HA NC Meosin, nō posuisse, nisi uoluissem præcedentis condū. opinione m̄ detestabilem facere. Patet autem, quod nulla culpa remittitur, nisi a solo deo. Ideo nec illa magna per facultates remittantur, sed declarantur remitti, & eorū pœna remittitur. Hæc dico secundū illorum sententia. Mea autem patuit superius satis. Neque hic morandum fuisset in ueniali peccato, quod ita uilescit hodie, ac si in nullum pene sit, & timeo magna multorum perditione, qui secure stertunt in peccatis, ubi non uiderint se se criminā committere. Ego id fateor, donec legi scholasticos doctores, nunq; intellexi, quid & quantum esset ueniale peccatum, an ipsi intelligent, nescio. Id breuiter dico, qui non assidue factimet & agit, ac si mortalibus peccatis plenus esset, uix unq; saluabitur, quia dicit scriptura, Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, nam non solum uenialis, quæ nunc passim uocant, sed etiam bona opera, non possunt iudicium dei iustinere sed egent ignoscente misericordia. Quia non ait, Non intres in iudicium cum hoste tuo, sed cum seruo & puerō tuo, qui seruit tibi. Iste ergo timor doceret misericordiam dei suspirare, & in eam confidere, ubi ille deest, incipimus cōfidere in conscientiam

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN
nostram, magis q̄ in misericordia dei, dum nihil criminis no-
bis conscientius fecisse, & n̄ in horrendum cadent iudicium.

C O N C L V S I O LXXVII.

Quod dicit, nec si S. Petrus modo papa esset, maiores gra-
tias donari posset, est blasphemia in sanctū Petrum & papā.

C O N C L V S I O LXXVIII.

Dicimus contra, quod etiam iste, & quilibet papa habet
maiores, scilicet euangelium, virtutes, gratias curationum
&c, ut primo Corinth, duodecimo.

Q V I A in potestate & obedientiis papæ sunt omnes, qui ista
habent in ecclesia, q̄s potest mittere quo uoleat, etiam si ipse per-
sonaliter non haberet, ut non dicam, qd bulla coenæ, adhuc nō
est remissa cū suis casibus. Adhuc maior esset gratia summi pon-
tificis, si has omnes facultates, gratis donaret omnibus Christia-
nis, qui eis egerent. Deinde si sublatis canonibus onerosis, liber-
tate populi Christiani restitueret, & tyrannides officiorū, ac Si-
monū exploderet. Sed hæc nō sunt forte in potestate eius, inua-
luit em inimicus, & princeps prouinciarū facta est sub tributo,
dextera dñi faciet hanc uirtutem, si id digni fuerimus impetrare.

C O N C L V S I O LXXIX.

Dicere crucem armis papalibus insigniter erectam, cru-
ci Christi æquivalere, blasphemia est.

Q V A fronte sint hi hoīes, quis non uiderit: quid nō audient
qui talia audent: His credendæ sunt animæ, Christi sanguine re-
demptæ: Christi crux uiuiscat totū mundū occiso peccato. crux
illa armata largit quasdam poenas remitti, & sic sunt æqualia, po-
ena æterna & temporalis. Sed quid psequear portenta oīa, q ex tali
sermone sequuntur, quæ nec cœlū possit sustinere, ut proferantur?

C O N C L V S I O LXXX.

Rationem reddent episcopi, curati & theologi, qui tales
sermones in populum licere sinunt.

AT timet potestas ecclesie, deniq̄ errores & offensiones ho-
die factas in sedem Romam, vindicant gemino gladio, sed nū-

quid ideo facendū. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam aut non possunt occidere, qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Verū id ego uehementer admiror, quisnam illam glossam inuenierit pri-
mus, quod duo gladiū significant, unū spiritualem (non ut Apo-
stolus uocat, scilicet, gladiū spiritus, uerbū dei) aliū materiale, ut
sic pontificem utraq potestate armatū, nobis nō patrem amabi-
lem, sed quasi tyranū formidabilem faciat, dum nihil nisi pote-
statē undiq in eo uidemus. Et ists est fidelissima glossa, sup pa-
trum decreta, in quibus tam rigide prohibent̄ clericis arma. Hic
uide, num deus iratus, uideñs quod pro gladio spiritus & euau-
gelio, dileximus intelligere fertū, iustissime nobis fecit, ut darer
gladiū, quem uolumus, & auferret quem uolumus. Ita ut nusq
in mundo fuerit crudelior strages bellorū, q̄ apud Christianos.
Rursum uix neglectior sacra scriptura, q̄ apud Christianos. En-
tibi gladiū, quē uoluisti. O glossa uel Tartaro digna. Adhuc tñ
sumus saxeī, ut iram dei nō intelligamus. Cur quælo illud ama-
bilissimū ingeniū, non etiā duas claves, pari uidelicet subtilitate
interpretat̄, ut una sit diuitiarū mundi largitrix, altera uero diui-
tiarū cœli, & quidē de altera fatis plana est sententia, quia secun-
dum concionatores ueniarū, ipsa cœlum assidue aperit, & exu-
dat diuitias Christi, sed altera non potuit sic intelligere, sciens uo-
raginē rapacissimā diuitiarū in ecclesia. Non enim expedit eccl-
esiæ & patrimonio Christi, ut tanta liberalitate diuitias mundi,
quanta profundit diuitias cœli. ideo altera clavis, est clavis scien-
tiæ, cui si adderet̄ alter gladius, id est, gladius scientiæ apostolice
diceret. In ijs oībus nondū est auersus furor domini, adhuc ma-
nus eius extenta, scilicet, quia res est mire molesta, sacras literas
meditari, quibus instructi (secundū Apostolum) destrueremus
munitiōes, & omnem altitudinē extollentem, sed aduersus sci-
entiam dei. Compediū illud laboris nobis placet, ut non hæ-
res, aut errores destruamus, sed hæreticos & errantes concreme-
mus, ducti, scilicet meliore consilio Catonis, q̄ Scipionis in Car-
thaginē uastanda, immo contra uoluntatem spiritus, cui scribit̄
ideo relinquī in terra promissionis Iebusæos & Cananæos, ut si
in Israel discerent bellare, & habere consuetudinē bellâdi. Quod
si S. Hieronymus noū decipit me, puto de bellis hæreticorum

Gladii
duo qd.

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN

prefiguratū, uel certe apostolus sit dignus fide, ubi dicit, oportet
hæretes esse, at nos, nequaquam, sed oportet cōburi hæreticos, ac sic
radice cum fructibus, imo zizania cum tritico euellere. Quid hic
dicimus, nisi quod cum lachrymis domino dicimus, Iustus es
domine, & rectum iudicium tuum: quid em̄ aliud meremur? Atq;
hæc ideo quoq; cōmemoro, ne Pighardi nostri uicini, hæretici,
infœlix populus, q; sc̄tore Romano gaudet, sicut Pharisæus sus-
per publicanū, non aut compatitur, ne iniquā, illi nos crederent
nescire uitia, & labes nostras, & immensum aduersus nostrā mi-
seriā supbirent, si nos ista tacere & approbare uideremur. Scim⁹
heu nostrū casum, & dolemus, non aut sicut hæretici fugimus,
& semiuiū transimus, tanq; alienis peccatis pollui timeremus.
Quo furioso timore illi sicut ment, ut non pudeant glorianti, se se
ideo fugere ne polluantur. Tanta est charitas. Nos uero quo mi-
serius laborat ecclesia, eo fidelius assistimus & accurrimus, flen-
do, orando, monendo, obsecrando. Sic enim charitas iubet, al-
terū alterius onera portare, nō sicut hæreticorum charitas facit,
quę solum cōmoda querit alterius, ut potius portetur, & nihil
molesti sustineat a peccatis aliorum. Quo modo, si Christus uo-
luisset facere & sancti eius, quis fuisset saluus factus?

C O N C L V S I O LXXXI.

CFacit hæc licentiosa ueniarū prædicatio, ut nec reueren-
tiam Pape, facile sit etiam doctis uiris redimere a calumnijs
aut certe argutis quæstionibus laicorum.

CET si amici mei, me hæreticum, impium, blasphemum, iam
multis diebus clamant, quod ecclesiam Christi, & scripturas san-
ctas, non teneam catholico sensu. Ego tamen fretus conscientia
mea, credo eos falli, me uero diligere ecclesiam Christi, & deco-
rem eius. Qui aut me iudicat, dominus est, licet nihil mihi con-
scius sim. Et ideo istas positiones omnes, coegit me ponere, quod
uiderem alios falsis opinionibus infici, alios per tabernas ridere
& sanctum sacerdotiū ecclesiæ, manifesto iudicio habere, occa-
sioē tam effusæ licetia prædicandarū ueniarū, Non erat vulgus
laicorum, ampliore occasioē, in odio sacerdotum excitandum:
quod iam a multis annis propter auaritiā & pessimos mores,
nobis offendit (heu solo timore pœnæ) honorat sacerdotium,

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

65.

C O N C L V S I O LXXXII.

Cur papa non euacuat purgatoriū , propter sanctissimam charitatem , & suminā animarū necessitatē , ut causam omnī iustissimā , si infinitas animas redimit propter pecuniam fūnestissimam , ad structuram basilicæ , ut causam leuissimam .

THAN C quæstionem non papa , sed quæstores excitant , quia ut supra dixi , nusq; legitur summi pontificis super hac re ullū decretum , ideo respondeant illi ad eam , qui suscitauerunt . Ego ad omnes istas quæstiones uno uerbo responderim , quantum pro pontificū honore fieri potest , uidelicet , qd nemo eos informat rei ueritatē , & frequenter fit , ut male narratibus , male cōcedant .

C O N C L V S I O LXXXIII.

Cur permanent exequiae & anniuersaria defunctorum , & non reddit , aut recipi permittit beneficia , pro illis instituta , cum sit iam iniuria pro redemptis orare .

MVLT O S scio ista quæstione fatigatos mecū , & multis evasionibus frustra a nobis laboratū , diximus eriam , si euolarent animæ , tum officia instituta pro illis , iā in laudē dei cederent , sic ut sit , dū pueri & infantes deceidunt . Alius aliter , sed nullus fecit satis . Tandē cœpi disputare , & negare illorū sermones esse ueros : ut uel sic elicerē tandem a doctioribus , qd hic respondendū foret .

C O N C L V S I O LXXXIII.

Curæ illa noua pietas dei & Papæ , quod impio & inimico , propter pecuniam cōcedunt , animam piam & amicam dei redimere , & tamen propter necessitatē ipsiusmet pīac ac dilectæ animæ , non redimunt eam gratuita charitate .

C O N C L V S I O LXXXV.

Cur canones pœnitentiales re ipsa & non usu , iam diu in semet mortui , & abrogati , adhuc tamen pecunijs redimuntur , per concessionem indulgentiarum , tanq; uiuacissimi .

C O N C L V S I O LXXXVI.

Cur Papa , cuius hodie sunt opes opulentissimis Crassis crassiores , non de suis pecunijs magis , quam pauperum fi-

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN

delium, struit unam tantum Basilicam sancti Petri.

CAD hanc quidem & similes ego dico, non est nostrū iudice uoluntatem Papæ, sed tantummodo ferre, etiā si quando fuerit iniquissima, ut supra dixi. **V**erum monendus tamen est, & præcones ueriarum, ut nō detur tam manifesta occasio populis loquendi, sicut olim Heli sacerdos fecit, ut propter filios suos, homines detraherent sacrificio domini. **S**i tamen mens Papæ undique fuit, ecclesiam sancti Petri, tot pecunij corrasis ædificari, & non potius eorum, qui facilitate eius, in suum lucrum abutuntur. Non est necesse literis tradere, quid passim de structura illa fabulentur: det dominus ut mentiar, nō diu poterit ista exactio prospera esse.

CONCLUSIO LXXXVII.

Quid remittit aut participat papa ihs, qui p cōtritionem perfectam, ius habent plenariae remissionis, & participationis? **C**HAE C inde uenit, quod multi etiam iuristē nescire se dicant quid sit remissio culpæ p daves, de qua supra meū sensum dixi.

CONCLUSIO LXXXVIII.

Quid adderetur ecclesiæ boni maioris, si Papa sicut semel facit, ita centies in die cuiusbet fidelium, has remissiones & participationes tribueret.

CHIC mire mira, alij cōmunem thesaurū fingunt, qui p indulgentias augeat. Et ideo si homo septies in die remissione plena remittit, ut in urbe potest fieri, tanto plura bona consequentur. Hi sibi p̄s contrarij sunt, quod indulgentiae sunt expensiōes thesauri secundū eos, ergo nō collectiones. Alij iuxta diuisionē cōtinui in infinitū, remitti putant peccata, sicut diuidit in semp̄ diuisibilia lignū, ita remittunt peccata, semper remissibilia ultius, licet semper minora fiant. Ego fateor me nescire quid dicā.

CONCLUSIO LXXXIX.

Ex quo Papa salutem querit animarum per uenias, magis quam pecunias, cur suspendit literas & uenias iam olim concessas, cum sint æque efficaces.

CHAE C maxime oīm urit & displaceat, & fateor magna cum specie, illa enim suspensio, unica est causa, qđ uilescunt indulgen-

DVLGENTIARVM AD LEONEM X. P. M.

65.

ciae. Ita ego nō possum negare quidē, quod omnia ferenda sunt quae pontifex facit, sed doleo, quod nō possum optima esse probare, quanq̄ si de mente p̄tificis, sine intermedijs operarijs incedum, dicendū esset, optima de illa pr̄sumenda dicerem, breuitate & cū fiducia loquendo. Ecclesia indiget reformatione, qđ non est unius hominis pontificis, nec multorū cardinaliū officiū, sicut probauit utrūq; nouissimū conciliū, sed totius orbis, immo solius dei. Tempus aut huius reformationis, nouit solus ille, qui condidit tempora. Interim uitia tā manifesta, negare nō possumus, claves sunt in abusu & seruitute avaritiae & ambitiosis, & gurges accepit impetū, non est nostrū remorari eū. Iniquitates nostræ respondent nobis, & onus est unicuiq; sermo suus.

C O N C L V S I O X C .

Hæc scrupulosissima argumenta laicorum, sola potestate compescere, nec reddita ratione diluere, est ecclesiā & papā hostibus riddēdos exponere, & infelices Christianos facere

SI enim ex malo fit peius, dum terrore cōpescuntur, quanto rectius doceremur, hanc iram dei intelligere, & pro ecclesia orare, & talia tolerare in spe futurę reformationis, qđ tam manifesta uitia uolumus cogere, uirtutes uideri, peius irritemus, si quidem nisi nos meteremur uexari, deus non permitteret solos homines in ecclesia dominari, daret nobis pastores secundum cor suum, qui nobis pro uenījs darent tritici mensuram in tempore suo. Nunc autem etiā si sint boni pastores, tamen non possunt ad officium suum uenire, tanta est ita furoris domini.

C O N C L V S I O X C I .

Si ergo ueniā secundum sp̄itum & mentem Papæ pr̄dicarentur, facile illa omnia soluerentur, immo nulla essent.

Quomodo scilicet, si, ut sunt, solum remissionses poenarum, non meritoriae, ac infra bona opera habendæ, non fuisset ullus unquam commq;us, aliquid de ijs dubitare, non propter sui ni miam magnificationem, fuscitant quæstiones insolubiles, in ea rum propriam uilificationem. Mens enim pontificis nō potest esse alia, quam quod indulgentiæ sunt indulgentiæ.

C O N C L V S I O X C I I L .

M. L. RESOLV. DE VIRTUTE INDVLGEN.

Valeant itaq; omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi, pax pax, & non est pax.

CONCLVSIO XCIII.

Bene agant omes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi, crux crux, & non est crux.

CONCLVSIO XCIV.

Exhortandi sunt Christiani, ut caput suum Christum per poenas, mortes, infernos & sequi studeant.

CONCLVSIO XCV.

Ac sic magis, per multas tribulationes intrare cœlum, q; per securitatem pacis, confidant.

CSA TIS supra de cruce & poenis dictū est, hodie rarus sermo

CAD CANDIDVM LECTOREM
ET ERVDITVM.

Non tibi hæc ædita existimes erudite & candide lector,
quanquam quid opus hoc monitorior? quasi timeam Ci-
ceronianæ hæc tibi uisum iri, tu pro genio tuo habes ali-
unde, quod legas. me oportuit, cū mei similibus, nostra , id est,
rudia & barbara tractare. Sic placitū fuit in cœlo. Nec ausus fuī-
sem nomen summi pontificis, his meis bullis, appellere, nisi ui-
dissem amicos meos, illius terrore quam maxime confidere. de
inde, quod summi Pontificis peculiare sit officium, ut debitore
agat, sapientibus & insipientibus, Græcis & Barbaris. **Vale.**

DECLARATIONVM DISPV TATIONIS
de uirtute indulgentiarum reuerendi patris,
ac S. theologiæ doctoris Martini
Lutherij ad Leonem X.
Pontificē maximū.
Finis.

BEATISSIMO PA-

TRI LEONI X. PONT. MAX. FRATER

Syluester Prierias ordinis Prædicatorum, sacri-
que Palati⁹ magister, æternam Salutem.

6A.



Esco pater beatissime: an illo sim tpe letio: q̄c cū tne
beatitudinis cōtemplatione: z gratia aliquid efficio.
Nuo actum putari: vt cōmentarijs in peimū secūdi
conflati ex diuo Thoma immersus potius q̄ implie-
tus cum edendis: tum exomādis z consumandis: nō
potuerim tāta voluptate detineri: quin reiectis: ac po-
stergatis studijs z contemplationibus pprijs: illaarti-
no nescio cui Luther: qui in veritate ipsam: z sanctā hanc sedē cernice ele-
vata ostentat: me scutū opponere pro sedis huius: p: oqz veritatis honore
ac maiestate pugnatur. Deniqz tridui labore in opus istud absūpti:
tāta letitia z animi iucūditate: vt amo: ipse mihi sensim veritatē inferret:
illaqz iugiter ac celerrime anto illabref. O ro vero beatitudo tua pauca
ista que elucubravi: in tantis: z tā infestis laboribus: item z curis: percur-
rere nō dedignet: z sua beniuola censura: inepta dicta: aut elimare: aut
eliminare. Ita eīm siet: ut tanta sim post hac fiducia: ac si fida loxica instru-
ctus: vt etiam satanam ipsum in futuro certamine nō extimescam: imo
auidus experiri cupiat: an ferreum nasum: aut caput genē gerat iste **M**ar-
tinus: vt effringi non possit. Ubi vero o sua fundamenta in lucem extule-
rit: sua probaturus: aut improbaturus nostr⁹: quiddam (volēte deo) mo-
liar: z malus: z accurati⁹ expolitum. Eternū vale benignissime pastor.

Cscararum literarum professori, Martino Luther, frater Syl-
uester de Prio ordinis prædicatorum spiritum humilitas
tis & ueritatis.

Et si longa mora intercedente **M**artine mi: literarias manus con-
ferre desiderim: eo vel maxime q̄ tarda senecta iam frigēat effigē ui-
res: tuis tamen uerbis excitosis: ac pene impulsus: quibus vndiqz a/
thletas quasi alter **D**ares in certamina vocas: desuetas palestris
pro sancta apostolica Sede: item pro ueritate tuenda denuo aggredi sta-
tui. Quoniam in vero codicis abs te (vt fertur) editi: fundamenta cernere
non datur: nec tu conclusionibus tuis probationē villam attulisti: earum/
qz complures sensus cū veros: tum etiam falsos p̄ se ferant: nō aliter in/
p̄lmis tecum congregati velim: q̄ tuarum fallarū positionū opposita sub-
linendo: z defensando: vt quibus innitarie fundamentis edocess. Quas/
pergo tuas sententias percurrens: ac frutimans: dialogo nobis ipsis qui

L

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

terta creaturi sumus inter locutoribus (deo maximo optimo invocato) futuro certamini iam principium afferro. Vale et melius sentias.

Responsio magistri Sylvestri de Prierio ordinis praedicatorum sacri Palatii magistri, ad conclusiones magistri Martini Luther.

Tum dogma ad examinum cibaturus Martine mis normas et fundamenta faciam necesse est.

Fundamentum primum est. Ecclesia universalis essentialiter est conuocatio in diuinum cultum omnium credentium in Christum. Ecclesia vero universalis virtualiter est ecclesia Romana: ecclesia autem caput: et pontifex maximus. ecclesia Romana representative est collegium Cardinalium: virtuiter autem est pontifex summus: qui est ecclesie caput: aliter tamen quam Christus.

Fundamentum secundum. Sicut ecclesia universalis non potest errare determinanda de fide: aut moribus: ita et verum concilium faciens quod in se est (ut intelligat veritatem) errare non potest: quod intelligo inclusio capite: aut tandem ac finaliter: licet forte prima facie fallatur quousque durat motus inquirende vertiatis: immo etiam aliquando erravit: licet tandem per spiritum sanctum intellexerit veritatem: et similiter nec ecclesia Romana: nec pontifex summus determinans ea ratione: qua pontifex: id est: ex officio suo pronuncians et faciens quod in se est: ut intelligat veritatem.

Fundamentum tertium. Nisi quis non immittitur doctrina Romanae ecclesie: ac Romani pontificis: tanquam regule fidei ineffabilis: a qua etiam sacra scriptura robur trahit et authoritatem: hereticus est.

Fundamentum quartum. Ecclesia Romana sicut verbo: ita et facto potest circa fidem: et mores aliquid decernere: nec in hoc differentia nulla est praeter id quod verba sunt accommodationa quam facta: unde hac ratione consuetudo vim legis obtinet: quia voluntas principis factus promissive: aut effectu exprimit: et consequenter quemadmodum hereticus est in male sentiens circa scripturam veritatem: ita et male sentiens circa doctrinam et facta ecclesie in spectantibus ad fidem et mores: hereticus est. Lorelarius. Qui circa indulgentias dicit ecclesiam Romanam non posse facere id: quod de facto facit hereticus est. Age nunc Martine: et tuas conclusiones in mediu[m] afferas.

Sonctu[m]o p[re]mio. **C**onclu- **M**ar. Dominus et magister noster Iesus Christus dicens poenitentiam agite, omnem uitam fidelium poenitentiam

S. esse uoluit. **Q**uod uerbum de poenitentia sacramentali, id est confessionis, et satisfactionis, quae sacerdotum ministerio celebratur, non potest intelligi. Non tamen solam intendit interiorum, immo interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes.

G. **S**yllohis uerbis tres conclusiones Martine comprehendio: et uerbaliter

"mfolli
beli

AD MARTINUM LUTHER. 68.

Non falso quatuor falsitates. **I**nima falsitas est: qd saluatoris impossibile in se/rit scz fideles omni tempore habere acutum penitentie interioris vel exterioris: cum enim dicit agere: non loquitur de habituali interiori penitentia: que sola perpetua est: et sequenter loquitur de actuali interiori vel exteriori: a gere enim: vel actus: vel non sine actu est. **S**ecunda. Verbi Christi dicentes: pma agere non potest intelligi de sacramentali pma. Tripliciter enim pma dici posuit. **I**nimo scz et test virtus quedam: cuius obiectum est: peccatum sub ratione emendabilis: actus vero eius est dolor: voluntatis de peccato: ipsa vero est habitus moralis eliciens: actum dicit respectu predicti obiecti. **S**ecundo vero penitentia est sacramentum: cuius partes sunt contritus: confessio: et satisfactione. **T**ertio accipit vulgariter pro satisfactione iniuncta a sacerdote: et omni carnis mortificatione. De qualibet autem harum triu. dico predictum verbi Christi non solum posse: verum et debere intelligi: cu ipse sufficienter mandat de bono opere efficiendo. **T**ertia falsitas est ad hoc item. i. ad te: qd scilicet Christus non intendit loqui solum de interiori penitentia: hoc enim in te quidem verum est: sed tibi qui vis Christum his verbis indicere penitentiam in omni vita: de exteriori non potest intelligi: quam oportet intercidere somno et gaudio: gaudendo cum gaudientibus: et huiusmodi. **U**nde tibi solum de interiori potest intelligi: non omni: sed habituali: quia etiam interiori actu liberi ar. dormientes necessario intercidimus. **Q**uarta vero falsitas est: qd interior penitentia nulla est: nisi sors operet varias carnis mortificationes: qm dico qd exterior: sine interior: nulla est: interior aut sola potest hominem salvare. **P**otest tamen hoc tuum dictum verum: et a saluatore intentum habere sensum: scz qd omni interior penitentia operatur varias carnis mortificationes exterioris: id est: pro loco: et tempore: id est: quando: ubi: et quomodo oportet: sed hic sensus tibi videbis impossibilis.

M. **Q**uartus. Manet itaque pena donec manet odium sui (id est pœnitentia uera intus) scilicet usque ad introitum regni celorum.

Six. **S**i per penitentiam mortificationem Martine intelligis. quod inde conicxitur: qd penam contra odium sui: et interiori penitentia dividis intelligi non potest: nisi ut dictum est: id est: pro loco et tempore: alter hec doctrina falsa: impossibilis: et erronea est. **P**reterea improprie dictum est odium sui quantum ad vere penitentes attinet: nullus enim imbutus gratia diuina odit se: sicut nec proximum: quem ad instar sui diligit.

Sextus. **M**apa non uult, nec potest ullas penas remittere praeter eas, quas arbitrio uel suo, uel canonum imposuit.

Seventus. **S**upposito qd ecclesia per indulgentiarum viam concedat liberacionem unius animi: vel plurium a purgatorio: qd sacre nequit: nisi relando penam inflictam a deo: supposito eius qd ecclesia faciat indulgentias plenarias simpliciter: relaxando vice otium penam nulla habita mentione de iniuncta: ita qd tal indulgentia rite assoluta: alia statim e corpe soluta euolaret iuxta sanctorum interpretationem: dico Martine: qd male sentis de facto eccliesie circa fidem: aut mores: qd posito casu possibili: qd peccator teneat ad

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

penā iniunctam a sacerdote . item ad iniunctā a canone : & vtlerius ista
nō sufficier expurgantibus: tertio tenetur ad pgnā iniungendā a deo
tali casu (secundum te) rite assequens indulgentiā plenariā:decedens sta-
tum non euolaret & si daretur ei indulgentiā liberationis a purgatorio si
hi esset non liberaretur : & ita circa factum ecclesiē male sentis: & a san-
ctis dissentis : & ideo meo iudicio ista conclusio est heretica. Unde & san-
ctus Tho.in quarto distin.xx.dicit q̄ ista opinio: scilicet q̄ indulgentiē va-
leant solum ad remissionē penitēcū iniunctā a sacerdote: vel canone: est con-
tra priuilegiū datum Petri.vi quod in terra remitteret: etiam in celo re-
mitteretur: & præterea secundū istam opinionem inquit diuīs Thomas:
ecclesia huiusmodi indulgentias faciens : magis damnificaret homines
q̄ iuuaret: quia absoluendo a penitentiis iniunctis remitteret ad graui-
ores: id est: purgatorias: hęc sanctus Thomas. cum tamen indulgentia nō
est plenaria: nec sit secundum aliquam partem quotam reatus: puta re-
mittendo tertiam partem penarum: nec cōcediūr liberatio alicuius ani-
mę a purgatorio: aliquem colorem habere posset ista positio : quantum
ad id: quod dicit q̄ papa non vult: quia communiter dicit: de iniunctis pe-
nitentiis relaxamus: sed quia subditur: nec potest: quo ad hoc positio he-
retica est: auferens aut truncans priuilegium Christi ad ecclesiam.

6. **M**ar. Papa nō potest remittere ullā culpā, nisi declarando
& approbando remissam a deo, aut certe remittendo casus
sibi reseruatos, quibus contemptis culpa prorsus remaneret.

Syl. Et si cōclusio ista q̄ quo mō habeat apparentiā in his: qui claudię
ecclesiē se cōtriti subiiciunt: & psequenter iustificati a culpa: in alfritis tñ qui
virtute claviū (iuxta sanctoz interpretationē) fiunt otriti: nō papa mō: ve-
rū sacerdos quisq̄ peccata dimittit dispositiue & ministerialiter. i. appli-
cādo claves & sacramenta istis nō aut ea remittit authoritatue: sed hoc
excellentioris est potestatis. Tnde hanc cōclusionē dico falsam : & gratia
disputandi substineo q̄ sit heretica: esto heretici non sint eius posidores.

A: **M**ar. Nulli prorsus remittit deus culpam, quin simul eum
subiiciat humiliatum in omnibus sacerdoti suo vicario.

Syl. Ieposus (spiritualiter) Martine es: gestas enim cutem variam.
& maculolam veris salisq̄ coloribus: dum multis falsis pauca vera cō-
mischis: verumq; reddit dictū illud Bede. q̄ nulla tam falsa doctrina sit:
que aliqua vera non intermisceat.

8. **M**ar. Canones poenitentiales solum uiuentibus sunt im-
positi, nihilq; morituris secundum eosdem debet imponi.

Syl. Dico ad hoc dictum ut ad præcedens proxime.

9. **M**ar. Inde nobis bene facit spiritus sanctus in Papa, excipi-
endo in suis decretis semper articulū mortis & necessitatis.

Syl. Ecce quidem loqueris: sed que dicas, nihil proposito attinent: cu-

non excipiatur pontifex articulatum mortis: quo ad impositionem penitentie: sed quo ad reservationem absolutionis.

10. **M**ar. Indocte & male faciunt sacerdotes hi, qui morituris poenitentias canonicas in purgatorium reseruant.

Syl. Recte doces: sed tñ qđ in alijs culpas: admittis: cū enim doces qđ pontifex solū illas penas donat: que arbitrio suo vel canonū sunt iniuncte teste B. Tho. absolutis ab his: & ad purgatorias gratiores alios addicis.

11. **M**ar. Zizania illa de mutanda poena canonica in poena purgatoriam, uidentur certe dormientibus episcopis seminata.

Syl dico ut proxime.

12. **M**ar. Olim poenae Canonicae non post, sed ante absolutio- nem imponebantur, tanqđ tentamenta ueræ contritionis.

Syl. Nunc quoq; nostra fēpestate qđ penas sunt arbitrarie idē in omne penitentia seruandū dico qđ Cle. dudū de sep. vbi & Jo. An. nisi forte nullū sit dubium quin penitentia iniungendā sit acceptaturus & expleturus.

13. **M**ar. Morituri per mortem omnia soluunt, & legibus ca- nonū morituri iam sunt, habentes iure earū relaxationem.

Syl. Ó astruis verū est: vbi pena ex canone tantū debet: quod si eam qua imponit canon etiā diuina iustitia exigat: purgatoriū neges: necesse ē.

14. **M**ar. Imperfecta sanitas, seu charitas morituri necessario secum fert magnum timorem, tanto maiorem, quanto mis- nor fuerit ipsa, qui timor horror satis est se solo (ut alia face- am) facere poenam purgatoriū, cum sit proximus despera- tionis horror.

Syl. His dictis Martine duas conclusiones: & tres falsitates comprehendens: & quidem temere. Temeritas em̄ est in his: ad que nobis natura lles ratio non sufficit: velle aliquid nostra auctoritate definire p̄terea a posteriori cōtra ea qđ in doctrina fidei sunt: vel sanctorū qui eodem spiritu scrip- pturas interpretati sunt: quo editi suere. in his p̄cipue: que fidei & mo- rū sunt in quibus cōcorditer docuerū: mo non solū temerariū: sed erroneū est: ne dicam hereticū: vt ex quarto fundamento liquet. Prima aut falsitas est qđ aperte innuit: qđ hi qui in purgatorio cōtinentur nesciant se sal- viando: quod aperius etiā innuit infra cōclusione tua. ix. Ego vero cū dico Tho. cuius doctrina quantū ad fidem: & mores attinet: per regulā fidei ecclesiam Romana: & discussa: & probata est: dico qđ qui purgant sciunt se liberandos: alioquin a nobis suffragia non expeterent: qđ cre- bro faciunt ut liquet ex libro dialo. Gregorij. Secunda vero falsitas est qđ qui purgantur timeant: p̄ter qđ filialiter: que em̄ iam sustinent in plenti non timent: quia timor de futuro est malo: alia aut mala p̄ter ea: que si

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

bi inter purgandū h̄erent non timent: cum sciant se ab his malis ad gloriam transiit roa: vt dictum est. Tertia falsitas est q̄ hic timor se solo satias sit facere penam purgatoriam quod utiq̄ falsum affirmo: quia nec facere potest cū non sit nec e solo: alioquin impius esset deus: quippe qui p̄ter istam sufficientem (vt astruis) penam: alias apponat: puta assistentie demonum: ligationis ad certū locum: dilationis optate glorie: et eiusmodi.

16. **M**ar. Videntur infernus, purgatoriū, & cœlum differre, sicut desperatio, prope desperatio & securitas differunt.

Syl. Hoc videtur quidem forte tibi: mihi autem cum diuino Thoma videtur q̄ qui purgantur: habent spem certam salutis: et consequenter non sunt desperati: neq̄ quasi: sive prope desperati. Differunt autē p̄dicta sicut pena perpetua cū desperatione euadendi: et voluntate p̄petuo adherendi peccator: quod inferno p̄gruit et sicuti pena temporalis cū spe euadendi: et voluntate adherendi deo perpetuo: qd purgatoriū est: et si cut priuatio omnis penæ: et impletio omnis naturalis appetitus: et gaudij: vt in celo est.

17. **M**ar. Necessarium uidetur animabus in purgatorio, sicut horrorem minui, ita augeri charitatem.

Syl. Uno inconvenienti dato plura cōtingunt: apud Aristo. Unde posito tertibili timore: qui charitati aduersatur: necessarium tibi fuit Martine modum innenire: quo pelleretur: quod esse non potuit congruentius q̄ per augmentū eius: quod timori repugnat. Ego vero sanctorum vestigia sequens: et nō vocum nouitates: cum diuino Tho. dico: q̄ qui purgatoriū patitur est viator secundum quid: inq̄ a beatitudine retardatur: non aut simpliciter: vnde in charitate non proficit: alioquin bonum esset eis diu esse in purgatorio: ut perfectiores: et consumatores evaderent.

18. **M**ar. Nec probatum uidetur ullis authoritatibus, aut rationibus, quod sint extra statū meritū, aut augendāe charitatis.

Syl. Esto q̄ ista non probentur auctoritate scripture: vel ecclesie: que necessario conuincit (quod ad pr̄sens: nec astruo: nec destruo: cum tibi repente et ex his solum que memo: succurrunt respondeam) est tamen probatum auctoritate sanctorum: que argumentum probabile facit. tu vero eiusmodi tua auctoritate firmans: vide ne presumas.

19. **M**ar. Nec hoc probatum uidetur qd sint de sua beatitudine certe & securitate, saltem omnes, licet nos certissimi sumus,

Syl. Hoc sicut iam dictum est probatum est saltem probabiliter: tum ex auctoritate sanctorum: tum experientia: quia frequenter suffragia pertinet: sicut multipliciter patet per beatum Gregorium in libro dislo.

20. **M**ar. Igitur Papa per remissionem plenariam omnium peccatarum, non simpliciter omnium intelligit, sed a seipso tantummodo impositarum.

AD MARTINUM LUTHER. AO.

Syl. Quid Pontifex intendat: vel non intendat omittens: dico: qd si de posse sit sermo: Papa ex rationabili causa potest remittere oem penam sine impositam sive non impositam: vt diuus Thomas edocet: oppositum autem dicitur cere hereticum est: et contra privilegium datum Petro a domino: vt dictum est.

21 **Mar.** Errant itaque indulgentiarum predicatorum hi, qui dicunt per Papae indulgentias hominem ab omni poena solui, & saluari.

Syl. Hic ut supra proxime: et quod tu Martine vulneratum et cecatum habens oculum: falsitatis trabe pergrandi: alienam festucam templaris.

22 **Mar.** Papa nullam penam remittit animabus in purgatorio: quam in hac uita debuissent secundum canones soluere.

Syl. Negare potestatem non se extendere ad relaxandum penas in purgatorio per viam indulgentie: est male sentire de facto et doctrina ecclesie circa fidem aut mores: ideo hereticum est.

23 **Mar.** Si remissio illa omnium omo penarum dari potest alii cui, certum est eam non nisi paucissimis, id est, perfectissimis dari.

Syl. Quod asseris certum Martine: utique certum est: noui quidem in veritate ut terris: sed in falsitate: datur enim venia non solum perfectissimis: sed etiam imperfectissimis: modo habeat gratiam dei et charitatem per quam sunt veniam capaces: et serueri indulgentie tenore sine isti mali sunt sine paucis: quod soli deo notum est. Si tamen de multiplicitate saluandorum: aut consequentium indulgentiarum ex coeteris et suahis rationibus volumus definire: dico probabiliter: et salua rei sitate: quod sunt valde multi: ad quod arguo ex fundamento Theologico: scilicet quod clares ecclesie de attrito faciunt contritus. Unde ois qui cum attritione confitebuntur: consequitur contritione: et gratia: et consequenter indulgentia et salutem si permanebar. Sunt autem valde multi: qui indulgentiarum tempore confitentur si credunt se mortali peccato detineri et cum attritione: id est: dolore imperfetto: qui nunc est quando homo velle habeat dolorem et gratiam a deo: nunquam de cetero peccandi. Unde dees tales consequuntur gratiam et consequenter indulgentiam: nisi post confessionem: ante veniam acceptionem relabantur. Et si plene non efficiunt quod mandat: consequuntur partem proportionalem veniam: ut docet diuinus Thomas. Et ex eodem fundamento probabiliter teneo: quod et si maior pars Christianorum non vivat in gratia dei: maior tamen pars dei gratiam in morte consequitur: profligando cum attritione: consequenter autem etiam saluatnr si permanebar. Et quod saluator dicit multos esse vocatos: sic intelligendum est dictum: quod fatus mundus est vocatus.

28 **Mar.** Fallit ob id necesse est maiorem partem populi per indifferentem illam, & magnificam penitentiam solute promissionem.

Syl. Non fallit maior pars populi si attriti existent et reliqua obseruantur: eo vel maxime declamatores crebro docet, propter venias: alia pia opera non esse relinquenda: cum nullus pro certo sciatur: se veniam esse existent: item quia eti illi veniam non assequantur: prius tamen opus faciunt quod eos in salute disponit.

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

25. **M**ar. Qualem potestatem habet Papa in purgatorium generaliter, talem habet quilibet Episcopus & curatus in sua dioecesi & parochia specialiter.

Syl. Quantu ad propositum de themate super quo disceptamus: id est quantu ad applicationem satisfactionis vnius ad alterum: est multiplex difference inter Papam in ecclesia tota: & Episcopum in dioecesi: & curatu in parochia. Marum prima est secundum illam opinionem que sentit indulgentias fieri ex thesauro satisfactionis Christi: non autem sanctorum: qui iuxta eam solus Papa posset indulgentias facere: sicut solus dispensat communia toti ecclesie: cuiusmodi est dictus thesaurus. Sed quia istam opinionem falsam existimor: dico quod alia differencia est: quia papa dispensator est thesauri infiniti: cum dispenset satisfactionem Christi: non autem alij: sed merita subditorum suorum duntur. Ex hac autem sequitur alia: quia solus papa facit indulgentiam plenariam cum solus sit certus quod thesaurus per eum dispensabilis sufficiens sit ad penas omnes diluendas. Alia etiam est: quia papa dispensat bona: que alij dispensant: non econtra: unde & aliorum potestatem limitat & restringit: non econtra. Utrum autem curatus indulgentias edere possit: modo non discutio.

26. **M**ar. Opinionem facit Papa, quod non potestate clavis quod nulla habet, sed per modum suffragij dat animabus remissionem.

Syl. Quantu ad indulgentias attinet: Papa habet clavem iurisdictio- nis secundum sanctos: eius in purgatorium applicative: animas tamen a debito seu reatu penarum non absolvit: sed eis tribuit unde pena vel debitum soluant applicans & adjiciens eis satisfactionem Christi vel alterius.

27. **M**ar. Hominem praedicant, qui statim ut iactus nummus in cistam tinnierit, euolare dicunt animam.

Syl. Predicator: anima quod purgatorio detineat astriuens enolre in eo instanti: in quo plene factum est illud: gratia cuius plena venia datur: puta de eius est aureus in pelvam: non hominem: sed meritis & catholicam veritatem predicator: uero oppositus dogmatizans: si pertinaciter addideris: vide intra predicta quid inde merearis: factum & doctrinam sancte Ro. ecclesie reprehendens. Nec plus est reprehensibilis declarator: sic docens: quod coctis fastidienti stomacho substantiale cibos accidentibus saporiibus exacuens.

28. **M**ar. Certum est nummo in cista tinniente augeri questum & auraritiam posse, suffragium autem ecclesie est in arbitrio dei solius.

Syl. Certum est enim Martine ista conclusione esse detractorum: et viriponentis os in eglam nec minus certum est: errorem & hereticum est dicere: quod extante rationabili causa Papa non posset prouoluntate plus & minus dare de suffragio vnius alteri: cum deus hoc sibi concesserit.

AD MARTINUM LUTHER.

M.

29. **¶** Mar. Quis scit si omnes animæ in purgatorio uellent redi-
mi, sicut de sancto Seuerino, & Pascali factum narratur.

¶ Syl. Numquid sit de somnijs propter quæ nunque a fana doctrina rece-
dendum est: doctor angelicus in. xxij. dist. iij. querens an pena purgatorijs
sit voluntaria: & multipliciter de pena distinguens sic concludit. Absolu-
tute nulla pena est voluntaria: quia ex hoc est ratio penæ: quod voluntati co-
trariatur: sed conditionate: sine ex: suppositione alicuius finis pena est vo-
luntaria: sicut vult quis pati visionem ut sanetur: & hoc dupliciter con-
tingit. Aliquando enim per penam aliquod bonum acquirimus: ut patet
in visione: & si ipsa voluntas assumit penam: ut in satisfactione patet: que
scilicet in hac vita est meritoria. Aliquando vero per penam nullum bo-
num nobis accrescit: tamen sine pena ad bonum peruenire non possumus
sicut patet de morte naturali: sine qua scilicet non venitur ad regnum: &
tunc voluntas penam non assumit: sed tolerat: & quantum ad hoc volun-
taria dicis: & sic pena inquit purgatorijs est voluntaria: ¶ Et quibus verbis
dñi Thome patet: quod qui in purgatorio sunt illam penam non eligunt: sed
illatam patienter tolerant: & vellent libenter ea carere si possent. Adde quod
anima separata grata deo nullus habet maius desideriumque videndi deu:
cū ad hoc omne suum velle scut ad finem ordinet: licet pro dei volunta-
te patienter toleret: unde cū dei voluntate possit carere pena impedi-
te visionem in hoc maxime letatur: plusque gaudium aliquid in hoc modo
nobis possit obtinere. Dicere autem oppositum: ridiculū & stultum est.

30. **¶** Mar. Nullus securus est de ueritate suæ contritionis, mul-
to minus de consecutione plenariæ remissionis.

¶ Syl. Hoc de viuentibus verū est: animæ vero quæ purgant: certe sunt
se dei gratiā habere: & consequenter se indulgentias afferre: si rite confessa-
tur: maxime plenarias: quibus statim a tormentis ad gaudia deducunt.

31. **¶** Mar. Quam rarus est uere poenitens, tam rarus est uere in-
dulgentias redimens, id est, rarissimus.

¶ Syl. Esto quod recte doceas: tu superflue doceas: cum iam idem supra vir-
tualiter posueris: immo plus quia dixisti nō assequi nisi perfectissimos: qui
rariores sunt quod veri penitentes: cum inter hos quidam sint alio minus p-
fecti. Dico etiam quod vere penitentes tot sunt: quot attriti cōfidentes: cum
omnes tales dei gratiam assequantur: nisi obicem ponant.

32. **¶** Mar. Damnabuntur in eternum cum suis magistris, qui
per literas ueniarum securos se credunt de sua salute.

¶ Syl. Qui per dictas literas sine bonis opibus intos se purat: fatui sunt
qui vero ex spirituali cōmodo eiusmodi literarum concipiunt spem me-
liorū viuenti & morienti: & purgatorias penas citius evadendi: recte sent-
tiunt: & sic docentes recte docent. Time autem tibi magis Martine: ne
vana eruditione inflatus: nunque resipiscas: eterno pereas & damneris.

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

33. **M**ar. Cauendi sunt nimis, qui dicunt uenias illas donum esse dei inestimabile; quo reconciliatur homo deo.
- S**yl. Cauendi sunt magis detrahentes dei vicario: cum iniuste: tamen etiam false & erronee. Qui vero dicunt (ut resers) vere dicunt modo: recomplicatio illa intelligatur improprie: per amotionem reatus: qui animam a dei contemplatione clara secludebat.
34. **M**ar. Gratiae enim illae ueniales tantum respiciunt poenas satisfactionis sacramentalis ab homine constitutas.
- S**yl. Nam liquet ex dictis: quantum falsa & erronea sit ista sententia: et si de posse. Non tamen maximi sermo sit: est etiam heretica: quasi Papa non possit omnem penam per iudicentias abolere.
35. **M**ar. Non Christiana predicant, qui docent quod redempturis animas per confessionalia non sit necessaria contritio.
- S**yl. Nullum esse declamato: reor: qui tam stulte docuerit: qua vero intentione tales positiones in mediu afferas: ipse videris. Si qui tamen docerent: quod non contriti non vane indulgentias prosequuntur: quia prodierunt contritione ex post facto accedente: non male docent apud complures peritos: quia sicut Papa potest constitutionem facere aut insicere ut ex fune ita etiam posset indulgentias largiri: ut ex nuc suo tempore valisuras.
36. **M**ar. Quilibet Christianus uere compunctus habet remissionem plenariam a poena & a culpa, etiam sine literis ueniarum sibi debitam.
- S**yl. Si senties quod omnis cui plena remissio penae debet: eam assequitur non obstante quod veniarum literis careat: esto quod vera doceas: tu nihil dicis: quia deum dare oibus quod eis apud ipsum debent ex congruo: vel condigno dubitamus nullus. Si vero sentis (ut verba tua prae se ferunt) quod sine divisione literis oibus uere contritis debita sit plena remissio penarum: heretum est: et canones omnes penitentiales evacuas: et euerteris: et tertia pars sacramenti penitentie: id est: satisfactionem: et omnia iura loquenter de penitentia salutari imponenda: et purgatorii. Misericordia dicas: quod penam omnem remitti: et penam omnem exoluere idem sit: quod absurdum est.
37. **M**ar. Quilibet uerus Christianus siue uiuus, siue mortuus, habet participationem omnium honorum Christi, & ecclesiae, etiam sine literis ueniarum a deo sibi datam.
- S**yl. In opere bono quo reatus penae deletur: puta ieunio: oratione: et eleemosyna: duo sunt in doctrina sanctorum nostrorum est meritum: quod nullius esse potest nisi operante qui solus pro opere proprio premio donatur alterum est satisfactione: quem aliquid a merito est: unde is qui eleemosynam largitur pro anima parentis: si in quide meretur: pro amico aut satisfacit: ad absolucionem penae reatum. **Q**uis enim ausit negare eleemosynam horum utriq; va-

AD MARTINUM LUTHER.

A².

Iere. Si ergo de bonis operibus Christi et ecclesie loquaris quantum ad meritum; licet pro alterius merito nullus munere; quilibet tamen deo gratus; ex aliorum meritis aliquid boni percipit. puta protectionem dei: sicut deus recordatus Abrahæ liberavit Loth tempore eversionis Sodome: vel saltem ipsum gaudium: quod quisque bonus habet de bono alieno: sed illud ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸⁰¹⁰ ⁸⁰¹¹ ⁸⁰¹² ⁸⁰¹³ ⁸⁰¹⁴ ⁸⁰¹⁵ ⁸⁰¹⁶ ⁸⁰¹⁷ ⁸⁰¹⁸ ⁸⁰¹⁹ ⁸⁰²⁰ ⁸⁰²¹ ⁸⁰²² ⁸⁰²³ ⁸⁰²⁴ ⁸⁰²⁵ ⁸⁰²⁶ ⁸⁰²⁷ ⁸⁰²⁸ ⁸⁰²⁹ ⁸⁰³⁰ ⁸⁰³¹ ⁸⁰³² ⁸⁰³³ ⁸⁰³⁴ ⁸⁰³⁵ ⁸⁰³⁶ ⁸⁰³⁷ ⁸⁰³⁸ ⁸⁰³⁹ ⁸⁰⁴⁰ ⁸⁰⁴¹ ⁸⁰⁴² ⁸⁰⁴³ ⁸⁰⁴⁴ ⁸⁰⁴⁵ ⁸⁰⁴⁶ ⁸⁰⁴⁷ ⁸⁰⁴⁸ ⁸⁰⁴⁹ ⁸⁰⁵⁰ ⁸⁰⁵¹ ⁸⁰⁵² ⁸⁰⁵³ ⁸⁰⁵⁴ ⁸⁰⁵⁵ ⁸⁰⁵⁶ ⁸⁰⁵⁷ ⁸⁰⁵⁸ ⁸⁰⁵⁹ ⁸⁰⁶⁰ ⁸⁰⁶¹ ⁸⁰⁶² ⁸⁰⁶³ ⁸⁰⁶⁴ ⁸⁰⁶⁵ ⁸⁰⁶⁶ ⁸⁰⁶⁷ ⁸⁰⁶⁸ ⁸⁰⁶⁹ ⁸⁰⁷⁰ ⁸⁰⁷¹ ⁸⁰⁷² ⁸⁰⁷³ ⁸⁰⁷⁴ ⁸⁰⁷⁵ ⁸⁰⁷⁶ ⁸⁰⁷⁷ ⁸⁰⁷⁸ ⁸⁰⁷⁹ ⁸⁰⁸⁰ ⁸⁰⁸¹ ⁸⁰⁸² ⁸⁰⁸³ ⁸⁰⁸⁴ ⁸⁰⁸⁵ ⁸⁰⁸⁶ ⁸⁰⁸⁷ ⁸⁰⁸⁸ ⁸⁰⁸⁹ ⁸⁰⁹⁰ ⁸⁰⁹¹ ⁸⁰⁹² ⁸⁰⁹³ ⁸⁰⁹⁴ ⁸⁰⁹⁵ ⁸⁰⁹⁶ ⁸⁰⁹⁷ ⁸⁰⁹⁸ ⁸⁰⁹⁹ ⁸⁰¹⁰⁰ ⁸⁰¹⁰¹ ⁸⁰¹⁰² ⁸⁰¹⁰³ ⁸⁰¹⁰⁴ ⁸⁰¹⁰⁵ ⁸⁰¹⁰⁶ ⁸⁰¹⁰⁷ ⁸⁰¹⁰⁸ ⁸⁰¹⁰⁹ ⁸⁰¹¹⁰ ⁸⁰¹¹¹ ⁸⁰¹¹² ⁸⁰¹¹³ ⁸⁰¹¹⁴ ⁸⁰¹¹⁵ ⁸⁰¹¹⁶ ⁸⁰¹¹⁷ ⁸⁰¹¹⁸ ⁸⁰¹¹⁹ ⁸⁰¹²⁰ ⁸⁰¹²¹ ⁸⁰¹²² ⁸⁰¹²³ ⁸⁰¹²⁴ ⁸⁰¹²⁵ ⁸⁰¹²⁶ ⁸⁰¹²⁷ ⁸⁰¹²⁸ ⁸⁰¹²⁹ ⁸⁰¹³⁰ ⁸⁰¹³¹ ⁸⁰¹³² ⁸⁰¹³³ ⁸⁰¹³⁴ ⁸⁰¹³⁵ ⁸⁰¹³⁶ ⁸⁰¹³⁷ ⁸⁰¹³⁸ ⁸⁰¹³⁹ ⁸⁰¹⁴⁰ ⁸⁰¹⁴¹ ⁸⁰¹⁴² ⁸⁰¹⁴³ ⁸⁰¹⁴⁴ ⁸⁰¹⁴⁵ ⁸⁰¹⁴⁶ ⁸⁰¹⁴⁷ ⁸⁰¹⁴⁸ ⁸⁰¹⁴⁹ ⁸⁰¹⁵⁰ ⁸⁰¹⁵¹ ⁸⁰¹⁵² ⁸⁰¹⁵³ ⁸⁰¹⁵⁴ ⁸⁰¹⁵⁵ ⁸⁰¹⁵⁶ ⁸⁰¹⁵⁷ ⁸⁰¹⁵⁸ ⁸⁰¹⁵⁹ ⁸⁰¹⁶⁰ ⁸⁰¹⁶¹ ⁸⁰¹⁶² ⁸⁰¹⁶³ ⁸⁰¹⁶⁴ ⁸⁰¹⁶⁵ ⁸⁰¹⁶⁶ ⁸⁰¹⁶⁷ ⁸⁰¹⁶⁸ ⁸⁰¹⁶⁹ ⁸⁰¹⁷⁰ ⁸⁰¹⁷¹ ⁸⁰¹⁷² ⁸⁰¹⁷³ ⁸⁰¹⁷⁴ ⁸⁰¹⁷⁵ ⁸⁰¹⁷⁶ ⁸⁰¹⁷⁷ ⁸⁰¹⁷⁸ ⁸⁰¹⁷⁹ ⁸⁰¹⁸⁰ ⁸⁰¹⁸¹ ⁸⁰¹⁸² ⁸⁰¹⁸³ ⁸⁰¹⁸⁴ ⁸⁰¹⁸⁵ ⁸⁰¹⁸⁶ ⁸⁰¹⁸⁷ ⁸⁰¹⁸⁸ ⁸⁰¹⁸⁹ ⁸⁰¹⁹⁰ ⁸⁰¹⁹¹ ⁸⁰¹⁹² ⁸⁰¹⁹³ ⁸⁰¹⁹⁴ ⁸⁰¹⁹⁵ ⁸⁰¹⁹⁶ ⁸⁰¹⁹⁷ ⁸⁰¹⁹⁸ ⁸⁰¹⁹⁹ ⁸⁰²⁰⁰ ⁸⁰²⁰¹ ⁸⁰²⁰² ⁸⁰²⁰³ ⁸⁰²⁰⁴ ⁸⁰²⁰⁵ ⁸⁰²⁰⁶ ⁸⁰²⁰⁷ ⁸⁰²⁰⁸ ⁸⁰²⁰⁹ ⁸⁰²¹⁰ ⁸⁰²¹¹ ⁸⁰²¹² ⁸⁰²¹³ ⁸⁰²¹⁴ ⁸⁰²¹⁵ ⁸⁰²¹⁶ ⁸⁰²¹⁷ ⁸⁰²¹⁸ ⁸⁰²¹⁹ ⁸⁰²²⁰ ⁸⁰²²¹ ⁸⁰²²² ⁸⁰²²³ ⁸⁰²²⁴ ⁸⁰²²⁵ ⁸⁰²²⁶ ⁸⁰²²⁷ ⁸⁰²²⁸ ⁸⁰²²⁹ ⁸⁰²³⁰ ⁸⁰²³¹ ⁸⁰²³² ⁸⁰²³³ ⁸⁰²³⁴ ⁸⁰²³⁵ ⁸⁰²³⁶ ⁸⁰²³⁷ ⁸⁰²³⁸ ⁸⁰²³⁹ ⁸⁰²⁴⁰ ⁸⁰²⁴¹ ⁸⁰²⁴² ⁸⁰²⁴³ ⁸⁰²⁴⁴ ⁸⁰²⁴⁵ ⁸⁰²⁴⁶ ⁸⁰²⁴⁷ ⁸⁰²⁴⁸ ⁸⁰²⁴⁹ ⁸⁰²⁵⁰ ⁸⁰²⁵¹ ⁸⁰²⁵² ⁸⁰²⁵³ ⁸⁰²⁵⁴ ⁸⁰²⁵⁵ ⁸⁰²⁵⁶ ⁸⁰²⁵⁷ ⁸⁰²⁵⁸ ⁸⁰²⁵⁹ ⁸⁰²⁶⁰ ⁸⁰²⁶¹ ⁸⁰²⁶² ⁸⁰²⁶³ ⁸⁰²⁶⁴ ⁸⁰²⁶⁵ ⁸⁰²⁶⁶ ⁸⁰²⁶⁷ ⁸⁰²⁶⁸ ⁸⁰²⁶⁹ ⁸⁰²⁷⁰ ⁸⁰²⁷¹ ⁸⁰²⁷² ⁸⁰²⁷³ ⁸⁰²⁷⁴ ⁸⁰²⁷⁵ ⁸⁰²⁷⁶ ⁸⁰²⁷⁷ ⁸⁰²⁷⁸ ⁸⁰²⁷⁹ ⁸⁰²⁸⁰ ⁸⁰²⁸¹ ⁸⁰²⁸² ⁸⁰²⁸³ ⁸⁰²⁸⁴ ⁸⁰²⁸⁵ ⁸⁰²⁸⁶ ⁸⁰²⁸⁷ ⁸⁰²⁸⁸ ⁸⁰²⁸⁹ ⁸⁰²⁹⁰ ⁸⁰²⁹¹ ⁸⁰²⁹² ⁸⁰²⁹³ ⁸⁰²⁹⁴ ⁸⁰²⁹⁵ ⁸⁰²⁹⁶ ⁸⁰²⁹⁷ ⁸⁰²⁹⁸ ⁸⁰²⁹⁹ ⁸⁰³⁰⁰ ⁸⁰³⁰¹ ⁸⁰³⁰² ⁸⁰³⁰³ ⁸⁰³⁰⁴ ⁸⁰³⁰⁵ ⁸⁰³⁰⁶ ⁸⁰³⁰⁷ ⁸⁰³⁰⁸ ⁸⁰³⁰⁹ ⁸⁰³¹⁰ ⁸⁰³¹¹ ⁸⁰³¹² ⁸⁰³¹³ ⁸⁰³¹⁴ ⁸⁰³¹⁵ ⁸⁰³¹⁶ ⁸⁰³¹⁷ ⁸⁰³¹⁸ ⁸⁰³¹⁹ ⁸⁰³²⁰ ⁸⁰³²¹ ⁸⁰³²² ⁸⁰³²³ ⁸⁰³²⁴ ⁸⁰³²⁵ ⁸⁰³²⁶ ⁸⁰³²⁷ ⁸⁰³²⁸ ⁸⁰³²⁹ ⁸⁰³³⁰ ⁸⁰³³¹ ⁸⁰³³² ⁸⁰³³³ ⁸⁰³³⁴ ⁸⁰³³⁵ ⁸⁰³³⁶ ⁸⁰³³⁷ ⁸⁰³³⁸ ⁸⁰³³⁹ ⁸⁰³⁴⁰ ⁸⁰³⁴¹ ⁸⁰³⁴² ⁸⁰³⁴³ ⁸⁰³⁴⁴ ⁸⁰³⁴⁵ ⁸⁰³⁴⁶ ⁸⁰³⁴⁷ ⁸⁰³⁴⁸ ⁸⁰³⁴⁹ ⁸⁰³⁵⁰ ⁸⁰³⁵¹ ⁸⁰³⁵² ⁸⁰³⁵³ ⁸⁰³⁵⁴ ⁸⁰³⁵⁵ ⁸⁰³⁵⁶ ⁸⁰³⁵⁷ ⁸⁰³⁵⁸ ⁸⁰³⁵⁹ ⁸⁰³⁶⁰ ⁸⁰³⁶¹ ⁸⁰³⁶² ⁸⁰³⁶³ ⁸⁰³⁶⁴ ⁸⁰³⁶⁵ ⁸⁰³⁶⁶ ⁸⁰³⁶⁷ ⁸⁰³⁶⁸ ⁸⁰³⁶⁹ ⁸⁰³⁷⁰ ⁸⁰³⁷¹ ⁸⁰³⁷² ⁸⁰³⁷³ ⁸⁰³⁷⁴ ⁸⁰³⁷⁵ ⁸⁰³⁷⁶ ⁸⁰³⁷⁷ ⁸⁰³⁷⁸ ⁸⁰³⁷⁹ ⁸⁰³⁸⁰ ⁸⁰³⁸¹ ⁸⁰³⁸² ⁸⁰³⁸³ ⁸⁰³⁸⁴ ⁸⁰³⁸⁵ ⁸⁰³⁸⁶ ⁸⁰³⁸⁷ ⁸⁰³⁸⁸ ⁸⁰³⁸⁹ ⁸⁰³⁹⁰ ⁸⁰³⁹¹ ⁸⁰³⁹² ⁸⁰³⁹³ ⁸⁰³⁹⁴ ⁸⁰³⁹⁵ ⁸⁰³⁹⁶ ⁸⁰³⁹⁷ ⁸⁰³⁹⁸ ⁸⁰³⁹⁹ ⁸⁰⁴⁰⁰ ⁸⁰⁴⁰¹ ⁸⁰⁴⁰² ⁸⁰⁴⁰³ ⁸⁰⁴⁰⁴ ⁸⁰⁴⁰⁵ ⁸⁰⁴⁰⁶ ⁸⁰⁴⁰⁷ ⁸⁰⁴⁰⁸ ⁸⁰⁴⁰⁹ ⁸⁰⁴¹⁰ ⁸⁰⁴¹¹ ⁸⁰⁴¹² ⁸⁰⁴¹³ ⁸⁰⁴¹⁴ ⁸⁰⁴¹⁵ ⁸⁰⁴¹⁶ ⁸⁰⁴¹⁷ ⁸⁰⁴¹⁸ ⁸⁰⁴¹⁹ ⁸⁰⁴²⁰ ⁸⁰⁴²¹ ⁸⁰⁴²² ⁸⁰⁴²³ ⁸⁰⁴²⁴ ⁸⁰⁴²⁵ ⁸⁰⁴²⁶ ⁸⁰⁴²⁷ ⁸⁰⁴²⁸ ⁸⁰⁴²⁹ ⁸⁰⁴³⁰ ⁸⁰⁴³¹ ⁸⁰⁴³² ⁸⁰⁴³³ ⁸⁰⁴³⁴ ⁸⁰⁴³⁵ ⁸⁰⁴³⁶ ⁸⁰⁴³⁷ ⁸⁰⁴³⁸ ⁸⁰⁴³⁹ ⁸⁰⁴⁴⁰ ⁸⁰⁴⁴¹ ⁸⁰⁴⁴² ⁸⁰⁴⁴³ ⁸⁰⁴⁴⁴ ⁸⁰⁴⁴⁵ ⁸⁰⁴⁴⁶ ⁸⁰⁴⁴⁷ ⁸⁰⁴⁴⁸ ⁸⁰⁴⁴⁹ ⁸⁰⁴⁵⁰ ⁸⁰⁴⁵¹ ⁸⁰⁴⁵² ⁸⁰⁴⁵³ ⁸⁰⁴⁵⁴ ⁸⁰⁴⁵⁵ ⁸⁰⁴⁵⁶ ⁸⁰⁴⁵⁷ ⁸⁰⁴⁵⁸ ⁸⁰⁴⁵⁹ ⁸⁰⁴⁶⁰ ⁸⁰⁴⁶¹ ⁸⁰⁴⁶² ⁸⁰⁴⁶³ ⁸⁰⁴⁶⁴ ⁸⁰⁴⁶⁵ ⁸⁰⁴⁶⁶ ⁸⁰⁴⁶⁷ ⁸⁰⁴⁶⁸ ⁸⁰⁴⁶⁹ ⁸⁰⁴⁷⁰ ⁸⁰⁴⁷¹ ⁸⁰⁴⁷² ⁸⁰⁴⁷³ ⁸⁰⁴⁷⁴ ⁸⁰⁴⁷⁵ ⁸⁰⁴⁷⁶ ⁸⁰⁴⁷⁷ ⁸⁰⁴⁷⁸ ⁸⁰⁴⁷⁹ ⁸⁰⁴⁸⁰ ⁸⁰⁴⁸¹ ⁸⁰⁴⁸² ^{80483</}

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

penè nullum bonū afferunt; sed retardant a bono glorię: quod eis nō est solutis haberi nequit: penè non assumuntur: sed tolerantur: dulcissimi querunt animabus ab eis misericorditer ab solvi: et ita in purgatorio est.

¶ **M**ar. Caute sunt uenire Apostolicæ prædicandæ, ne populus false intelligat eas p̄ferri cæteris bonis opibus charitatis.

¶ **S**yl. Uerū utiq̄ doces: sed nō minus caute sunt improbađe et restringēđe: in p̄judicij ſpl̄ice facultatis: et priuilegiū cōcessi a deo beato Petro.

¶ **M**ar. Docendi sunt Christiani, quod Papæ mens non est redemtionem ueniarum ulla ex parte comparandam operibus misericordiæ.

¶ **S**yl. Docendi sunt etiā: q̄ mens Pontificis est per uenias prouocare fideles ad opera pietatis: sive dimini cultus et misericordiæ: et q̄ melius est benefacere: et uenias assequi: q̄ horum neutrum: vel alterum moliri.

¶ **M**ar. Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutuans egenti, melius facit. q̄ si uenias redimeret, quia per opus charitatis crescit charitas, & fit homo melior, sed per uenias non fit melior, sed tantummodo a poena liberior.

¶ **S**yl. Docendi sunt etiā: q̄ qui vtrūq̄ p̄t melius est: Docēdi sunt etiā: q̄ per uenias nō fit homo melior: essentialiter: fit tñ melior concōmitanter: quia erogare in opus plū: aut alias bonū pro aſſectione ueniarū meritiorū est. vnde ceteris paribus melius est dare eleēmosynā gratia ueniarū: q̄ gratia meriti p̄cise: quia ibi duo bona sunt: sc̄z meriti: et sublatio impeditis ac retardantis a gloria: id est: reatus pgnarū: hic vero vincit est.

¶ **M**ar. Docendi sunt Christiani, quod qui uidet egenum & neglecto eo, dat pro uenīs, non indulgentias Papæ, sed indignationem dei sibi uendicat.

¶ **S**yl. Docendi sunt etiam scriptores castigatiū scribere q̄ tu scribas: quia quod scribis: nō est verum: vbi quis petenti pauperi: potest eleemosynam sine peccato negare: quod creberrime accidit: neq̄ vbi negatur cum peccato quidem ueniali: sed sine mortali: quia p̄ o ueniali solo: non vendicat sibi homo indignationem dei: cum gratiæ et charitati ueniale nō repugnat: et consequenter nec amicitiæ: quam ad deum habemus.

¶ **M**ar. Docendi sunt Christiani, qd n̄l supfluis abūdent, ne cessario tenentur domui lute retinere, & nequaq̄ effundere.

¶ **S**yl. Docendus es et tu sufficientius dividere: quia temporalis hominum facultas in sufficienter dividitur necessaria: que quis domui sue tenetur retinere: que sc̄z sunt necessaria: sine quibus nō: et superflua: sed hec est diuisio sufficiens iuxta diuinū Tho: Honorū em temporalium hominis: qdam vero sunt necessaria ad vitam suam, et suorum: que dicuntur necessaria: sine suam

AD MARTINUM LUTHER.

AS.

Quibus nō: supple viuntur: quedam vero sunt necessaria ad vitam decentem: que dicuntur necessaria: sine quibus nō bene: et quedam nec sic: nec sic: que dicunt superflua simpliciter. De primo necessario: nec venias sunt redimendae: nec eleemosyna danda: nisi quis eligat mox dando pro bono rei publice. De secundo tenentur homines eleemosynam dare solum in necessitate extrema: potest autem: et debet homo dare de cōsilio extra dictum casum partem huius necessarij cum indiuisibili non consistat: non autem sursum. Sic ergo patet: q̄ etiam non habens superflua: potest redimere venias: ex parte eius quod est necessarium: sine quo non bene.

¶ 6. **¶ Mar.** Docendi sunt Christiani, quod redemptio ueniarū est libera, non praecepta.

Syl. Docendi sunt etiā: et docere debent boni filii ecclesie Romane et consequenter dei: q̄ princeps pro cōmuni bono posset coactiue exigere bona a subditis: sed pōtissim Romanus: utrinque potestatis apicē tenens: pro fabrica Basilice sancti Petri: que est totius Christiani populi bonus: petit quod iubere posset: et petendo numeratur ex thesauro sibi tradito.

¶ 8. **¶ Mar.** Docendi sunt Christiani, quod Papa sicut magis egredit, ita magis optat in uenīs dandis pro se deuotam orationem, quam promptam pecuniam.

Syl. Immo nō sunt sic docendi: quia hoc esset eos a multis bonis que ueniarū gratis faciunt: dimouere: sed potius sunt docendi: q̄ omnes fideles ex debito charitatis tenent pro summo pastore: etiā sine veniū: orare: et q̄ Dsps multo tamen dat venias: vt fideles prouocet ad ordinū pro servit semper facit in sua capella. Quando vero ultra orationes etiam pecunia indiget: venias largitur: non gratia pecuniarū: sed eius rei ad quam pecunia ordinatur: puta instauratiōne hospitaliū: et eccliarū: et hoc cū facit: omnes quād interest letantur: et gratulantur omnes: nisi q̄ tu illud mar- tine id quod in alijs et ecclieis instaurandis laudatur: in fabrica prima totius rei publice Christiane vityperas. qui si a domino nostro habuisses bonū Episcopatū cum plenaria indulgentia ad ecclesie tue reparationem: forte dulcioribus verbis abūdas: et quibus detrahis: venias extulisses.

¶ 9. **¶ Mar.** Docendi sunt Christiani, quod ueniae papae sunt uiles, si nō in eis confidant, sed nocentissimae, si timorem dei per eas amittant.

Syl. Docendi sunt etiā: q̄ cōfidentia veniarū ab alijs bonis operibus non retardans nihil obest: sed occasionaliter prōdest: dū atq̄ ex hoc in gratiarum actiones assurgit. Docendus etiam es tu: vt cautius observes: ne paucis verbis tibi ipsi contradicas: qui interdū venias dicis esse uiles: interdum solum signa diuine relaxationis: que signa etiam apud te sunt fallacia: cū scribas nullū esse certum: q̄ relaxationē penarū sit assecutus.

¶ 10. **¶ Mar.** Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosceret ex-

M

F. S YLVESTER MAGISTER S. PALATII

actiones uenialium prædicatorum, mallet Basilicam beati Petri
in cineres ire, qæ disificari cute, carne, & ossibus ouium suarum
Syl. Docendi sunt potius Christiani: q[uod] tu iniuste prædicaturus detra-
heris: contra ordinem fraternæ correctionis talia secreta: que qua sunt (qd
vix credo) in publico per vniuersum orbem seminando: que talia si no[n]
ueras: debuisti fraternæ correctionis normam obseruare: eo vel maxime:
q[uod] talis sit huius innocentissimi Pontificis mens: vt nullus nomine mo-
do verum etiam nec indecenter operetur: aut vivat.

St. **C** Mar. Docendi sunt Christiani, quod Papa si sicut debet,
ita uellet, etiam uendita (si opus sit) Basilica sancti Petri, de
suis pecunijs daret illis, a quorum plurimis quidam concio-
natorum ueniarum pecuniam eliciunt.

Syl. Docendi non essent ista populi: quia esset contra fraternali charita-
tem: sed si non speratur declamantum correctio per secretam monitionem
(ista enim non sunt in ambone) docendus esset is prelatus: cuius interest
& singulariter dominus noster Papa: si tamen aliqui tales sint: quod ut
credam: vix adduci possem: quia esto q[uod] declamatores forent rapaces: p
vim tamen non extorquent: sponte vero: nullus est adeo stolidus: vt si usq[ue]
adeo sit egens: vt pro eius suffragio Basilica sancti Petri vendenda fo-
ret: velit p[ro] indulgentijs pecunias effundere: unde potius credo q[uod] loqua-
ris per talenta: aut alia aut excogitas: aut exornas.

Sz **C** Mar. Vana est fiducia salutis per literas ueniarum, etiam si co-
missarius, imo Papa ipse anima suam pro illis impignoraret.
Syl. Vana est ista tua conclusio: & similes: quia nullus est tam stultus:
vt salutem suam talibus literis committat sine voluntate penitendi vel
statim: vel tandem sed tu videris loqui non theologic[us]: sed traggidice: ad
aures populorum exhauriendas: vide autem ne divino iudicio inde ex-
hauriias maledicta: irrisiones & censuras.

Sz **C** Mar. Hostes Christi & Papæ sunt hi, qui propter uenias
prædicandas, uerbum dei in alijs ecclesijs silere iubent.

Syl. Raris crebra cedere consueverunt: sic celebrius colitur annalis so-
lemnitas sanctorum: q[uod] sabbatina dei matris: aut pene quotidiana trinitatis.
Sic ex causa Domini sex cuique declamatori proloco & tpe indulget: vt alijs
silentium indicat: quo populu habeat frequentio: e: vt inquisitor: vt q[uod] or-
dinario quod potest commendari. Astrarere vero Papæ hostes esse: qui cu[m]
sua gratia: & beneplacito operantur: aut euam dei stultum & ridiculum est.

Sz **C** Mar. Injuria sit uerbo dei, dum in eodem sermone sequa-
le, uel longius tempus impeditur uenias, quam illi.

Syl. Dico vt supra proxime: & ulterius: q[uod] ita loqueris: ac si publicatio
ueniarum cum his que illam comitantur: declaratoria & portatoria: non

AD MARTINUM LUTHER.

M

55. fit seminatio verbi dei: quod nego.

¶ Mar. Mens Papae necessario est, quod si uenire (quod minimum est) una campana, unis pompis, & ceremonijs celebantur, Euangelium (quod maximum est, centum campas, centum pompis, centum ceremonijs praedicetur)

Syl. Dico ut supra proxime: & ultrae: q̄ consimiles conclusiones non decent grauem theologum: sunt enim pueriles: & vidēti esse viri stoma-
thati: & inferentis os in celum: & contra stimulum calcitrantis.

56. **¶** Mar. Thesauri ecclesiæ, unde Papa dat indulgentias, neq̄ satis nominati sunt, neq̄ cogniti apud populu Christianum.

Syl. Non est mirū si vulgus ista nō novit: cum tu qui cū orbe vniuerso te disputaturum obtulisti: ista aut non infellexeris: aut singas: vt patebit. Sunt enim isti thesauri noti & nominati: non quidē lumine nostræ ratio-
nis: sed spiritu sancti: qui p̄ sanctos suos nos edocet: quibus tu nō alien-
tis: aut h[ab]ilitate tua: aut tui simillimi alios thesauros effingis. Nemē er-
go: siue indulgentie auctoritate scripture nobis non innotuere: sed autho-
ritate ecclesiæ Romane: Romanorumq; Pontifici: que maior est: inter
quos sanctus Gregorius primus (teste divo Tho.) indulgentias dedit Ro-
mæ in stationib;: ceteriq; sum secui. Thesaurus ergo iste secundum san-
ctos: cum theologos: tum etiam canonistas: sunt merita Christi & sancto-
rum: non ea ratione qua merita: sed qua satisfactiones.

57. **¶** Mar. Thesaurus certe unde indulgentiae dantur, non esse temporalis patet, quia non tam facile eos profundiunt, sed tantummodo colligunt multi concionatorum.

Syl. Non doces Martine: sed detrahis: non concionatoribus tantum /
quos scis rem suam non promouere: sed innocentissimo Pontifici: & qui-
dem nuncle: quippe qui nil vellet aut inique: aut enā indecenter agi: ma-
xime vero p̄ pretextu sue auctoritatibus.

58. **¶** Mar. Nec sunt isti thesauri merita Christi & sanctorū, quia haec semper sine Papa operantur gratiam hominis interioris, & crucem, mortem, infernumq; exterioris.

Syl. Immo secundū sanctorū tam theologos: q̄ canonistas celebriores
sunt predicta merita Christi & sanctorū: non ea ratione qua merita: sed
qua satisfactiones Christo superius canet: sanctis autem superabundan-
tes. Quarum satisfactionū valorem: verum est quidem in nobis operari
& nobis applicari: sed non sic: vt plene per eas liberemur ab omni reatu
si in casu duplaci. primo quidem si non per satisfactionem plenam eis co-
tungamur. secundo vero si pontifex eas nobis plene p̄ indulgentias ap-
plicet. Si aliter sentis: aberras a fide: nec indulgentias p̄ thesaurū intelligis.

59. **¶** Mar. Thesaurus ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse

M ij

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

pauperes ecclesiæ, sed locutus est usu uocabuli suo tēpore.

Syl. Etiam nūc latenter mōdes potius qđ doceas: quasi temporibus nostris pauperes non sint Pontificis hominūq; thesauri: puto autem qđ licet Romanus cleruſ a perfectione prima declinarit: quod non inficior: tu tamen non sis talis: qui possis irreprehensibiliter reprehendere: & qui a pāmqua patrum religiositate nō declinaris. quod equidē vel hinc coniūcio: quia nullus sapiens est (vt reor) qui te esse detractorem iniustum non astruxerit. quanq; etiam vñnam sic Romę essent bona cetera: sicut eleemosynę pie. quod vt reliqua faceam: etiam pauperum numerus si ne numero iudicio sit. maxime vero in pio Pontifice: qui nulli quantum via extero aut in grato viro: scit petita denegare.

60. **Mar.** Sine temeritate dicimus claves ecclesiæ merito Christi do-
natas, esse thesaurū istum. Clarissim est em quod ad re-

missionem poenarū & casuum sola sufficit potestas Papæ.

Syl. Si cuiuscq; sancti testimonii citaueris: tecū in hoc sentientis temere te hic docuisse negabo: qđ puto non facies. Et quidem fateor ad id sufficere potestatē pontificis maximi eo modo: quo potestas Regis ad artēm fabricandam vic̄z mediante thesaūo: qui nō sit potestas: sed matēria potestas. Cum enī ecclesia ex thesaūo isto faciat indulgentias plenariaς: si thesaurus iste sit claves ecclesiæ: aut claves admotæ peccatorib⁹ operabuntur cū electione. sic qđ in sacramentali penitentia nō operabuntur quantū possunt absoluendo ab omni pena: sicut ab omni culpa. aut semper pena totaliter abolebunt: quonū vtricq; falsum est primū quidem quia nullus sacerdos sic absoluendo intendit: sed intendit peccatorū benefacere quantū pōt. secūdo vero: quia purgatoriū tollit: vnde docto: angelicus docet per clavē remitti partē penae: non totā. Iste ergo thesaurus materialiter est satisfactio Christi & sc̄torū: effectuē aut est clavis iurisdictionis: qua dispensat. Igit̄ p̄tās Pontificis p̄ clavē ordinis: oēm culpā: & p̄ clavē iurisdictionis: cuius est indulgere oēm penā: ex causa potest abolere

62. **Mar.** Verus thesaurus ecclesiæ est sacrosanctū euangeliū.

Syl. Verum quidem Martine dicas: sed equinoce loqueris de thesaūo. & hoc ipsum verum quod dixisti: ad malum finem ordinis: vt videatur. vt etiam statim patebit.

63. **Mar.** Thesaurus euangelij est merito odiosissimus, quia

64. ex primis facit nouissimos. thesaurus indulgentiarum merito est gratissimus, quia ex nouissimis facit primos. Igitur the-

65. sauri euangelici retia sunt, quibus olim p̄scabantur uiros diuitiarum. thesauri indulgentiarum sunt, quibus nunc p̄scantur diuitias uirorum.

Syl. Si mōdere canū est propriū: vereor: ne tibi pater canis fuerit: qui ad hoc videris natus: vt mōdes: vereor: insuper ne p̄ opter tuā dicacie

A D M A R T I N U M L V T H E R.

tatem: et illationem tui oris in celum: aliquid mali tibi contingat: nec video
quod venias excusandus ab anathemate ex capite multiplici: nec puto quod
vir sis mentis composite: quia talia caracteribus formanda tradideris.

67. **C** Mar. Indulgentiae quas cōcionatores uocant maxias gra-
tias intelliguntur uere tales quo ad quāstū promouendum.

Syl. Tam Pontifice deserto: spiritu sancti muneribus detrahis: quasi
ipse indulgentie non amē: sed burse putiles sint: quod blasphemiam dixerim.

68. **C** Mar. Sunt tamen reuera minima ad gratiam dei, & cru-
cis pietatem comparatæ.

Syl. Ni qui venias gratias maximas astruunt nulli comparantes: ex-
culandi veniunt per hyperbole: tu vero qui eas comparas gratias Christi:
vnde quo nam pacto excusabere: dicens eas minimas: cum etiam sint
gratias aliae: et alia dona minoria: puta ipsa bona fortunæ: nec reor poteris
aliquam excusationem pretendere: que veniarum declamatoribus eque-
non congruat: consequenter autem iniuste mōdes.

69. **C** Mar. Tenentur Episcopi & curati ueniarum Apostoli-
carum, cōmissarios cum omni renerentia admittere, sed ma-
gis tenentur omnibus oculis intendere, ne pro commissio-
ne Papæ, sua illi somnia prædicant.

Syl. Si tibi talia dicenti animus inesset equus et bonus: tacendū esset:
sed sicut diabolus in omni suo opere suam superbiam: ita tu quoq; in o-
mni pene tua conclusione: tuam malevolentiam redoleas.

70. **C** Mar. Contra ueniarum Apostolicarum ueritatem qui lo-
quitur, sit ille anathema & maledictus.

Syl. Effigiem geris eius: qui cōsignare se putans: in lumen proprium
impingit. Ueritati enim ueniarum aut ignorantia: aut malitia multum de-
trahisti: vt liquet ex dictis.

71. **C** Mar. Qui uero contra libidinem & licentiam uerborum
concionatoris ueniarum curam agit, sit ille benedictus.

Syl. Sit inquam benedictus: si charitate: si iustitia: si pietate mouetur:
qui vero cōtra licentious in dicendo: licentio: est in scribendo a deo qui-
dem bonus efficiatur: ab hominibus vero ad alios monumentū castiget.

72. **C** Mar. Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudem nego-
cij indulgentiarum quacunq; arte machinantur, multo ma-
gis fulminare intendit eos, qui per ueniarum prætextum in
fraudem sanctæ charitatis & ueritatis machinantur.

Syl. Dominus noster Papa tantæ virtutis creditur: vt per suos mini-
stros nil indecens fieri velit: auero in eos delinquentes intendat animad-
uertere per anathema vt dicis: puto nescias.

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

- AS. **M**ar. Opinari uenias Papales tantas esse, ut soluere possint hominem, etiam si quis per impossibile dei genitricem uiolasset, est insanire.
- S**yl. Istruere quod habens plenitudinem potestatis a papa ad venias possit absoluere a culpa in dicto casu per ordinis clavem: et a pena per clavem iurisdictionis: non est in insanire: sed sane sentire: cum etiam idem possit in Judam: et in eos: qui aut virginem aut Christum interemissent: modo esset viatores. Videris autem loqui tragedice.
- AG. **M**ar. Dicimus contra quod ueniae Papales nec minimū peccatorum uenialium tollere possunt quo ad culpam.
- S**yl. Immo tibi tollere non possunt veniale: etiam quo ad penā: quippe quoniam secundū te sunt solum signa et non causa remissionis. Quod vero propter venias culpa remittatur: predicatorēm veniarū docuisse credo nullum: quippe cū etiam rudio:ibus liqueat affectionem veniarū præxigere culparum abolitionem: cū huius rei grata etiam rustici sua criminā fateantur.
- AM. **M**ar. Quod dicitur, nec sit sanctus Petrus modo Papa esset, maiores gratias dare posset, est blasphemia in sanctum Petrum & Papam.
- S**yl. Et si sanctus Petrus crederet sanctior fuisse omni post futuro Pontifice: et in gratiis personalibus copiosior: quam tamen attinet ad clavē iurisdictionis et ordinis: erroneum est: ne hereticum dicam: dicere Leonem x. Petro primo minorem: et non posse de ure quecumq; ille potuit.
18. **M**ar. Dicimus contra quod etiam iste, & quilibet Papa maiores habet, scilicet euangelium, uirtutes, gratias curationalium &c. ut pri. ad Corin. xii.
- S**yl. Timeo ne dei iudicium super tuum caput portas: qui per ironia ita irruere loqueris eniuerso orbi de tanto Pontifice. Ultimam autem tibi sunt illae uirtutes: que in domino nostro predicanterur.
19. **M**ar. Dicere trucem armis Papalibus insigniter erectam cruci Christi aequivalere blasphemia est.
- S**yl. Tibi non credere quā iam cepi: nec hoc puto ab aliquo veniarū declamatore predicatorū ita nude: ut recitas: quanq; quilibet crux in qualibet materia: que representet imaginem Christi: et que adoranda sit seclusa ratione contactus: de qua ad presens breuitatis gratia supersedeo.
80. **M**ar. Rationem reddent episcopi, curati, & theologi, qui tales sermones in populum licere sinunt.
- S**yl: Videris Martine velle te per hec iustificare: quasi recte feceris: detrahendo veniūs contra preceptum domini nostri pape: et detrahendo veniarū concionatoriis: et pontifici contra preceptum dei: sed nequas;

AD MARTINUM LUTHER. AG.

propterea q̄ theologus sis: venis in predictis excusandus: sed arguen-
dus: plectendus: & ad omnem heresim aburandam cogendus.

81. **C** Mar. Facit hæc licentiosa ueniarum prædicatio, ut nec re-
uerentiam Papæ facile sit etiam doctis uiris redimere a calu-
mnijs, aut certe argutis quaestionebus laicorum.

Syl. Dulchies sub colore excessu eorū qui declamat: iterum impinge-
re vis in pontificem: questio[n]es secularibus ascribens: sed age: en reue-
rentis & amor ad Pontificem: docebit me solvere insolubilia tuas incipe. M. 1.

82 **C** Mar. Scilicet cur Papa non euacuat purgatorium pro-
pter sanctissimam charitatem, & summam animarum neces-
sitatem, ut causam omnium iustissimam, si infinitas animas
redimit propter pecuniam funestissimam, ad struciturā Bas-
silicæ, ut causam levissimam.

Syl. Deus: qui tanq̄ agens supremū: omnia vertit ac dirigit in finem
postremū. vnde & omnes homines vult saluos fieri: nulli volunt gratiam
qua in finem illū dirigatur & saluetur elargiri: nisi ex parte eius: qui gra-
tiam erat acceptum. esset preparatio quedam: & meritum congruitatis:
quem apparatu qui habere nequeunt: vi infantes his vult suffragari p̄
alios. Christus quoq; qui pro nobis infinite satisfactionis passionē culmine
non vult illam nobis suffragari: nisi nos per nostram satisfactionem insuf-
ficiem: eius satisfactione sufficienti & superabundantiū gemur. **C** um
ergo deus post pena anime ex contritione & clausis misericorditer abo-
lita ex sua simul misericordia & in statua talem animā eddixerit talī penitē-
exolvendę: puta annoru centū: qua ratione debet p[ro]p[ter]a totam illam
penitentiam: vel etiā partem relaxare cū tanto p[ro]p[ter]a diuine misericordie ex
parte talis anime aliquod meritū efficeretur: puta eleemosyna: aut ieiuniū: aut
oratio a se: aut ab alio pro se oblaūt: Inde est q̄ clamant omnes sancti: cū
theologi: tum canoniste: in uenientiā largitione causam aliquā oportere in-
teruenire: que causa quicquid est in dei gloriā vel promotione boni con-
tinuis: & huiusmodi. **P**ateretur ergo cur papa purgatoriū non euacuat:
quia videlicet nō sub est rationalis causa relaxandi rigore institutę diuine in
obib[us] animabus purgatoriū q̄ si sub esset: vliq[ue] possit illud euacuare: pu-
ta si daretur plena indulgentia: etiam defunctis porrigitibus adiutrices
manus ad expeditionem in Turcas: & que libet anima purgatoriū amicū ha-
beret: sibi debite & cōplete suffragante. **L** heritas autē pontificis & necessitas
animarū non est ratio efficaç sic relaxandi iustitia in diuina: quā deus talis
necessitatis cōscius: & infinita charitatis: ac misericordie visceribus plenus san-
xit: & inviolabiliter seruat. **E**go nunc ad Martinum & alia quæsita multiplica.

83 **C** Mar. Cur permanent exequiae & anniversaria defunctorum,
& non reddit, aut recipi permittit beneficia pro illis in-

F. SYLVESTER MAGISTER S. PALATII

stituta, cum iam sit iniuria pro redemptis orare.

Syl. Tunc huius cause sunt. **P**rima quidem: q̄ incertum sit: an is qui
poterit manus adiutrices ut anime cūpiam plenā veniam obtineat: se-
cundū propriam facultatem poterit: quoq̄ necesse est: potest enim ali/
quando porrigeremini parcer: quo casu anima non assequitur indulgent/
iam plenā: sed secundū proportionem exhibiti ad id totum qd fuerat ex-
hibendū: vt docuit diuinus Tho. **A**lia vero causa est: quia etiā suffragi non
prosint tā redemptis: alijs tñ prosunt: z hoc ipsum morituri intendebant:
qui sibi anniversaria ppetua ordinarūt: cū non sit verisimile q̄y crederent
se in purgatorio perpetuo futuros: donec celi cum terra mouendi forent.

82. **M**ar. Item quæ noua illa pietas dei & Papæ, quod impio
& inimico propter pecuniā cōtē dūt/animā piam & amicā
dei redimere, & tamen propter necessitatem ipsiusmet pīse
& dilectæ animæ non redimunt eam gratuita charitate.

Syl. Que est ista noua ignorantia tua (vt cum stomacho loquar) vt pu-
tes q̄ denū infinita charitate sua (iustitia sic exigente) animam conscius
in tali necessitate cōstituerit: z deinde nulla facta mutatione ex parte dei
vel animæ debeat eam ex tali necessitate educere. **I**nterveniat ergo cau-
sa aliqua necesse est: vt clamant sancti vniuersi: si dei iustitia autem rela-
xanda penitus: aut certe mitiganda est que causa non ex parte dei (inua-
riabilis enim est) sed ex parte animæ pensanda est.

83. **M**ar. Item cur canones penitentiales re ipsa, & non usu
in semet abrogati & mortui, adhuc tamen pecunijs redimū-
tur per confessionem indulgentiarum, tanq̄ uiacissimi.

Syl. Cquis conclusiōibus tuis Martine: doctus m̄hi primo aspectu
vīsus es: dicta vera tua exactius perscrutanti: m̄hi videris satis grossus:
quippe qui non videas: q̄ licet canones eiusmodi quo ad id sint abroga-
ti: q̄ secundum illos penitentij non sunt necessario imponendę peccato/
ribus: cum hodie sint omnes arbitrarī: nō tamen abrogati sunt quantū
ad hoc vt reatus ad penitentiam iuxta eos taxanda non maneat: nisi forte alii
cubi diuinę iustitię mensuram excedant: plus iusto imponētes: z quantū
ad istū reatum pene biuentem z ligantem: redimuntur. **U**nde tibi p̄o
regula obseruandū est: q̄ eccl̄sia Romana sicut in dicto: ita z in facto suo
non fallitur in fide: aut morib⁹: alioquin a via salutis aberras.

84. **M**ar. Item cur Papa, cuius opes hodie sunt opulentissimis
Crassis crassiores, non de suis pecunijs magis, quam paupe-
rum fidelium struit unam Basilicam sancti Petri.

Syl. Ubi multe dūtie: ibi (divina scriptura a teste) multi sunt qui co/
medūt illas: z forte S. dñs noster p suo gradu z maiestate est pauperior:
te cui si census esset exiguum: forte non vacaret ista cōscribere. **Q**uid vero

AD MARTINUM LUTHER.

AN

latenter reprehendis ex laicorum persona pontificem: qui pecunias excipiat a spōte offerentibus: qui pro hoc cōt: & quidē celeberrimo bono: iuste tanq̄ summus in mūdo gemina potestate rex imperare cas & indicere posset,

81 **M**ar. Item quid remittit, aut participat Papa his, qui per contritionem perfectam ius habent plenarię remissionis, & participationis.

Syl. Si quis tanta contritione torquetur: vt omnī peccatorū suo: um reatus aboleat: huic papa nihil penitū remittit: sed si reris oēs contritos esse eiusmodi: euentis purgatoriū: & non modo hereticus: verū hēsiarcha es quantū ego sentio: qui hactenus nullū relegerim ista nefanda docuisse

82. **M**ar. Item quid adderetur ecclesiæ boni maioris, si Papa sicut semel facit, ita centies in die cui libet fidelium has remissiones & participationes tribueret.

Syl. Duo bona addicerent: vnuq̄ necesse esset fideles toties repeterē causam gratia cuius danū veniā: puta eleemosynā: aut orationē: aliud: q̄a remitteret omnis nouis penitū reatus: si quis post veniam incidisset.

83 **M**ar. Ex quo Papa salutem querit animarum per uenias magis, quam pecunias, cur suspendit uenias & literas iam olim concessas, cum sint & que efficaces.

Syl. Ideo facit: vt sicut olim predecessorēs sui uenias dederūt pro strūcturis minoris momenti & que iam fore vel ex toto: vel ex parte explete sunt ita ipse pro ista structura largiatur omnium p̄cclarā: & in hanc fidem pia vota colligantur.

90. **M**ar. Hæc scrupulosissima laicorum argumenta sola protestate compescere, nec redditā ratione diluere, est ecclesiā, & Papā hostib⁹ ridendos exponere, & infelices Christianos facere.

Syl. Ecclesia Romane: que in Romano pontifice virtutaliter inclusa est temporalis: & spiritualis potestatis summū in papa apicē tenet: & seculari brachio (prout iura decernunt) pōt eos qui fide primo suscep̄t: deinde male sentiunt: compescere nec tenet rationib⁹ certare ad vincendos proterueientes, nisi maxime veritas in aperto est: ego tñ volo tecum rationib⁹ agere: & experiri quid scribendo possis. Hostes aut se irridētes & corporales: & spūiales: solet ecclesia ad nihilum (deo iuuante) deducere.

91 **M**ar. Si ergo ueniae secundū spiritū & mentem Papæ prædicarentur, facile omnia illa soluerentur, immo non essent.

Syl. Si mens pontificis esset illa: quam tu scriptis: esset mens male dōcta: & longe a veritate aberrans: vt patuit: & clarius patebit: cum iam nō conclusionib⁹: sed argotizationib⁹ agemus.

R. P. MARTINI LUTHERII

Mar. Exhortandi sunt Christiani, ut caput suum Christum per poenas, mortes, infernosq; sequi studeant, ac sic magis per multas tribulationes intrare coelum, quam pro securitate pacis confidant.

Syl. Exhortandi etiam sunt: vt cancant a doctrina tuaq; simillimum, q; nec sana: nec charitativa est: sed detractoria & sugillativa. Tribulatio-nes vero in hac quidem vita a viris perfectis eliguntur: quando sunt ali- ciunt boni allatiae: in futuro autem secus: vt supra ex dno Thoma de-ductum est. Hec ergo sunt Martine: que ad conclusiones tuas respon- denda occurserunt: posthabitis in fine quibusdam vanis que loqueris. Eia nuc ager: aut improba mea: aut tua proba. Ego quoq; im posterum uidem faciam. Et vt latio: tibi campus certaminis adsit: etiam ea que in Sylvestrina scripsi: sub stinenda propono.

FINIS.

SREVERENDO IN
CHRISTO PATRI, SYLVESTRO PRIE-
rati, ordinis Praedicatorum, sacrae Theologie pro-
fessori celeberrimo, sacrig; Palatiij Aposto-
lici magistro, F. Martinus Lutherius
Augustinianus, aeternam in
Christo Salutem.



IR VENIT ad me reuerende Pater, Dialo-
gus ille tuus, satis superciliosus, & plane to-
tus Italicus & Thomisticus. In quo etsi cau-
saris, te iam senem armisq; desuetum, denuo
meis uerbis ad certamen impelli, tamen ue-
lut Entellus ille de me Daret (ut ait) referre paras uictori-
am insperato, nisi quod eo ipso Daret magis quam Entel-
lum exhibes, quod rumores ponis ante salutem, & (ut dici-
tur) Encomium ante uictoriam. Age igitur, fac quod facis,
sicut uoluntas domini. **V**ale.

AD SYLVESTERVM PRIERATEM RESPONSIO **A8.**

Comitto fundamenta tua, quorum intelligentiam magis suspicor quam capio. Et more exemplo tuo, mihi quoque fundamenta faciem necesse est. **R. n. M. lu.** **p. 5. p. m. s.**

Primum est illud beati Pauli, Omnia probate, quod bonum est tenete. Et Gal. iij. Si angelus de cœlo aliud uobis euangelizauerit, quam accepistis, anathema sit. **tonctonib.**

Secundum est illud B. Aug. ad Hierony. Ego solis eis libris, qui canonici appellantur, hunc honorem deferre didicí, ut nullum scriptorem eorum errasse, firmissime credam. Cæteros autem quantilibet doctrina, sanctitateque polleant non ideo uerum esse credo, quia illi sic senserunt &c.

Tertium illud Clemē. de peni. & remis. c. abusionibus. Quæstoribus nihil licere (in uenij prædicandis) propone re populo quam quod in eorum literis continetur, hoc est, quod tu dicas, ea quæ Ecclesia de facto facit.

His fundamētis, si me intelligis, simul intelligis, totū tuū dialogum funditus euersum. Nam tu perpetuo uerborum textu, non nisi nuda uerba ponis, aut solas opiniones diuī Thomæ mihi nunc demū decantas, qui æque (ut tu) nudis uerbis incedit, sine scriptura, sine patribus, sine Canonibus, deniq; sine ulla rationibus. Ideoq; me iure, id est, Christiana libertate, te & illū simul reiçio & nego. Imo ita cogit me authoritas fundamenti primi & tertij, & suadet exemplū Augustini in fundamento secundo. Nam si apud Iureconsultos prouerbii recipitur, Turpe est Iuristam loqui sine textu, tu uide, q; sit honorificū Theologū (qui maxime omnium debet) loqui sine textu, quæ Apostolus iubet calceatū esse pe dibus in præparatione Euangelij, & Episcopū potente, nō in syllogismis & opinionibus hoīm, sed in doctrina sana, nisi mira ea, quā alibi diuinitus inspirata uocat. Hoc enim consiliū si fuisset seruatū, minus nunc ecclesia haberet inutiliū quæstionū & opinionū, & plus euāgelij & Christianę ueritatis.

Ilam accedamus & iudicemus simul,

Primo. Quatuor falsitates in tribus primis conclusionibus a me comprehensas pronuntias. **P**rimam, quod saluator impossibile iussit, scilicet fideles omni tempore habere actum poenitentiae, interioris uel exterioris. Cum enim dicat, agite, non loquitur de habituali interiore poenitentia quae sola perpetua est, & consequenter loquitur de actuali interiori uel exteriori. Agere enim, uel actus, uel non sine actu est. **H**æc tua. Vere tua sunt, id est, adeo Scholastica & Thomistica immo Aristotelica, ut me piceat & foedeat ea confutare. Rogo, ubi hic scriptura, patres, aut Canones sonant? **D**einde miror, quod iuxta peripateticam istam Theologiam, uerbum illud agite, non ad solam internam actionem retulisti. Item, quid si & ego tua industria usus, te calumniarer & dicerem, **O**mnen uistam (quod ego posui) non esse idem quod omni tempore (quod tu interpretaris) Sed tamē admitto, nec duriter agam tecum, reuerebor canos tuos & dignitatem tuam. **R**em ipsam tueri conabor. **I**deo paulo fuisus hic tecum fabulabor, ut iam secundo totum tuum Dialogum subuertam.

Primū falleris reuerende pater in uerbo, agite, quasi id auctum importet, quem contra habitum distinguas. Idem est enim, agite poenitentiam, quod, poeniteat uos, seu, ut ausus est interpres Latinus Act. ii. Poenitemini & saluamini &c. Nam & græci Metanoite (quod poenitentia agite, transse- runt) respicite, seu ad mentem & cor redite, significat.

Secundū, habitualis illa poenitentia, nec a uobis intelligibilis, nec uulgo tradibilis, nulla est apud me, sed a uobis co- dicta ex Aristotele præsertim, si qualitatem quandam in ani- ma perpetuā & otiosam intelligitis. aut doce eam ex Scrip- tibus, Canonibus, ratiomibus. **N**olo (ut scias) te aut Sanctum Thomam, nudos habere magistros, in his rebus, quæ ad animam pertinent, quæ solo uerbo dei uiuit & pa- scitur, ideoq; unus est eius magister Christus. Hunc autem

in te loquentem non audio, sed Aristotelem & hominem.

Tertium, pessime facis, quod negas saluatorem impossibilis iussisse, plusq[ue] pessime facis, quod hoc fallitatem aedes appellare. Ideo em̄ semper orare oportet, Dimitte nobis debita nostra, quia nunq[ue] facimus, aut implemus mandata dei. Nec possumus in hac uita implere. Sicut B. Aug. locuples tissime contra Donatistas & Pelagianos testat. Sed & Paulus R.o. viij. queritur se captiuari in legem peccati, & non facere bonū quod uult. Similiter & Gal. v. Caro concupiscit aduersus sp̄ritū, & sp̄ritis aduersus carnē. Hæc em̄ sibi aduersantur, ut non ea, quæ uultis faciat. Iste sunt inimicitie: quas posuit deus inter semen serpentis & semen mulieris, id est, inter carnem & sp̄ritū, inter concupiscentiam & charitatem. Quod ergo non omni tempore pœnitimus & resipiscimus, uitium est, licet impossibile sit fieri. Cōclusit em̄ deus omnes sub peccatum, ut omnium misereatur.

Quartum. Omnes doctores Ecclesiastici sentiunt mecum nullus aut fecum. Sic em̄ B. Aug. totam fidelis uitam, crux & martyriū esse pronūtiat. Quemadmodū & Iob viij. militiam seu tentationē uocat, uitam hominis super terram. Et B. Bern. Stare in uia dei, & non proficere, est deficere. Et alibi, Vbi incipis nolle fieri melior, desinis esse bonū? Et hoc est quod in Psal. Vita iusti uocatur uia, semita, non domus aut status, ut uitam eius quendam cursum & non statū esse doceat. Sicut de Christo omniū iustorum archetypo dicit, Exultauit ut gigas ad currendā uiam. Sed hanc uiam semper currere non potest homo, nisi dilatetur cor eius. Iuxta illud, Viam mandatorū tuorū cucurri, cum dilatasti cor meū. Hæc est illa renouatio mentis, quā Apostolus Paulus (non ut tu) intermittebam, sed de die in diem, de charitate in charitatem, in eandem, quæ in Christo est, formam promouendam docet. Sed non ex nobis, immo sicut a sp̄itu domini &c, quia præceptum est impossibile &c.

R. P. MARTINI LUTHERII

Quintum. In omni bono opere , potius aguntur, quam agunt filii dei, sicut Ro. viij. dicit, Qui spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. Et ea opera (omnium qui remotiorem Theologiam gustauerunt iudicio) sunt optima quae sine nobis, in nobis operatur Christus. & ea fere pessima, quae iuxta Aristotelis pessimam doctrinam, nobis eligentibus, & (ut uocant) libero arbitrio mediante, operatur. Sic enim sit, ut optimi ieunet, qui alia meliora meditatus, ne cogitet quidem an ieunet. Hi enim longissime omniū ab edendi cupiditate separatur. Non autem ita qui se sentit & proponit ieunare. Ita qui sancta meditatur, aut ea quae suæ sunt uocationis, operatur intentus, quibus eum a uitijis abstrahit, uel abstractum conseruat, sine dubio uerissime poenitet, si tamen id a more dei, non sui causa faciat. Quia id demum est uiuam & ueram poenitentiam agere, animū a uitijis propter deum separare, & separatim seruare magisq; separare, Tu uero qui sacramentalem illam & initialem poenitentiam ob oculos tantum ueras, cuius feruor & tumultus durare non potest sine miraculo, inuenisti impossibilitatem.

Secundā falsitatem meam ita protuntiasi Verbum Christi dicentis poenitentiam agite, non potest intelligi de sacramentali poenitentia. Hanc falsitatem esse sic ostendis. Tripliter (inquis) poenitentia dici consueuit. **P**rimo est uirtus quædam, cuius obiectum est peccatum sub ratione emendabilis, actus uero eius est dolor uoluntatis de peccato. Ipsa uero est habitus moralis, eliciens dictū actum respectu prædicti obiecti. **S**ecundo poenitentia est sacramentum, cuius partes sunt, contritio, confessio, satisfactione. **T**ertio accipitur uulgariter pro satisfactione iniuncta a sacerdote, & omni carnis mortificatione &c. **H**æc Syluester.

MARTINVS. Iste ne est quælo cæstus ille immant corpore Entellinus, quo audaculum hunc Daretu cruentabis? Doleo & iam poeniteo, me adeo contempssisse quen-

AD SYLVESTRUM PRIERATTEM RESPONSIO

80.

dam tuæ sectæ patrem in nostra Germania, qui contra meas easdem positiones & ridicule & inepte pugnauit, Longe tamen acutius & doctius quam tu. Et nisi canos tuos uerer (sicut me decet) profecto hanc tuam distinctionem pro dignitate tractarem.

Primo, quis dedit tibi, aut diuo Thomæ hæc potestatem ut uerbū simplicissimum, simplicissimi & unici doctoris Christi, in tres diuideres sectas? Hoccine est scripturā interpretari, an potius dilacerari? Qua scriptura, quibus partibus, quibus rationibus hæc distinctionem stabiles quæsos? Thomæ, non credo. Sylvestrum, & si Palatij magistrum, nego.

Secundū, iterū ructuas Aristotelicā philosophiā de iustitate moralī, de obiecto, de actu elicito, quasi ego talia nunq̄ audierim, deinde quæ talia sunt, ut in populo doceri nō possint, nec ad scripturæ intelligentiā utilia, portenta duntaxat uerborum, non nisi ad contentiones fouendas conficta.

Tertio, poenitentiā uirtutem, dolorem uoluntatis definis. Qua rogo authoritatē? Tua? Quid hæc ad Martinum?

Quarto, quod est omnium acutissimum, immo immanissimus cæstus Entelli, quod poenitentiam primo modo uirtutem, distinguis a poenitentia tertio modo, quam uocas omnem carnis mortificationem. Ergo poenitentia uirtus nō mortificat carnem? Quid ergo facit? Viuiscat carnem; uel sinit uiuere carnem? Quod autem uon mortificet carnem, tua illa probat acutissima distinctio, quia poenitentia primo modo non est poenitentia tertio modo. Hoc sic intelligo, Poenitentia dolor uoluntatis, qui uere mortificator carnis est, non mortificat carnem. Si hæc Germanus diceret, frigidum cœlum culparem. Nunc quia Italus hæc dicit, sub ardenti cœlo degens, quid prætendā, non inuenio. Nisi quod uerum te in epistola dicere credo, scilicet te & senem esse, & in cōmentarijs Thomæ non tam implicitum, quam immersum, immo submersum credo.

AD SYLVESTERVM PRIERATEM RESPONSIO

Quiato. Poenitentiam secundo modo satisfactionem etiam esse dicis. Item tertio modo satisfactione esse dicis. Et primo modo si est dolor uoluntatis, non potest fieri quin & ipse dolor satisfactionem operetur. Rogo quod nobis tandem distingues satisfactiones? Hæc ideo impugno, ut hæc tuam distinctionem denuo septem alijs noue conflictis distinctionibus defendas, more sacrae Scholasticæ Theologie. Et tu dicas, omnes nihilominus in uerbo Christi intellectas, ut persuades mihi doctrinam Christi sine Thomæ & Sylvestri distinctionibus intelligi non posse. id enim opus est ut persuadeat, qui Christum nisi sine Thoma intelligi uix credo.

Sexto. Libera me quæslo ex his angustijs meis. Si uerbum Christi potest intelligi de sacramentali poenitentia, præseruam tertia eius parte, id est satisfactione, uerbum autem Christi est præceptum immutabile, quomodo fit ut sacerdotalis potestas, sacramentalem satisfactionem mutet, dando indulgentias & remissiones satisfactionis? Nonne uides uel aliam esse satisfactionem sacramentalem, quam Papa remittit, scilicet Ecclesiastica, uel si eadē est, nullas esse prorsus remissiones, & indulgentias esse meras illusiones, & simulatas remissiones? Non em remittere potest, qd deus præcepit & ligauit.

Septimo. Si satisfactione comprehenditur in poenitentia secundo & tertio modo, utræcum autem est quæ a sacerdote insungitur, Rogo, quomodo stabit hæc distinctione? Sacramentalis enim satisfactione non est nisi quæ a sacerdote imponitur & eadem est (te authore) quæ tertio modo accipitur. Iure mihi ueniam dabis, si hæc non capio. Aeneum enim caput, & nasum ferreum habeo, id est, indocile & incapax tantæ tuæ Theologie ingenium, si ita placet.

Tu nunc uide quomodo uerbum Christi non solū posse, sed debere etiam etiam intelligi de qualibet harum trium poenitentiarum, contendas.

Tertiam fallitatem meam persecutus dicens. Tertia fallit-

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO

tas est ad hōiem, id est, ad te. Quod scilicet Christus non intēndit loqui solum de interiorē pōnitentia. Hoc enim in se quidem uerū est, Sed tibi qui uis Christum his uerbis indīcere pōnitentiā in omni uita, de exteriori non potest intelligi, quā oportet intercidere somno & gaudio, gaudendo cū gaudētibus, & huīusmodi, unde tibi solum de interiori pōntelligi, nō omni, sed habituali, quia etiā interiorē actum liberi arbitrij dormiētes necessario intercidimus. **Hæc Syl.**
Credo hæc tibi acuta & firma uideri. Placet autem quod dicit falsitatem esse ad hominem (id est, ad faciem & appetitiam) reuera autem ualidissimā ueritatem. **D**e habituali pōnitentia, & omni uita agenda, supra satis dixi, quae & si non sit omni uita, debet tamen fieri omni uita, ideo enim peccamus, quamq; īj qui sunt in gratia, nullo momento sunt si ne pōnitentia tā exteriori q; interiori, quia sanctificant se ab omni inquinamento carnis & spiritus, licet & carnificinam illam confictamq; hypocrisim non faciant.

Id non satis admirari possum, quod aperte negas pōnitentiam in gaudio agi posse, cum pōnitentia eo sit purior, quo fuerit hilarior & iucundior. hilarem datorē diligit deus. **S**ed Apostolū quæso reprehende, qui Thessalonicensibus præcipit, Semper gaudete in domino. Et Psal. Semper laus eius in ore meo. **D**ic rogo, ut aliquando etiam plorent, & male dicant in domino. **I**gitur semp in domino gaudendū, semper in nobis plorandū. In deo habemus unde gaudeamus In nobis, unde lugeamus. ideo sit gaudium in luctu, & latus in gaudio, gaudium in abscondito, luctus in cognito. **S**ed hec non sunt Scholastica, ideo differo in aliud tempus.

Quod uero dicis. Vel in somno intercidere necessario aſtus pōnitentiae. Agnosco egregiū Aristotelem in te ex Ethicis suis fabulātem, ubi dicit, quod miser & fœlix dimidio uitę nihil differunt, uterq; enim dormiunt nocte, id est, nihil agūt uel fœlicitatis, uel infœlicitatis. **Q**uomodo potest tibi

R. P. MARTINI LUTHERII

uera Theologia placere, cui placet tā insipies philosophus.
C Audi Apostolū Paulū ad Ro. Qui manducat, dño manducat. Qui nō manducat, domino non manducat. Et iterū. Qui uiuit, domino uiuit. Qi moritur, domino moritur. Sic & ad Corinthios. Non estis uestri, Empti eīm estis pretio magno. Hunc (rogo) liceat imitari, & dicere, Qui dormit, dño dormit. Qui uigilat, domino uigilat. Et alibi, Siue comeditis, siue bibitis, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite. domino aut dormire, credo, non negabis esse dei uoluntati parere. uoluntati autem dei parere, optima certe poenitentia, & a uitij purgatio est. Puto etiam quod dormiens uiuat, si uiuit, certe dño uiuit, ut hic dicit Apostolus.
C Item quō audes dicere, dormientem fidem, esse uacuum actibus bonis, qui tū maxime bonis actibus plenus est, qn deum in se quieto agere patitur, & sabbatum domini celebrat. Sed sisto, nescio enim an Thomistica theologia hanc theologiam unq̄ senserit. Paulina est eīm, non Peripatetica.
C Quartā falsitatem meā tandem hanc ponis, Quod poenitentia interior nulla est, nisi foris opereū uarias carnis mortificationes. Sic enim ego posui. Immo (inquis) exterior poenitentia nulla est sine interiori, interior aut sola potest hominem saluare. Sed hanc falsitatem meā tu ipse tollis & dicis, potest tamen hoc dictū tuum uerū, & a saluatore intentum habere sensum, scilicet quod oīmis interior poenitentia operatur uarías carnis mortificationes exterius, id est, pro loco & tempore &c. Gratias ago tādem, quia defendis me. Hic concordamus aliquantū, sed rursum repente dissentis, dicens. Hic aut sensus tibi uidetur impossibilis. Hic ego, Tibi uidetur impossibilis. mihi uero est nō tantum possibilis, sed & in esse semper, ut Peripatetice tecum loquar. Quia oīnia iusti opera sunt poenitentiae, id est, mutationes & renouationes de die in diem. Hæc autem non possilia modo, sed necessaria quoq̄ sunt, nisi sis de nonaginta nouem iustis, qui

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO 85.

poenitentia non indigent, aut socius Pharisæi, qui non est si-
c ut cæteri hominum. Nam nōs cum Ecclesia congemimus
assidue. Errauī sicut ouis que periret, quare seruum tuum, &
cum Publicano, uocem turturis sonamus, Deus propitius
esto mihi peccatori. Et cum lob, ueremur omnia opera no-
stra. Et dimitte nobis debita nostra, cum omnibus sanctis di-
cimus non solum uerbo, sed corde & opere. Semper enim
in timore dei agimus, Timor autem principiū est sapientiae
id est, mutatio de insipientia ad sapientiam, quæ est uerissi-
ma poenitentia. Factis ostendit se non egere poenitentia (ait
Bernardus) qui nō assidue ad poenitentiam festinat, Tuam
tamen sententiam nō damno, qui non nouisti aliam, quam sa-
cramentalem illā, & nescio quanto tempore dūtaxat duran-
tem. Nos nec continuam istam semper agi a nobis pro des-
bito dolemus & confitemur, ideo & poenitemus simul, &
non poenitemus satis. ¶ Hac rogo uerbosissime a me tracta-
ta boni cōsulas, quia necessarium fuit ostendere tibi, quam
nihil meas positiones caperes, & quam frustra ex tam infir-
mis principijs totum hunc Dialogum deduxeris. Nihil ui-
deo relictum in Dialogo, quod non ex his abunde confuta-
tum iam sit. ¶ Sed sponte mea latius tecum agam. Quoni-
am ad propositionem meam quartam, dicens, doctrinam hāc
esse falsam, impossibilem & erroneam, nisi poena intelligas
tur pro exteriore mortificatione, pro loco & tempore, Sa-
tis iam dictum est. Exteriorem poenitentiam esse debere as-
siduam, & si fieri non potest quo ad actus poenitentiae a te
intellectos, fieri autem potest, quo ad actus a Christo dos-
tos, id est, quos Ecclesia remittere non possit, hi sunt reno-
vatio mentis de die in diem. ¶ Vera ergo pro tua opinione
dicens. Sed non probas meam sententiam falsam & impos-
sibilem. ¶ Illud uero non possum tolerare, quod dicens, im-
proprie a me dici, odium sui, quantum ad uere poenitentes
altnet. Nullus enim imbutus gratia diuina (inquis) odit se,

N ij

Ad. q.
tomloz.

R. P. MARTINI LUTHERII

Meditum sicut nec proximū, quem ad instar sui diligit. **L**ibens permitto, ut cum tuis, de odio sui, propriissime loquaris, modo permittas mihi, ut cum domino IESU CHRISTO in proprio loquar, quādo dicit. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custodit eam. **E**t cum Apostolo Ro. xv. non debemus nobis placere. Et iterum. Non qui se ipsum commendat, ille probatus est. Tu uero cum persuades uere poenitentes sese diligere, necessario concedes, ut & cōmendent sese tanq; uere diligibiles bonos, iustos, sapientes, & sic sibi placeant, id autem nihil aliud est, q; cum Pharisaeo horrenda superbia, non poenitere, sed irridere deum. **S**ic enim docetis infelices discipulos SCHOLASTICI THEOLOGI subire scilicet & perire. Sed latior est ista materia, quā nunc patiatur negotiū tractare. Error enim & ignorantia dilectionis, longe lateq; nimis persuasit, doctiores maxie. **E**go sic sapio, quod homo Christianus seipsum non diligit, nisi in deo, in seipso uero, non nisi odiat, hoc est quod cum ipse sit mendax & uanus, deus autem uerax, nihil eorum, quæ ipse cupit aut nouit, diligit; Sed omnia quæ sibi contraria sunt, querat. **N**ihil autem est contrarium mendacio & uanitati q; ueritas, ita sit, ut dum se odit, & sibi semper contraria amat, uerissime se diligit, non in se ipso, sed in ueritate, quæ mendaci sibi est cōtraria. Sic sancti crucem, mortem, stultitiam, ignominiam dilexerunt & cupierunt, quibus tamen ipsi non nisi perdebatur, quia seipso in nihil redegerunt, ut esset deus omnia in omnibus. **E**t hoc habent uerba CHRISTI. Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Proinde, quando CHRISTVS dicit, proximū diligendum ad instar sui, meo iudicio, de peruerso & incuruo amore loquit̄. quo homo querit non nisi quæ sua sunt, qui amor nō rectificatur, nisi omittat querere quæ sua sunt, & ea quæ sunt alterius, querat. **H**æc sententia est B. Pauli Epist. V. Non quæ sua sunt cōsiderantes, sed quæ

AD SYLVESTRVM PRIERAT EM RESPONSIO 85.

aliorum. Et,i. Corinth. xiiij. Charitas non quaerit, quæ sua sunt. His uerbis manifeste prohibet amorem sui. Ideo sensus præcepti esse uidetur, Diliges proximū tuum sicut te ipsum, id est diliges te solum & peruerse. si autem amorem eiusmodi in proximū tuum dirigeres, iam uere diligeres, qđ ex eo patet, quia non præcipit ut homo diligat se, quod utiq̄ fecisset, si bonus esset sui amor, sed inuenit amorem sui, & alio transfert, & ita rectificat. **E**t heu rem fontibus chryma-
rum dignissimam, quod hac amoris scientia, tam uacui sunt omnes ferme DOCTORES SCHOLASTICI, ut pro sancta Charitate, fœdissimā cupiditatem doceant. Nec altius incedunt, qđ ille paganus qui dixit, Proximus esto tibi, qđ tamen alius rursus gentilis Terentius damnauit. **I**llud quod ait, Nullus imbutus gratia & uere poenitens odit se, uidetur inferre, quod uacuus gratia odiat se, qđ tamen contra omnes Scripturas est, quæ ubiq̄ detestantur eos, qui se ipsos amant, ut II. Thimo. III. & illud omnes quæ sua sunt, quaerunt. Inde etiam apud tuos magistros damnantur affectus commodi. Item fruitio creature, usus dei, & abusus rerum, Amor male accedens &c. Nisi aliud Psal. x. te mouet quod dicitur. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam, licet in Heb. sit, odit anima eius, scilicet dei, tamē permitto: quod odit animam suam. Sed hoc facit pessime diligendo animam suam, ut Beatus Augustinus Ioan. XII. interpretabitur, Amor ut pereat, odium ne pereat. Sed fortasse uoce tantummodo hic dissentimus, nisi quod scio uoces has raro pro ueritate intelligi.

ad
3.
tendu.

Contra Quintam propositionem meam, ubi dixi, per indulgentias non remitti poenas, nisi arbitrio sacerdotis vel Canonum impositas, Dicis me, circa factum Ecclesiæ male sentire, & sanctis dissentire, ideo cōclusionem meam tuo iudicio hæreticam esse. Hic si te interrogem, qui sint illi sancti, & quod factum ecclesiæ?

N ij

CNon video quid dicas, nisi quod sanctum Thomā nomines, cum quo te remitto ad fundamentum meum primū & secundum. Nam ego non capio quomodo in isto uerbo C H R I S T I. Quodcunque solueris &c. Petro sit datum priuilegium. Non enim priuilegium, sed lex generalis & ius refragabilis data est, non Petro tantum, sed omnibus prorsus sacerdotibus & toti ecclesiæ. Cur ergo tu cum Thoma tuo id soli petro arrogas, & ita arrogas ut priuilegium appetelles? Aut si Petrus potest huius uerbi uirtute soluere poenas purgatoriij, cur non & quilibet sacerdos? Est iste modus interpretandi euangelijs?

CSecundo, quod duo supposita facis, Primum, quod ecclesia per indulgentias concedat liberationem unitis animæ, Secundum, quod ecclesia facit indulgentias simpliciter plenarias, ita qd anima euolaret soluta a corpore &c. Respondeo, uide tu R.P. ne supposita illa tua, sint apposita per te & humanū diem. Redderationem huius fidei & spei, utinam uera dices, immo absit ut uera dicas, quasi in manu ecclesiæ sit, animas liberare, quando & quomodo uoluerit.

Tertio, Doce me unum factum ecclesiæ, in quo dedit liberationem unius vel plurimæ animarum, nisi Cryptas forte Sancti Sebastiani & Laurentij ac Pudentianæ, aliacq; Romana loca mihi recitabis. Sed tu uide, quid ipsi uos Romani de his locis sentiatis, Deinde, quot fabulis saltem aucta sunt ista loca, utcunq; coepерint. Sed de ijs latius in Declarationibus meis, Interim ego fateor me usque hodie, in hac redubitare. Nec sum hereticus, si negatiuam teneo, donec determinetur a concilio.

Quarto Clemen. de poenit. & remis. c. Abusionibus, manifeste dicit glossa in uerbo mendaciter, ideo non extrahi a nimis per indulgentias, quia sunt iam iudicio dei subiectæ. Hunc interim textum decretalis (id est papæ) id est factum

ecclesiæ (ut tu dicas) sequar, cui cōsonat euangelium. Quod
cūq; solueris super terram, non sub terra, nō obstante quo-
rundam uiolenta, adulanteque glossa contraria, Nec uidi a-
liquam Bullam, quę aliter habeat, nisi quod per modum suf-
fragij, animas redimi passim dicitur, de quo, ubi supra. Sed
tu, qui contra me disputas tanta alacritate, ut ipsa lātitia tibi
influat ueritatem, tanta fiducia quoq; ut Satanam ipsum nō
extimescas, eo maxime scilicet iniūcto robore fretus, quod
de facto ecclesiæ non licet male sentire. **C**um num id respon-
de, cum qua Ecclesia, & tu, & Thomastrī tui sentitis in fa-
cto ecclesiæ, de conceptione beatæ uirginis? Num cum uir-
tuali, num cū repræsentatiua; num cum essentiali; num cū
exule illa & a te proscripta, quae est concilium generale? Si
ergo licet tibi non modo non bene, sed contra sentire in fa-
cto ecclesiæ, quia opinionem tenes nondum reprobatam,
Cur ego non permittor tibi dissentire in opinione, nec de-
terminata, nec reprobata; præsertim cum tu nihil pro te ha-
beas, nisi nudā sancti Thoma narrationem. Ego autem clas-
rum textū Clemen. & aperta uerba Euangeliū, deinde Ger-
sonem, qui multis annis posterior Thoma, dicit, opiniones
esse ad utrancq; partem probabiles in hac re. Deinde penes
me aliquot eruditos & acutos tractatus quorundā in Ger-
mania, qui etiā damnant tuam & sancti Thomæ sententia.
Quinto, quod ponis casum, si peccator teneatur ad pœ-
nam a sacerdote iniunctam, item a Canone iniunctam, item
a deo iniunctam, tunc sequi ex mea propositione, tales per-
cepta plenaria indulgentia non euolare, aut non liberari a
purgatorio. Et ita de facto Ecclesiæ male sentio, & hæreti-
cum sapio.

Respondeo, Tu quoque uide, ne de facto Ecclesiæ tam
bene sentias, ut factū dei pessimūdes. Idecirco pono tibi rur-
sum casum. Si peccator sit plene & uere cōtritus, ideo facto
dei omnes poenæ sunt ei remissæ, quid cōfert huic remissio

R. P. MARTINI LUTHERII

plenaria? Si autem non est plene contritus, quid proficit ei remissio plenaria, cum maneat imperfecta ibi charitas iustitiae, imperfectum odium peccati? Sed latius ista in declatus enim es Thomista, nihil probans, neque allegans, de poenis tantummodo multiplicas uerba, quas cōtemnit Charitas de contritione, pene nihil dicis, Quae diligit poenas.

Sexto. Non credo usq; hodie per claves remitti poenas a deo infictas, & rationes meas uidebis in declarationibus, nec tu unq; id poteris probare, sine probatione autem tibi nihil prorsus credo. Et ut animū meū scias, Mihi uidetur id in grauissimū ecclesiæ ludibriū uergere, si ea doceamus, de quibus nullā prorsus rationem reddere possumus. **N**ec sat is ibi esse credo etiā factum ecclesiæ (quāq; hic nō sit factū ecclesiæ) quia tam Papa q; concilium potest errare, ut habes Panormitanū egregie hæc tractantem lib. i. de const. ca. significasti, **I**deo fundamenta tua ubi distinxisti ecclesiam in essentialē, repræsentatiuam, uirtualem, ut iacet in uerbis, nego, & pro nihilo habeo. Tua enim sunt, id est sine scriptura & autoritate ulla prolata, **E**GO ECCL ESIA M VIRTV ALITER NON SCIO, nisi in CHRISTO. repræsentatiue, non nisi in Concilio. Alioquin, si quicquid facit ecclesia uirtualis, id est Papa, factum ecclesiæ dicitur, obsecro quanta monstra in Ecclesia pro benefactis numerabis mus? **N**onne Iulij secundi horrendas Christiani Sanguinis effusiones? Nōne Bonifacij octauī tyrannides, in toto orbe abominabiles, & per omnes Chronicas pulsatas? De quo extat prouerbii, Intravit ut uulps, regnauit ut leo, mortuus est ut canis. Non eo nobis tandem persuadeas, ut sub nomine repræsentatiue & uirtualis Ecclesiæ, omnia illa iam diu intolerabilia portenta in Ecclesia, pro factis sanctissimis Ecclesiæ colamus? **N**e uerum facias quod nostri Germani de tuo Dialogo sentiunt, scilicet, te hoc Dialogo, nō tam Martinum refellere, quā Pontifici & Collegio Cardinaliū adulari

AD SYLVESTRVM PRIERATTEM RESPONSI 85.

uoluisse. Si autem Papa est uirtualis Ecclesia, Cardinales re-
præsentatiua, collectio fidelium essentialis. Quod uocabis
Concilium generale Ecclesiæ non est uirtualis; non repræ-
sentatiua; non essentialis: Quid tum fortasse accidentalis,
nominalis & uerbalis ecclesia.

Septimo. Nouam hanc Thomæ tui intelligentiam reſcio,
qua illud uerbum CHRISTI; Quodcunq; solueris &c.
sic intelligendum proponis, ut Petrus soluere possit, etiam
a deo infiſtas poenas. Iterū quāro, Quia authoritate, qua
industria hanc intelligentiam, ex iſtis uerbis trahes. Cur nō
Beatus Thomas tuus tecum relinquit eum ſenſum, quem
Ecclesiastici patres, præſertim Chryſoft, ad Hebræos tenu-
erunt, ut ihs uerbis nihil aliud CHRISTVS uoluerit, quā
quod ligationem & ſolutionem Petri, fideles non ſecus ha-
beant, ac ſi CHRISTVS ipſe ligaret & ſolueret, hoc eſt
ratificauit ligationem & ſolutionem eius in terra. Quo non
fit, ut aliquid Petrus ſoluat in cœlo uel extra terram. Aut
cur non aſtruīſ etiam ligare poſſe Petrum, & poenas a deo
infiſtas infligere, cum ſit utraque potestas una & æqualis?
Corrige ergo uerbum Christi, & ita doce. Quodcunq; ego
ligauero in cœlis, tu ſolue ſuper terram. Hanc enim tuam
eſte intelligentiam in uerbis Christi, euidentis eſt. Sed quam
absurda & impia eadem ſit, credo uel palpare poſſis. Igis-
tur facias quod facis. Ex iſtis uerbis Christi nunquam aliud
probabis, quam quicquid Petrus non potheſt ligare, id nec
ſoluere potheſt, quamuis quicquid ligauerit & ſoluerit, tan-
quam deo ligante & ſoluentे obedire teneamur, Ut ſalua-
ſit unitas Ecclesiæ ſuę, quam ihs uerbis conſtituit.

Octauo. Inducis sanctum Thomam, quod ſecundum me-
am opinionem Ecclesia huiusmodi faciens indulgētias, ma-
gis diſmifcare homines, quam iuuaret, quia abſoluendo
ab iniunctis poenitentijs, remitteret ad grauiores, id eſt, pur-
gatorias. **H**æc sanctus Thomas.

Respondeo, siue hæc sanctus Thomas, siue alius dicat, nihil ad me, per fundamentum meum primum, secundum, & tertium. **O**pñio est tantum, nondum decreta ueritas, cui si interim contradixero, non ero hæreticus.

Secundo, uellem a beato Thoma doceri, qua dialectica stet ista cõsequentia. Ecclesia remittit soli iniunctas poenitentias, ergo remittit ad grauiores, id est, purgatorias. **V**os Thomistæ grauiter estis reprehendendi, qui sancti huius uiri opiniones, & sèpius falsas meditationes, nobis pro artculis fidei audetis statuere. Et id unice curatis, ut sicut nihil præter Thomam dignamini uestra lectione. Ita nihil uultis in eo falsum uideri, in qua sententia iam diu contra omnes Vniuersitates, & totum fere mundum contenditis.

Tertio, fundamentum Thomæ falsum iudico, scilicet, quod deus requirat poenas a peccatore, nec remittat, nisi requisita satisfactione. **C**ontra, uerū est quod spíritum contributum & contritum non despicit. Et qd remittit, totū remittit, nisi forte flagella adhuc pro suo arbitrio inferat, quæ nec Ecclesia, nec cœlū relaxare potest. Ideo quādo Ecclesia remittit iniunctas poenitentias, non ad grauiores remittit. Quia nō habet potestatem remittere ad alias poenas, uel nō remittere. Sed de ijs in probationibus meis. Inique itaq; mihi imponis, quod detruncem priuilegiū ecclesiæ, & hæresim sapiat ea propositio. **T**u potius uide, an non in deum sis impius, qui ut potestatem ecclesiæ uana adulazione extollas, in præiudiciū diuinæ potestatis extollis. Id ei tribuens, quod solius dei est. Quare mihi ignosce quæso, si tā solicitus sum pro dei honore & potestate defendenda, q; tu es pro Ecclesiæ potestate eleuanda. Et expectemus uterq; in hac re sententiā & determinationem Ecclesiæ seu concilij. **M**iror aut̄ cur hanc potestatem Ecclesiæ te appellare priuilegium deflectet, nisi quod titillare uideris eos, qui magis de potestate dominante, q; de charitate seruiente gloriantur. **S**iquidem

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSI 86.

privilegium non ad cōmunitatis ministeriū , sed ad proprietatis cōmodum pertinet. It hāc gratiam debemus SCHOLASTICAE VESTRAE THEOLOGIAE, quod cōmune bonum Ecclesie (potestatē clavium) non ministerium multorū , sed dominii feceritis paucorum , Tyrannidem ethnicam, non seruitutem Christianam spectantes.

Dmono, Idem dico ad illud, quod sequeretur animas magis damnificari, quam iuuari per indulgentias plenarias, quia remitterentur ad grauiores . Obsecro te, Quid Ecclesia ad hoc facere potest, quod anima uadit ad purgatorium ? Ipsa absoluīt eam a suis poenīs, non remittit ad purgatorium, facit quod potest, si hoc non sufficit , defectus est animae misericordis, non Ecclesiae absoluētis, non enim potestas Ecclesie, sed fides purificat, saluat, liberat animā ab omnibus malis. Quae fides ab Ecclesia dari non potest,

Decimo, illi damnificant animas, qui omitunt eis persuaderē plenam fiduciam in Christo, & contemptū poenarum : Et non nisi magnitudine poenarum terrent, & pusillanimes faciunt, quatenus uirtutem potestatis magnificent, que tanta mala possit tollere . Da animā imbutam charitate. Et erit dura sicut infernus æmulatio eius.

6. **C**ontra conclusionem meam sextam, Vbi dixi culpam nō posse remitti potestate clavis, nisi declarando uel approbando &c. Latissime resolui meipsum in hac materia, ut uidebis in Declarationibus, quia & ipse hanc conclusionem auctorium sententia, non mea sic posui. Tua autem confutatio prorsus nihil est. Dicis enim, quod attriti uirtute clavis (iuxta sanctorū interpretationem, forte sancti Thomæ) fiunt contriti. Et ideo non modo Papa, sed quisq; sacerdos dimittit dispositiue & ministerialiter.

Respondeo primū, siue sancti sint, siue peccatores, qui sic loquuntur, nihil moror. hoc scio, quod errant . Error inquit est, quod attritus fiat contritus uirtute clavium. Quia ut ait

O ij

R. P. MARTINI LUTHERII

Apostolus, Oportet accedentem credere. Fides autem nō solum conterit, sed etiam iustificat. Impossibile est enim, qd digne accedat ad sacramentum, nisi iam iustificatus & uere contritus. ¶ Vnde illud commentum de attritione satis late uagans, sigmentum est, & nihil in rerum natura, nisi simulationem forte uolueris eam intelligere, quæ magis indignū faciat sacramento. Quid dicam? Etiam iste tuus Dialogus cōfirmat sententiā meam, iam diu mecum moratam, Quod uidelicet THEOLOGIA illa SCHOLASTICA, ex us lem nobis fecit ueram & synceram Theologiam. Nam uides, quod ppetuo hoc Dialogo nihil ago, nisi quod resisto & redarguo SCHOLASTICAM THEOLOGIAM id est falsam scripturæ & sacramentorum intelligentiam.

¶ Secundo. Tu ipse cogeris dicere, quod omnes omnium facultatum dicunt, scilicet a solo deo remitti culpam. Quō ergo uirtute clauium uenit cōtritus, quæ sola uirtute gratia dei uenire ab omnibus dicitur? Vide ne tua confutatio magis sit hæretica, q̄ mea propositio, licet confutator forte nō sit hæreticus. Si autem sola gratia dat contritionem. Quid faciunt Ecclesiæ claves, si non declarant uel approbant gratiā, quæ eas iam præuenit? Immo nullus uenit ad sacramentū, ¶ Aut responde reuerende Pater, Cur ante & non post baptismū quæritur baptizandus, an credit? Cur absoluendus quæritur, an doleat digne de peccatis, antequā absoluatur? An noua iterum Theologia, materia sacramenti poenitentiae non contritum, sed attritum pones? Ergo contritio non est prima pars poenitentiae, sed posterior confessione. Et tamen omnes dicunt, quod cōfessio sine contritione nulla sit. An forte postq̄ fuerit absolutus, id est, sacramentū consecutus, & uirtute clauium contritus, tum demū incipiat repetere confessionem? Quod si hæc Theologia uera est, meū fuerit consilium, ut quilibet peccator, prius absoluatur, quæ

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO 8A.

confiteri permittatur. Et ita omnia peruerso ordine (ita nult SCHOLASTICA THEOLOGIA) agamus, absoluendo etiam quod nescimus, Deo gratias, immo nobis miseris, qui tantam fiduciam in creaturam ponimus, & clavis tantam uirtutem tribuimus. Sed non permittit dolor & negotium omnes errores in hoc sacramentum inuectas per traditiones hominum, percensere, occasionem dedisse, meliora ualentibus sufficit. **I**gitur nunc quattuor sunt partes poenitentiae, scilicet Attritio, Confessio, Contritio, & Satisfactione, adeo profecit Theologia, adiutorio Philosophiae.

- A.** **C**ontra cōclusionem septimā, ubi dixi, Nulli remitti culpā nisi subiecto sacerdoti, quā cum uerā assereres, & tamen inculpatā dimittere non uelles, eo me saltē uituperio foedasti qd leprosum appellasti, quia miscerem aliquas ueritates falsitatibus. Gratias ago, qd aliquando (licet cū obprobrio) ueracem me confiteris. Sed id admiror, quid acciderit uobis Thomistis, ut tā diuersum sentiat. Hanc em̄ meā conclusione, Thomistae & tuę sectae fratres in Germania miro zelo detestant. An aliū habeatis Thomā in Italia, & aliū in Germania, ignoro. Nisi forte mihi suspicionē facere uultis, qd nec Thomistae Thomā, nec Thomas Thomistas intelligat.
- 8.** **C**ad octauā dicis, sicut ad septimā, id est, esse ueram, sed mixtam alijs falsis, ideo me leprosum & maculosum. Dico & ego sicut ad p̄cedentem. Conueniat primū Thomistis inter seipso, & tūc pugnēt cōtra me, quāq̄ miror hāc cōclusionē te non reprobare, cū tam multis p̄suasum sit, eam esse falsam.
- 9.** **C**ad nonam, ubi dixi, excipi articuli mortis & necessitatis in decretis Papę. Recte me dixisse sentis, sed non apte seu appropriate, qd illa exceptio intelligat non quo ad impositionem poenitentiae, sed quo ad reservationem casuū. Primo, Manhu: quid hic audīo: supra me sunt quæ dicis, ideo non possum ad ea respondere. Si Papa etiā in morte reservat impositionis poenitentias, fateor me non intelligere, quo modo alias

O iii

R. P. MARTINI LUTHERII

quam iuxta canones imponendas asseras. precedente enim
cōclusione admisisti, morituris poenitentias Canonicas nō
imponi. Hic rursum dicis, Papam non remittere poenitenti-
as, nisi forte intelligas (ut inferius) poenitentias a sacerdote,
uel a deo inflictas, nō excipi articulo necessitatis. Sed de ihs
iam supra dictum est, quod penas a deo inflictas, non sit ec-
clesiae uel reservare, uel relaxare, & sacerdotis impositio me-
re est arbitraria. Verum si ita sapis, figura illa cōmunia se-
queris, quod quia sacerdos incertus est de quantitate poe-
næ infligendæ, ideo morituro nō potest omnia soluere, sed
relinquit hoc Papæ. Primū quis credat, quod deus a mori-
turo requirat aliam quam mortis poenam: quā solam suffi-
cere dicunt, ad plenariam remissionem omnium peccatorū
& poenarum, si uolenter fuerit suscepta, quod uerissimi est,
quia preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

¶ Secundū, si ignorat sacerdos quantitatem infligendæ poe-
næ, quis eam certam facit summo Pontifici? At inquis, huic
dictum est, Quodcunq; solueris &c. Respondeo, nunquid
& quilibet sacerdos eiusdem uerbi uirtute soluit?

¶ Heec & his similia, non nisi ex opinionibus dicitis, & in ec-
clesia dei docetis, quæ probare prorsus non potestis.

10. ¶ Ad decimā, Arguis me admittere, qd in alijs damno, nem-
pe, qd animas ad purgatoriū addico, dum solū iniunctas di-
eo remitti poenitentias. Respondeo ut supra. Non remitto
eas ad purgatoriū, sed iustitia uel rigor dei, quem potestas
ecclesie tollere nō potest, nisi oratione, nō potestate clavis.

¶ Deinde suadeo, ut fortiter moriantur, quod eos tutiores
faciet a purgatorio, quam omnes omnium indulgentiæ.

¶ Undecimam preteris ¶ Ad duodecimam dicens, etiam nunc
ante absolutionem poenitentias imponi, ut c. dudum.

¶ Respondeo, Non tenes quod uolui, quæ & culpa mea est
quia non satis me expressi. Sed nec oportuit, cum disputati-
onem proponerem. Sensus meus est & fuit, quod olim nō

11

12

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSI 88.

absolutebantur ante pœnitentiam expletam, quod ex eo poterat intelligere, quod subiunxi, tanq; tentamenta ueræ con- tritionis, Nostro enim seculo, ubi solum imponitur, non autem impletur ante absolutionem, non potest explorari, an uera sit contritio. Et utinam ille uetus mos reuocaretur.

13. **¶** **Ad tertiamdecimam.** Concedis uerum esse, per mortem omnia solui, ubi ex Canone tantum pœna debetur. Quod si eam quam imponit Canon, etiam diuina iustitia exigat, purgatorium neges, necesse est.

¶ **Respondeo,** Siue iustitia exigat, siue non, nihil hoc ad claves Ecclesie, sed ad orationes duntaxat. Sicut Iacobus dicit, quod oratio fidei Ecclesie salubrit infirmum, & si in peccatis fuerit, remittentur ei.

¶ **Secundo.** Fieret tunc ministerium clavium aliud nihil q; negotium perambulans in tenebris, quia solueret, nesciens quid & quantum solueret, quod mihi certe satis absurdum uidetur. Nam iudicium ferri non debet super re prorsus incognita. Claves enim rem certam, & solidam operari debent. Sed iam satis supra & alibi.

¶ **Tertio,** nō sequitur, ideo purgatoriū a me negari. Sed solū quod purgatoriū uirtute clavium non possit solui, ut infra;

14. **¶** **Ad quartamdecimā, & quintādecimā,** ubi disputauī, quæ mihi uideret esse pœna purgatoriū, sed horror & timor, ac p- pe desperatio. Tres mihi falsitates imponis & temeritatem.

¶ **Respondeo ad temeritatem prius!** Eiusdem criminis res mecum es & tu, & S. Thomas, immo Thomas om̄i mas-
xime. Qui per omnia ferme sua scripta aliud nihil facit q; di-
Tijon sputat, & qd grande est, etiam ea quæ fidei sunt, in quaestio-
nēs uocat, & fidem uertit in utrum, ut nosti. Cur ergo mihi
quæso, nō permittis disputare de ijs rebus, quæ sunt dubios-
sissimæ, & nō determinatæ? Nungd ego ecclesia sum, immo
plusq; ecclesia, ut meæ disputationes pro dissinitionibus acci-
piatur. Sed cōsuetudo ista est Thomistica, qua oīa asserere

R. P. MARTINI LUTHERII

Soletis, etiam quæ disputatiue proponitis, aut in Thoma legitis. Ideo & me assertorem credis, nō disputatorem. Verū ut uidebis in declarationibus, si in nulla mearum propositis onū parte dispueto, hac parte maxime dispueto, & ita dispuo ut meam sententiā firmius probare mihi uidear, quam tua opinio sit probata, non tamen diffinio, sed iudicium ecclesiæ expecto. Ideo ignosco tibi, quod me hæreticum uocas, sciens hunc esse morem Thomistarū, ut hæreticus esse, uelit, nolit, cogatur, duntaxat apud Thomistas, qui opiniones Thome non fuerit secutus, Nunc reliqua.

Prima, inquis, falsitas est, qd aperte innuo, eos qui in purgatorio sunt, nescire, se se saluandos esse, ut & xix. propositione dixi. Tu uero cū diuino Tho, cuius doctrina p regulā fiduci ecclesiam Romanā, & discussam, & probatam dícis, ponis, qd sciunt se liberādos, alioquin suffragia nō expeterent.

Respōdeo, Rem ipsam omitto, quia dispuo, & infra xix. conclu, nō omnes esse certas dixi, licet aliquæ forte cognoscant, de quibus late in declarationibus, si peruererunt, aut puenient in manus tuas. Nam id credo me probare & probasse, quod non omnes sciunt se esse saluandas, ut testantur exempla multa, de animabus euntibus ad iudicium &c.

Probationes tuas tantū uideamus. Primo authoritatem B. Thomæ inducis, cuius sententiā, sententiam sanctorum uocas numero plurali, forte reuerentiae causa. Et ut huic credam dícis a Romana ecclesia, regula fidei probatum. Miror quod inter tot ecclesiæ doctores, non aliquando aliud quoque, aut textum scripturæ inducas, ideo per fundamentum secundum, iterum tam te, quam Thomam reiūcio. Quia & Augu. receptus ab ecclesia magis q̄ sanctus Thomas. Paulus autem maxime, qui fundamentum meum primū est.

Secundo, miror. Quid uelis, qd ecclesiam Romanā fiduci regula uocas. Ego credidi semper, qd fides esset regula Romana ecclesiæ, & omnium ecclesiarū, ut Apostolus Gal. vi. Et

quicunq; hanc regulā secuti fuerint, pax super eos &c. Rōgo eousq; digneris adulari Romanæ ecclesiæ, ut eam permittas discipulā esse fideli, quæ reguletur fide, non regulet fidem. **S**ed forte hæc uerbi est cōtrouersia, quia regulā fidei improprie locutus, uocas, quod ad eam fidem, quā Roma/na ecclesia profitetur, oīm fides debet conformari. Et placet mirifice. **N**am & ego gratias ago Christo, qd hanc unā ec/clesiā in terris ita seruist, ingenti, & qd solum possit probare fidem nostram esse uerā, miraculo, ut nuncq; a uera fide, ullo suo decreto recesserit, nec tot Barathris pessimorū morū, dia/bolis tantū efficere potuit, ut penes hanc nō maneret ab origine sua canonicorū Bibliæ libroru, & ecclesiasticorū pa/trū & interpretū authoritas, & authoritatís syncera profes/sio, licet multi forte sunt nimis, qui priuatim his libris prsuis nullā habeant fidē, nec eos curent, aut legere, aut intelligere. **T**ertio, illā consequentiā tuipse quæsio perpende. Animæ expetunt suffragia, ergo sciunt se esse saluandas. Fuisti ne tu ipse aliqn in periculo, uel mortis, uel alterius necessitatē, in quo nesciebas, an tibi esset pereundū uel emergendū? Si fuisti, recordare quæsio, q; anxiæ quæsieris auxilium & consilium eo maxie, quo ignarus fuisti auxiliū & consiliū. Et (ut ille ait) una salus tibi fuit, nullā sperare salutem. Si nō fuisti, obsecro uelis credere ihs, qui fuerūt. Vbi est ergo argumentū tuum petunt suffragia, ergo sciunt se saluandas? Quid si contrariū uerius sit, petunt suffragia, ergo ignorant se saluandas? **S**ic inq; potest fieri, ut a facie eterne iræ horrentes, timeant peri/re & in lacū ire sempiternū, & ne intrent orare, & suffragiū querere. Hoc ecclesia uidetur sentire, quando pro eis orat, ne absorbeat eas Tartarus. Item, Libera eas de ore leonis. Ecce in ore leonis iamiam deglumentis, & in absorptione Tartari eas esse, ecclesia protestatur, sed latius, ubi dixi. **S**ecunda, inquis, falsitas est, quod qui purgantur timeant, præterquam filialiter, quia timor de futuro malo &c.

Respondeo, tuo te gladio peto. Temeritas est in ihs, quæ nos ratio naturalis non docet, uelle aliquid diffinire nostra authoritate. Elue hanc temeritatem tuam, qui sine autoritate tam fiducia pronuntias, non esse in purgatorio, nisi filialem timorem. Thomam enim non audio. **S**ecundo, video te eo errore laborare, quasi possit esse filialis timor in via tam purus, ut nullus cum eo mixtus sit timor seruile poenarum, quod iuxta scripsit, & ecclesiasticos patres non est possibile, cum nulla virtus perficitur, nisi in patria. **E**t haec meæ positionis causa est quod animæ sunt imperfectæ charitatis, habentes mixtum timorem poenarum, id est, seruilem. Aut doce me, quod de poena doleant, si non timent eam, si non dissentiant ab ea, nisi definitio doloris B. Aug. alia est in purgatorio, alia super terram, qua dicit, dolor est diffensio animi ab ihs rebus, quæ nolentibus nobis accidunt, dolent ergo. Sed hoc sit, quia nolunt, si nolunt, seruileiter continent poenam. **T**u cape, ego nec singere possum, quod quis doleat de poena, quam non timeat, aut horreat.

Tertio, id uero quod acutè dixisti, quia timor sit de futuro malo. Animæ autem sunt in praesentibus malis. Si cogitare posses uel gustasses uitæ futuræ unam guttulam, non ista dices.

Omnia sunt illuc præterita, omnia præsentia, omnia futura. Breuiter, quia haec sunt ignota tibi. Hoc est quod dico, quia poena purgatorij est timor futuri mali, id est, horror damnationis. Sicut supra exemplum dedi, de ihs, qui in periculo sunt constituti. **Q**uarto, quod si solus iste horror satis esset poenarum, impius esset deus, qui alias poenas adderet, obsecro creatorem tuum modestius nominare uelis misera creatura, nunquid ideo deus impius esset, quia non secundum caput tuum, opinionibus Thomisticis differtum, ageret? **D**einde, nec me intelligis, non dixi hanc poenam esse sufficientem, id est, omnem quam patiuntur animæ, nec de alijs poenis disputauim. Sed hanc solam aio tantam esse, tam uehementem, ut sola possit uice purgatorij esse, cum in ea sit omnis

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO

90.

poena, immo aliæ poenæ seorsum nihil sunt ad istam, ut dixi
in declarationibus.

16. **A**d decimā sextam conclusionem, ubi purgatoriū dixi ui-
deri prope desperationem, tu contra, certam spem salutis in
purgatoriū ponis, & hoc non, nisi nuda Thomæ authorita-
te, quod remitto ad fundamentū meum secundū. Secundo
uehementer dubito, an scias quid sit certa spes, cum tua ipsi-
us sententia sit, quod homo nescit, an amore dignus sit.

Tertio, hanc conclusionem ex supradictis apertam relin-
quo, quod morituris & periculo pressis, licet nondū sit de-
sperata, propter tamen, ac uelut similis est desperatæ, salus. O-
mnis enim timor, pars quædam est desperationis.

1A. **A**d decimam septimā, ubi ex consequenti animabus au-
geri necessario charitatem, dixi, tu pulcherrimo Aristotele
mihi occurris, quod uno inconuenienti dato, plura mihi cō-
tingerent, scilicet nō minus absurdum esse, quod timorem
seruilem in animabus posui, q̄ charitatis augmentum. De-
inde tu q̄ optimas tuas conuenientias prosecutus cum B.
Thoma, contrarium asseris, nihil allegans aliud, pro more
tuo, nisi noua uocabula, scilicet quod animæ secundū Tho-
mam, sunt viatores secundū quid, non simpliciter, **Q**uis di-
xit tibi & Thomæ, esse eos viatores secundū quid, non sim-
plieiter? An Aristoteles in Elenchis suis quis temeritatem,
ut tu uocas, tibi permisit, scrutandi eius, ad qd nulla suppe-
tit nobis ratio, naturalis præsertim, cum nō disputes, sed de-
finias? An illa tua fortissima ratio, qua dicis. **A**lioquin, bonū
effet eis, diu esse in purgatorio, ut perfectiores & consuma-
tores euaderent? **H**oc argumentum credo non posse fieri,
nisi a Thomista, tantum habet acuminis. Nam ex eo etiam
sequeretur, bonum esse, ut nullus sanctorum moreretur. **E**t
ut martyres usq; in diem iudicij, carceres & ungulas sustine-
rent, quia si charitas potest angeri in statu in quo sunt, bo-
nū est, ut diu in illo maneat, hoc est, semper moriantur pro

R. P. MARTINI LVTHERII

Christo, quo perfectiores euadant. Hæc tu, ut dicas, non sequens uocum nouitates, sed uestigia sanctorum.

18. ¶ Decimam octauam, ubi uidebas me petere authoritatem scrip. uel rationis, omittis, nisi quod authoritate sanctorum pluraliter, id est, S. Thomæ, dicas fieri argumentū probabile. Concedo esse argumentū probabile, id est, dubiū & dialecticū, cui non sit necessariū accedere fide. Et hac tua professione obstrictū uolo, ut quoties mihi diuum Thomā adducis, sine scriptu, sine patribus, sine ecclesia, sine ratione loquenter, memor sis, te dialecticum non theologum agere id est, probabilia tantummodo tradere, non credibilia.

¶ Quid ergo? Hoc pacto iam oīno conuenimus in unū, & si nis est disputandi, quia hoc quod affiras tu, ego nego, uis ergo ut sistamus; nam deinceps præter diuum Thomā nihil ponis, nisi quod aliquādo me conuictijs infectoris, ubiqz aut inuidiosum pontifici me facere studes, sed transiliā breuiter

19. ¶ Decimā nonā præteriens, dicas idem qd supra ad decimā quartam & decimā quintam dixisti, quo & ego te remitto;

20. ¶ Contra uicesimam dicas, summū pontificem posse remittere poenam tam impositam, quam non impositam, ut edos cet diuus Thomas. Oppositam autem dicere est hereticum & contra priuilegium datum Petro.

¶ Respōdeo, nego, & rō negādi dicta supra Con. qnta. Hæreticus aut ero, si postq ecclesia determinauerit, nō tenuero.

¶ Ad uicesimam primā, me conuictio pungis, ideo transeo.

22. ¶ Ad uicesimam secundā, ea dicas quæ supra Conclu, quinta sunt confutata, Nego esse factum & doctrinā ecclesiæ, relaxari poenas purgatorijs per uiam indulgentiæ, quanqz admiror, quod hanc propositionem non approbaueris, qui superius docuisti & admisisti. Animas in purgatorio non soluere canonicas poenas, ut dicit mea hæc propositio.

23. ¶ Ad uicesimā tertiā, longo uerborū tractu repetis id, qd supra tractatū est, propositione VI. de attritione & contritio,

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO.

91.

ne, quod ibi dixi, hic dictum puta. Non est enim fundamen-
tum Theologicum, ex attrito fieri contritum uirtute clauis
um, sed erroneum. deinde attritio seu dolor ille imperficius
non est idem quod uelle habere dolorem & gratia dei; Sed **Attritio.**
uel est simulatio fallax, uel est initium gratiae uerissimū. Si
cut B. Aug. ait. Desyderiū gratiae est initium gratiae. Et alibi
Velle esse iustum, est magna pars iustitiae. Immo Apostoli
in eo gradu permanenterunt. Rho. VII. Velle mihi adiacet, per
sicere nō inuenio. Non ergo attritionis, nec liberi arbitrij,
sed gratiae est tale desyderiū, ante omnem uirtutem Clauis.

Secundo facillime admitto, qd dicis, Indulgentias cōferri
posse etiā imperfectissimis, nec hoc negat mea propositio,
imo ego credo, qd remissio pœnæ sacerdotalis potest con-
ferri indignis & non contritis. Sensus aut̄ meus, qd nulla o-
mniū om̄o pœnarum, tam a deo impositarū, qd ab homine,
nisi perfectissimis potest dari, immo nullis in hac uita, manet
enim pœna mortis, dolor cordis &c. Et nullum est dubium
in hac propositione, experientia teste, & omniū sententia;

Ad uicesimā quartam, Negas falli populū, si modo attriti
confiteantur &c. qd ut supra de attritione dictū est, reiōcio.
Secundo quod addis, alia opera bona non esse relinqua-
da propter uenias, cum nullus pro certo sciat, se uenias asse-
cutum. Item, quia etsi illi ueniam nō consequuntur, pium
tamen opus faciunt, quod eos in salutem disponit.

Respondeo. O miserū patrocinium ueniarū, obsecro, si in-
certum est cōsequi nos uenias, quid facimus? quid doces?
Apostolus prohibet, ne in incertū curramus. Hec tua apud
me uerissima sunt, immo apud omnes. Hinc est, qd ego tota
fiducia suadeo hominibus, ut relicti uenijs, inuicem bene-
faciant, quia hic sunt certi, sele gratia dei cōsequi. Illuc uero
incerti, an gratiam hōis cōsequant. Hic tandem dicis & sen-
tis ad omnia uota mea, immo plus qd uolui. Ego qui hereticus
perfidus, erroneous accusor, nunq̄ tam uiliter de indulgen-

R. P. MARTINI LUTHERI

Ihs locutus sum, nec loqui uolo. Quid est quæso donū in certū, nisi nullum donum? Quare ergo tot pompis irritatur uulgas ad incertū suum bonū, qd ad certissimū bonū sine pompa potuit induci? Hoc modo peius fallitur, non maior pars populi, sed totus populus. Quid si ego ista dixissem?

Secundo. Vbi nunc est potestas Papæ, Vbi uirtus Clavis um, si non nisi incertū operantur? Iam CHRISTVS nihil dedisse uidetur Ecclesiæ, qui nihil certū ei dedit. Eo scilicet, peruenit res ecclesiæ studio SCHOLASTICAE Theologiae, ut quæ donata sint nobis, nesciamus. & id profitemur nos nescire, contra Apostolum i. Corin. ij. Sed uide meas declarationes. Credo me id effecisse, ut intelligi possit, quid claves & quid non operentur, idq; non incerte, sed certe.

Tertio, Altera lacinia frigidū huīus patrocinij tui, miserarū ueniarum est hæc, quod etsi illi uenias non consequantur, tamen pium opus faciunt &c. Volo premere, quæ hic cogito, tu quæso uide quid dicas, & quid inde sequatur. Hoc dico interim, nō potest populus ad pium opus induci, nisi spe incerta ueniarum: Dic hoc populo & uide, si unum obulū pro tali ueritate consequaris. Quis enim pro incerto, certū laborerit? Ideo necesse est præconibus ueniarum, hanc ueritatem nō docere. Et tamen nō fallitur maior pars populi. Ad has impias fabulas peruenimus, dum docemus populos nō incertissimam & nudissimam misericordiam dei, sed in proprias iusticias incertissimas, immo nullas confidere.

Quarto, sic ueniae essent pro mortuis solidiores quam pro uiuis, quia tua sententia prosunt defunctis certissime, uiuis aut incerte. Et tamen pro uiuis sunt principaliter & directe institutæ. Quod si directe non sunt nisi incertæ, quō quæso certæ fiunt, quādo sunt indirectæ? fateor hæc etiam in Glo. li. v. c. Quod autem, posita. Primo me mouerūt, ut de indulgentijs dubitarem. Et quō non dubitarem, cū dubitare, ius bear, a tantis ueniarum tutioribus, doctoribus præconibus?

¶ Quinto, Vide ne populus p̄iū opus pro uenias facere doctus, non faciat eo ipso, nisi malū opus, scilicet, si opus huiusmodi alias nō faceret, nisi uenias speraret. **Hic** patet, qđ non deum pro sine, sed creaturā, scilicet, remissionem poenae, in opere suo habet. **Nisi** uerum sit quod aliquid dicunt, indulgencias esse pias fraudes, quod populus bonum opus facit propter deū & spe placendī deo, prouocatus ad hoc per uenias.

25. **¶** **A**d uicesimāquintā, ea quæ dicas nihil curo, non em̄ sunt ad propositū, tu intelligis propositionē mēā loqui de potestate iurisdictionis, quā tñ negauī superius & inferius in purgatoriū valere. **Ego** loquor de potestate operandi, & qđem nō fuit mens mea, ut sic fallerent legentes, sed tunc sicut occurrebat, ita ponebā. **Potestas** itaq; hæc est, quia Papa generali intercessione orat pro defunctis cū tota ecclesia, Episcopus speciali, ut in diebus cōmunitib; Curatus, in singulis fe-riis. Ergo est potestas orandi & intercedendi, de quo alias.

26. **¶** **A**d uicesimāsextam, dicas ecclesiam habere potestatem in purgatorium secundum sanctos (id est, S. Thomam) & hoc per applicationem meritorum CHRISTI.

¶ Respondeo ut supra, sanctum Thomam nego.

27. **¶** **A**d uicesimāseptimā, ardens in defensionē tuorū dicas, nō hoīem, sed meram ueritatem & catholicā prædicari ab ihs, qui animā eo instanti, quo plene factū est illud, gratia cuius plena uenia dat, puta quando deiectus est aureus in peluum.

¶ Respondeo, o suauissimā glossam, quis ignorat, qđ anima quando satisfactū est pro ea, in instanti euolat? Nūquid hoc impugnari, quis ista nō credit, Sed & hanc glossam tuā derunt postea tui quoq; fratres Germaniæ. Secundo hoc attende, & hic responde, ubi urgeris & nodus hæret, An sit hoīem prædicari uel deū, dicere, qđ anima per indulgentias euolat. Hoc tu iam iterum, facto & doctrina ecclesiæ, id est, opinione tua & sancti Thomæ probas, & nō aliter, quanq; tu nō tam uiliter pendis animas, qđ hi nostri. Siquidem tu au-

R. P. MARTINI LUTHERII

reū in peluim, nostri duodecim quatrinos satis esse dicunt.

Tertio, quod si etiam uerum esset, per indulgentias redimi animas, qua dialectica didicisti, eodem momento satissimū pro anima, quo factū est id, gratia cuius donatur uenia & ita diuinatis de ihs rebus abstrusissimis, ac si præsentes omnia uideretis. Nonne posset fieri, ut dum ille nummū iactat, inter̄ tim angelus sicut Thobise fecit, offerat deo memoria huius facti, & deinde animam uisitaret, & aliqua mora intercedente redimat. Aut aliud fieri, quod nos ignoramus.

Quarto aptissimā adducis similitudinem, quod talis prædicator sit similis coco, qui substancialē cibos, accidentalē bus saporibus exacuit. Immo hoc dolemus, quod comestores illi, nimis accidentalibus & alienis uerbis adulterant uerbum dei. Deniq; iube, ut prædicatores illi hoc modo sua uerba intelligenda doceant, & uidebis eos omni populo sibilū & fabulam fieri, nullus enim ita intellexit. Quare satis uideo, quantum sollicitauerint apud te, ut hanc eorum conscientiam utcunq; excusares, & leuares, sed frustra.

28. **A**d uicesimamoctauam, me detractorem uocas, & eum qui ponit in cœlum os suum, quia deus (inquis) concessit Papæ dare de suffragio pro uoluntate sua.

Respondeo. Nolo tecum coniūtijs agere mi Pater. Scio quod omnia facilius sustinemus, quam ueritatem. Tuis uerbis non potest offendī auaritia, quia non tangis eam, sed tinges & pingis. Nam quod Papa possit dare suffragium, non nego, sed quod suffragium faciat animam euolare, hoc int̄ rim nego, donec tu aliud probaueris.

29. **A**d uicesimānonam, primū somnia mea uocas. Deinde ex S. Thoma de poena uolūtaria longū trahis sermonem. Et in fine dicas, Contrarium si quis asserat, stultus & ridiculus sit.

Respondeo, sum optime contentus, ut tu sapias & rideas, usquequo uoles. Sim ego stultus & ridiculus.

Secundo. Ego questionem duntaxat posui. Tu sicut ege-

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO 95.

gius Thomista (pro more uestro) nec tutum uestris opinio-
nibus contrarium ferre potes. Nihil tamen prorsus probas.

Tertio, Ita distinctio B. Thomae est falsissima, meo iudi-
cio, scilicet, quod aliqua poena est, per quam bonum acqui-
rimus, ut quae est in hac uita. Alia autem per quam nullum
bonum nobis accrescit, sicut est mors naturalis & poena pur-
gatoriij, quia licet sine ea (ut ais) non peruenitur ad bonum!
tamen bonum non per eam accrescit.

Respondeo, Ita loqueris sine iudicio, ac si necesse sit uer-
bum B. Thomae oraculum haberi. **C**ur ergo Apostolus
errat, quando dicit, omnia cooperantur in bonum sanctis? Sed
forte ut estis prompti ad distinctiones (id est scripturæ dis-
criptiones) dices, quod omnia cooperantur, scilicet huius
uitæ, sic enim soletis elabi. **C**ontra Rho. xv. Qui moritur,
domino moritur. **E**t Psalmo cxv. Preciosa in conspectu dos-
mini, mors sanctorum eius. Doleo ego sanctum uitum eo prola-
psum, ut neget per mortem, bonum accrescere. Cum sancti
martyres, martyrio & morte, summum præmium & aureola
obtinuerint. Igitur, siue haec dicat angelicus, siue humanus
doctor, insulsissimum errorem dici, cum fiducia proclamo.

Quarto, eodem sensu, probabiliter, nihil afferendo, dixi,
Animas quoque voluntaria passione poenaru purgatoriij, per-
fici in charitate, quia necesse est, ut amant & eligant poenas,
quas sentiunt deum eis infligere. Haec enim uoluntas dei est,
quam super omnia diligunt, aut certe diligere laborant.

Ad trigesimam, repetis eandem tuam cantilenam, quod animæ
certæ sunt de gratia dei & salute &c. quibus supra respödi.
Ad trigesimam primam, dicis me superfluum dicere, eo quod
supra posuerim perfectissimas consequi uenias. Hic autem
uere poenitentes, qui tamen minus rari sunt.

Respödeo, Recte fecisses, si meas propositiones intactas
reliquisses. Tu incedis ad Aglonem, & illæ ad Austrum, adeo
conuenit tibi cum indulgentia earum. Tu audes egregie mi-

pater, pfectissimos discernere a uere poenitentibus. Deinde qd absurdius est, poenitentes & attritos facis eosde, nisi obicem ponant, ista figura obicis & attritionis, supra quoq; reieci, & nunc reijcio. Humana sunt commenta nuper inuenta, sine authoritate illa & ratioe. Neminē poenitet uitse suæ nisi gratia fidei præuentū, ut tenet una sententia totius ecclesie. Quid mihi ergo de fictitia illa poenitentia, quā tu attritionem fingis? nec est ullus tam perfectus in hac uita, qui nō egeat pñia, ut supra dixi. Tu autē poenitentia extra ecclesiam uideris ponere inter attritos duntaxat, qd est euidentis error.

32. **(A** tricesimāsecundam. Vbi ego docui, ne ullus sideret in literas ueniarum, quippe cum dicat Scrip. Maledictus qui confidit in homine. Tu acutissime uolens unum malum uincere, gemino te perdis. Primū satios, eos asseris, qui sine operibus bonis tutos se putant. Quid ergo supra dixisti, qd attritus consequens sacramentum & indulgentias, euolaret si moreretur: cum talis omnino sit sine bonis operibus? Deinde uideris admittere, quod cū bonis operibus possint esse tuti, hoc secundum te Christianum est, secundum August. & Paulum, Pelagianum est. Cum talia opera reuera nulla sint, quibus tuti esse possumus. Sed nuda misericordia salu erimus, Ut Apostolus Tit. iiiij. Nō ex operibus iustitiae, quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Ita & alibi, sola fidei iustitia gloriatur.

(Secundum. Qui uero ex spirituali commodo eiusmodi literarum concipiunt spem melius uiuendi & moriendi, &c. recte sentiunt. & sic docentes, recte docent.

(Respondeo. Remissio poenarū tantū conferitur per literas & indulgentias, dignū ne ergo iudicas hanc, spirituale commodum uocare? Quid anima inde boni consequitur? Nihil pro�us, & tamen est spirituale cōmodum. Ita luditis uerborum & nominum licentia, donec omnia confuderitis.

(Secundo, quō melius spes uiuendi nascitur ex remissione

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO

92

pœnarum; id est, uita ex morte. Mortua res est pœnarū remissio, & ita mortua, ut etiam tuis Magistris testibus, melius sit satissimacere p se, q̄ satissimationem remitti per indulgentias. Sed quid ego cum tuis nudis uerbis pugno? Spes uitæ melioris ex deo per gratiam eius uenit. **G**ratia autem nō in remissionibus, sed in inflictionibus pœnarum potissimum operatur. Ut ad Corint. Virtus in infirmitate perficitur.

33. **A**d tricesimāteriam, Vbi nihil habuisti quod diceres, id uoluisti conari, ut me Pontifici odiosissimum faceres, cuius me detractorem iniustum, falsum, erroneousq; deblatteras. Euidens signum est destituti a ueritate, furor, & indignatio. **R**espondeo tibi semel pro oībus. **S**VMMI PONTIFI CIS potestatem honoro, sicut decet. **V**estras aut, uel opiniones uel adulations cōtemno. Ideo huius cōclusionis meq; (hanc em non dispuo) contrariū, libera fronte hæresim proutio. Nō est in manu hoīs reconciliari hoīem deo, nec Pa=pa pōt gratiā dei iustificātem donare, ut tota sentit Ecclesia. Cuius contrariū, nullus fuit tā fœdus hæreticus q̄ doceret.

Secundo, ut tuis præconibus utcunq; succurras, iterum singis distinctionem, pro Thomistarum laudabili more, d. Qui uero dicunt (ut refert) uere dicunt, modo reconciliatio illa intelligatur improprie, per amotionem reatus, qui animam a dei contemplatione clare secludebat.

Respondeo, miror, qd nō eadem opera reconciliationem illā intelligi doces, Alphabetū Gr̄cum, uel Hebræū, aut ali qd aliud, qd non significat literis & syllabis istis. Si ista licentia improprie loquendi pmittitur, quid me impugnas? cur nō aliq sensu improprio, me uera dixisse singis? cur nō om̄ hæresium insanias uno sinu suscipimus, cū possint eorū uera fieri, si improprie accipiātur? Vbi manet regula illa,

QUOD DOCTORI ECCLESIAE oīs improprietas (quantū fieri pōt) uitanda est: Et illud sapientis. Qui loquitur sophistice, odibilis est. Rogo dent mihi tui impropriæ te-

P ii

cum uenia, si uerba uestra nō intelligimus ego & populus? Credimus eīm uti uos uerbis p intellectu, nō pro illusioē no- stra. Nisi iterū redīt, qd B. Hierony. in Ioanne Hierosolymī- tano arguit, scilicet, qd aliud loquunt̄ fācerdotes, aliud au- diūt̄ populi. Vos aut̄ dedita opa, ad improprietatem uertitatis uerba, & hoc etiā ita defendit̄, ut gloriām uelitis meruisse. 32. **A**d tricesimam quartam, dicas quod sit hæretica, quia ne- gat quod Papa possit omnem pœnam abolere.

Respondeo & ego per distinctionem, Hæresis accipitut uno modo, pro ut est contra opiniones nudas Thomistarū, Et sic est hæretica. Alio modo, pro ut est contra doctrinam fidei & ecclesie, & sic est catholica.

Secundo, spero quod mihi etiam non rogatus concedes, per indulgentias nō aboleri mortem, & mortis tot pericula & infinitas passiones huius uitæ. Iste aut̄ manentib⁹ obse- cro, quid magni remittunt ueniae, quādo relicta mortis pœ- na, satissimāculas temporales remittunt? Sed ex Musca Elephantem facere placuit, utinam non amore Amorrei.

33. **A**d tricesimam quintam dicas. Nullum esse declamatorem reor, qui tam stulte docuerit.

Respondeo, Ego non reor, sed scio. Extant eīm libelli posi- tionū, quibus id non solū docent, sed ita defendunt, ut cōtra- riū asserant errorem. Idcirco iterū rogo dñm, ut Thomā Ita- licū & Germanicū sibi discordem, primo concordet, ut scia: utri pugnem, uel cedā. Sed iterū ad solitum refugiū uenis, id est, ad improprietatem forte, d. Si qui tñ docerent, quod nō contriti, non uane indulgentias consequuntur (quia prode- runt contritione, ex post facto accedente) nō male docent, apud cōplures peritos. **E**rgo id Christianū est prædicare? **C**ur ergo scriptura nos hortatur, ut q̄totius cōuertamus & cōuertamur. Et nullam dat fiducia futuræ pœnitentiae, int̄- rim secure dilatæ. Sed omni hora uigilandū docet. Siue ua- leant indulgentiae in futurū, siue non, nihil curo. Id curo, qd

pro re leuissima, id est uenīs, rem illā grauissimā, & solā ne-
cessariā, id est, contritionem tā uiliter aestimamus, tam frigi-
de curamus, ut non ad nos p̄tinere uideat, quo tempore pe-
ccator eam obtineat, modo pr̄sentes uenias redimat, quas
cū sine periculo nō solum differre, sed etiā nunq̄ redimere li-
ceat, sedulo tñ agimus, ne differat. Si id amore pecuniae nō
sit, Cur non tā sedulo agimus, ne cōtritionem differat: pro-
prietas hic ne obstat: oīa tam acute pro ueniarū gloria exco-
gitant̄. Et impius sum, q̄ pro gratia dei uel stupide dispu-to.

- 36.** **A**d tricesimā sextam dīcis, qd sit heretica, deinde poeniten-
tiales Canones euacuet, euertat, & tertīā partem p̄nitē satis-
factionem, & oīa iura loquentia de poenitentia, & purgato-
riū. Adde quæso & cœlum & terra, ut oīa comprehendas.
Respondeo. Spero dabis mihi uerū esse, quod per totam
Ecclesiam dicitur, scilicet posse contritionem hominis tan-
tam esse, ut deleret omnem culpam & poenam. Secundo
dabis, quod uoluntarie morientes omnia soluunt, & satisfa-
ciunt plenissime. His credo sine indulgentijs & literis ades-
se remissionem plenariam, & tamen me in hoc non esse hæ-
reticum, nisi apud Thomistas forte.
Secundo, debitū ideo dixi etiam ijs, qui tam perfecti non
sunt, quia Papa minister est Ecclesiae, quicquid potest face-
re fidelibus in salutem, debet sub necessitate salutis, etiā gra-
tis, quod si non fecerit, deus supplebit spero per misericor-
diam suam, quod homo neglexit per incuriam suam.

- 37.** **A**d tricesimā septimā. Post q̄ dimissa disputatione, quā de
participatione honorū Ecclesiae cōperas. Dīcis tandem hæ-
reticū me esse, si dicerem sufficere impleri iniunctā poeniten-
tiā a sacerdote sine impletioē eius, quæ a deo imponit, & sic
euolare peccatorem nō satisfacto prius deo. Sicut dixi, ue-
ster iste mos est, si mos uocari possit, tanta cholera aestuare,
ut altera pene syllaba hæticū dicatis, nil nisi hæticū, hære-
ticū, hæticū, Thomistæ loqui dīcierunt, & tñ nihil pror-

R. P. MARTINI LUTHERII

sus efficitis, nisi quod contra uestras frigidissimas & nudissimas opiniones dictū aliquid esse probatis. Ideo mihi de uobis Isaias uideſ dicere, Concipietis ardorem, & parietis stipula. Et illud Gentilis, Parturitū montes, nascetur ridiculus mus.

Primū, ex prædictis uidisti, quod de poena quā deus infligit, omnibus partibus a te diuersus sum, alijs nixus principijs, ideo totum, quod contra me machinaris, frustra machinaris, nego principia tua, & te totum a planta pedis usq; ad uerticem, sicut habes fundamenta mea superius posita.

Secundū, nolo ego docere uel doceri in Ecclesia, quod requiris, non possum defendere, nisi dicendo, Sanctus Thomas sic dixit. Christianus sum, non Pythagoricus.

38

Ad tricesimā octauā. Vt robigē dñabiliter me errare dicis siue de culpa, siue poena intelligā, quia Papa non declaratiue, sed ministerialiter & dispositiue, culpā & poenā relaxat.

Respondeo, Hæc supra confutata satis sunt, quia ante ministerium Papæ, & ante eius dispositionem, oportet remissam esse culpam, Nihil enim ualet tua fictitia atritio.

Secundo, quo ad poenā a deo infictā, Papa nec dispositiue nec ministerialiter se habet, ut remittatur. Hoc em̄ ptinet ad forū dei, in quo Papa p̄ter intercessionem, nihil iuris habet, ut satis dictum est, nec contrariū est determinatū ab ecclesia.

39.

Ad tricesimā nonam, tandem plenus fiducia, primo querum doctorē. Deinde detractorem uenialiū (ne dicā) uenaliū p̄dicatorū & Pontificis, proclamas. Deinde negas bonarū disciplinarū præceptis institutū. Oportet me tandem animū meū & lectoris mei instituere, ut sciamus cū T H O M A S T R I S, neminem posse loqui, nisi paratū, altero uerbo conuictiū, crimen, blasphemīa, audire. Diligitis em̄ opinonis uestræ sensum plusq; onager suū foetum. **A**udiamus ergo istā magnificaū tue disputationis Bullā. Duo, inquis, p̄cepta tenes falsa, quæ uenias euertūt. Vnū, qđ uera cōtritio aboleat oēm poenam. Alterū, qđ uera cōtritio poenas præcli-

AD SYLVESTRVM PRIERAT EM RESPONSIO 96.

gat semper primū impugnas, & id nō nisi bene institutoris
Theologorū paradigmate, scilicet, ubi offendens hōiem, re-
stituitur in amicitia, nō sine emenda. Ita deus, lege cōmuni,
abolita culpa, vult peccatorū emendā p̄stari &c. **P**rimū
si eses bene institutus Theologus, ut gloriaris, scires iudicē-
um diuinū & humanū, dissimillima & contraria esse. Et deū
si remittit, totū remittere, qđ homo, quia nō est tam bonus
qđ deus nō facit. Deniq; sic Christus docuit, Vt filii essemus
patris nō reddentes, nec requirentes malū pro malo, sed be-
ne facientes malis. Si filios oportet esse tales, quanto magis
ipse pater talis est. Ideo lex ista cōmunis, quam tu (pace tua
dico) singis, non habet locum, nisi in opinionibus tuis. Nec
unq; legis a deo peccatū remissum, reseruata poena, p̄sfer-
tim ea, quā Papa remittere possit. legis autem semper contraria-
um, quod oīno poenā & culpā remisit, sat habens uindictę, si
homo noua uita totus ei seruiat. Igit̄ legem illā cōmunem,
qua uititur deus remittendo peccatū, ille doct̄ius & uerius
tradit, qui dixit, Sacrificū deo sp̄ritus cōtribulatus, cor cō-
tritum & humiliatū deus non despicies. Immo de industria
p̄ueniens, damnat uestrā sententia & legem, dicens. Quo-
niam si uoluisses, sacrificiū de dissem, holocaustis nō delecta-
beris. Ad idem est Isa. I. Psalm. xl ix. & Miche. vi. & multa a-
lia loca scripturæ, ad uestram sententiam aut nulla prorsus.
Secundo, iterū inuidiam mihi cōstare anhelas, quādo me
accusas, qđ eneruem & euacuem uenias. Hoc (salua tua re-
uerentia) nō uerū dicis. Ista em̄ est sententia mea, qđ cum sa-
tisfactio sit (oīm sententia) melior, qđ indulgentia, dico, qđ bo-
na opera, quae pertinent ad satisfactionem, sint p̄ferenda
uenijs, p̄sertim, cū ueniæ sint, nec p̄ceptæ, nec cōsultæ,
ideoq; nec meritoriae, nec utiles ad salutem. **Q**uiā ubi non p̄-
ceptū, ibi nec obedientia, ubi nō obedientia, ibi nec meritū.
ubi nō meritū, nec salus. Sunt em̄ licentiae ac p̄missiones qđ
dā, ut oīm libellus repudiij, & nunc gmissio litiū & iurgiorū

R. P. MARTINI LUTHERII

forensium. Ideo dolere me confiteor, qd has res leues, tanto
boatu ardemus uulgo persuadere, quod cum sine exhorta-
tione pronū est ad permissiones, summis viribus persuaden-
dum fuit ad meliora, id est, ipsam satisfactionem. At hoc mo-
do, cum uideant, precones ueniarū, questū funditus peritu-
rum, prudentissime hanc melioris persuasionem, nō modo
omittunt, sed omni studio celerant quoq;. Nec multū prodest,
qd dicitur (causa uerbi) uenias quidem nō ualere ad meritū
seu salutem, ualere tamen ad celerem satisfactionem & poe-
natū extinctionem. Si sane ita, sed nihilominus redit id, qd
prius dictum est, qd adhuc melius sit, etiam poenas & satis-
factiones nō extingui aut remitti, cum in hoc, nō nisi optima
opera remittantur, scilicet oratio, iejunium, eleemosyna. Hę
ēm sunt partes satisfactionis, quas remitti, si audes bonū asse-
rere, audebis etiam, id quod nihil est, optimū dicere. Igitur
uenias querant, qui uolunt, sed exhortentur plus ad melio-
ra, id est, ad ipsa optima satisfactionis opera. sicut uirgini p-
mittit Apostolus nubere, horfatur aut̄ magis, ut uirgo ma-
neat. Tales & tam discretos ueniarum buccinatores, qui se-
parent preciosum a uili, si dederis, nihil est, q dissentiemus.
paucos autem dabis, aut aliquot ex ipsis, mendicos facies.

80. **A**d quadragesimā, cum S. Thoma (timui enim, ne cū S.
Paulo uel August.) confutare conari, alterum meum (ut di-
xisti) falsum præceptum, scilicet quod uera contritio, poe-
nas querit & amat. Et distinguis duplices poenas (sicut &
supra fecisti) Primo, quam diu poenas dare pro sceleribus,
est alicuius boni allatiuum, ut in præsentī uita quando meri-
torium est, uera contritio amat poenas, ad merendū & præ-
cavendum a peccatis, sine tamen contemptu ueniarum.
Respondeo, **G**ratias ago tibi q̄ maximas. Nunquid ego
aliud uolui, q̄ quod tu hic dicas? Cur ergo supra hoc præ-
ptum falsum asserebas? An idem apud te diuersis locis, &
uerū & falsum est? Rogo, si mihi non uis credere, crede ali-

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO

91.

quando ueritati, ut Aug. ait, per os tuum loquenti tibi, for-
tassis ignorantib[us] & inuiti. Admitto optimam istam cōfutatio-
nem falsi præcepti mei, quia uerissimum esse aſtruitur. Seque-
ris, quia utrunc[us] melius est, q[uod] alterum, & cætera. Magne de-
us, quanta est uis ueritatis, ut omnium se fortissime tueatur,
per os detrahentium sibi. Tu qui bonis es disciplinis institu-
tus theologus, doce me quæſo, quomodo hæc duo simul
ſtare poſſint, amare & querere poenas & ſatisfactiones, ſi-
mul etiam remitti, & querere indulgentias? Quia unum il-
lorum, ut ait, ſine altero minus est, utrunc[us] autem melius est
id est, ut ſimul ſatisfactiones, & ſimul omittas ſatisfactionem.
quod eſt aliud nihil, quam cum ratione, ut ille ait, iſtanire.

¶ Sequeris. Vbi uero poenæ nullum boni afferunt? Sed re-
tardant a bono gloriæ, poenæ non assumuntur, &c. De his
conclusio mea nihil dixit, ſufficit mihi, quod etiam tuo teſti-
monio ſit ueriffima, pro hac uita, niſi quod iterum doleo di-
ui Thomæ uicem, & misera ſuæ discordiæ ſortem, quia hæc
conclusionem probat in Italia, & damnat in Germania.

¶ Secundo, iſtud ſigmentum tuum eſt, quod poenæ in pur-
gatorio non afferant bonum, contrarium enim ſuperius te-
nui & defendi, uſq[ue] ad determinationem concilij.

¶ Tertio, Ratio tua nihil ualet, quod etiam poenæ & opera
huius uitæ, retardant a bono gloriæ, & tamen assumuntur
immo, ut quidam e tua ſecta, doctiflilimus doctor Ioannes
Tauferus ait, ſi coelum coram te apertum eſſet, adhuc intra-
re non deberes, niſi p[ri]mum uoluntatem dei ſuper introitu
consuleres, ut etiam in gloria, nō quæ tua ſunt quæras. Sed
hanc ſententiam ueriffimam & theologicillimam, abſit, ut
probet ſcholastica theologia.

xii. **¶** Ad quadragesimam primam, dicis uerum me docere, & gra-
tias ago. Addis tamen, quod non minus caute ſunt impro-
bandæ, & reſtrīgendæ uenire in p[re]iudicium Apostolice
facultatis. Et tu quoq[ue] uerum hic dicis, immo, nec caute, nec

P. v.

R. P. MARTINI LUTHERII

incaute sunt improbandæ, sed permittendæ, ut querat qui uolet, tantum ne magnum quis se cōsecutum cōfidat, quin maius potuerit consequi.

¶ 2. **A**d quadragesimā secundam & tertiam, conaris id persuadere, quod pontifex per uenias prouocat ad pium opus. Et melius esse opus pium cum uenijs, quam alterum solum.

Michi longe alia mens est. Melius prouocaretur fidelis ad ipsam satisfactionem sine uenijs, ut supra coactus es concedere, id est, ad multa bona opera, q̄d quod prouocatur ad unum illorum cum uenijs, id est, remissione multorum, permitto tamen uenijs ita prouocari. **S**ed dico, quod sit incomparabiliter mitius, ideo mea conclusio uerissima.

Secundo erroneum est, qđ opus cum uenijs, uel gratia ueniarū melius sit, qđ sine uenijs, quia si satisfactione est multa & optima merita, quō opus unū cum tot meritorū remissionibus melius erit, qđ ipsa tot merita. **L**oquamur quæso cū iudicio, & Christiana libertate. **N**eque em̄ poteris dicere, indulgentias aliud esse, qđ remissiones satisfactionis, rursum, satisfactionem, nō potes aliud asserere, qđ multa bona opa, ieunij, orationū, eleemosynarū. Sufficit ergo, quæsumus, ut pmittamus per unū opus bonū, multa bona opera remitti, non etiam eosq̄ cōmendemus, ut melius esse unū multis, credat.

Tertio idem est, quod deinceps dicas, quod cæteris partibus, melius est dare eleemosynā gratia ueniarū, qđ gratia meriti precise. Id est, melius tibi uidetur, ut homo, uno bono opere & merito, faciat se uacuū multis bonis operibus, erro neū hoc & impiū esse, pace tua, credo. Semper tu id conaris ut ueniae, nō permissiones & licentiae quadam, sed perfectiones esse uideantur. **S**cis aut̄, quod licentia omnis, nullam habet laudem, nec exhortationes, nisi qđ non peccatum est & infirmorum, potius pigrorum solatium. Immo, ut ille uerissime dixit, **L**icentia omnes deteriores sumus, ita in uenijs quomodo potest melior fieri, concomitâter, ut tu dicas, qui

per eas tot meritis sit minor; & solum permittitur esse dete-
rior, tu autem & suadere uis, ut sit deterior.

Sed uideamus tamen probationem tuam, quia ibi, inquis
scilicet in opere pro uenijs, duo bona sunt, scilicet meritum
& sublatio impedientis. Hic uero unicum est, & cætera.

Respondeo, quā studiose claudis oculos, & in aperta luce
quæris tenebras, fateor, duo bona sunt ibi, id est, meritum,
& remissio multorum meritorum, quod bonū est pigritiæ car-
nis, & damnū optimū, optimorum bonorum. & sublatio
quidem impedientis, scilicet ad peiora. Secundo, hic, id est
in opere sine uenijs, id est, permanente satisfactione, nō uni-
cum est tantū, sed tot, quot sunt in tota satisfactione, que est
optima & meritoria, sublatio omnium impedimentorū glo-
riæ. **E**t quid multa: si tua dicta recte intelligeres, uideres ti-
bi esse causam assumptā uituperandi bona opera, & laudan-
di remissiones eorundem, quod horrendissimū est in eccle-
sia audiri. Ideo cū fiducia, mihi sumpsi causam laudandi bo-
na opera, non tamen uituperandi uenias. Abstrahe uocabu-
la hæc, indulgentias, uenias, & relicta opinione rem intuere
& uidebis, te non bonū, nec bonę causę patronū. Quid enim
potest, etiam ipsa ecclesia, ex uenijs facere, nisi remissionem
satisfactionum? Quid autem potest satisfactiones intellige-
re, nisi optima opera, meritoriasq; poenas, & ipsa a deo p̄-
cepta? Quid ergo magnificere præsumimus, quod in se nis-
hil est, nisi permisso deterioris, ne peccetur ab infirmis?

xx. **A**d quadragesimā quartam. Nouus interpres scripturæ di-
cis, pauperi posse negari eleemosynā sine peccato mortali, li-
cet nō sine ueniali, ideo conclusionem meā falsam &c. Gra-
tias tibi agit, ut optimo patrono, insignis illa belua Philargy-
ria, quia dicit, se posse negare petenti eleemosynā sine mor-
tali peccato. Proh dolor & horror horrendus, quid audi-
mus in ecclesia? Cur ergo Ioannes dicit, charitatem non ma-
nere in eo, qui claudit uiscera sua a proximo suo? An cha-

R. P. MARTINI LUTHERII

ritas etiā recedens, nō relinquit peccatū mortale; immo Christus in iudicio, cur dānabit eos, qui esurientem non cibauerunt: &c. Sed forte in persona imprōpristarū ista dixisti. Est aliq[ue] sensus uerus, quē ex India forte adduces postea, ideo interim expectabo. Quod si dixeris, tunc cū ueniali peccato negari, quando pauper non eget, aut alias iusta est causa.

Breuiiter, si est iusta negandi causa, sine peccato negatur, sin est nulla, peccatū mortale est, negasse. Sic Euangelium, sic apostoli loquuntur. Secundo, cur non pari, immo maiori studio exquiris, quomodo liceat uenias non redimere, ad salutem inutiles & nō necessarias, qui tam periculose, & acute exquiris, quomodo bona opera liceat omittere, sola necessaria & utilia ad salutem, deniq[ue] p̄cepta ab ipso deo? An obsequiū deo te arbitraris p̄fertare, si calumnieris p̄cepta dei & bona opera, tantum ut uenias, nec a deo, nec ab homine p̄ceptas, efferas immodice? Finge nullas esse uenias in ecclesia, sed om̄es per se satissimacere, sicut olim fiebat, Rogo, utra facies tibi placeret: ueniarum, an satisfactionū? Vel ergo, tu non recte intelligis indulgentias, uel mala simulatione moliris calumniam bonis operibus.

¶ Ad quadragesimā quintam, iterum distinguis, ut uideris tibi, sufficientius, bona temporalia necessaria, & tandem cum Thomistis nostris cōsentiens, dicis, necessaria secundo modo danda pro eleemosynis, sed solum in extrema necessitate. Rogo, ignosce mihi reuerende pater, uror em̄ nimis, qđ textum Apostoli Ioannis de necessitate, perditissime trahis ad necessitatem extremā, quis dedit tibi potestatem, necessitatem illam, extremam facere? Sic diabolus insidiosissimus hostis, etiam sacras literas nobis illudit & perdit. Det dominus Iesus Christus, ut nullus hom̄, tibi & omnibus, qui hāc glossam tenent, tribuat, nisi dum peruenieritis ad extremam necessitatem, ut discatis, scripturam sanctam incorruptam relinquare, uel penuria, l̄stam libidinem, & luxuriā corrum-

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO

99.

pendæ scripturæ, iam ferme trecentis annis patitur ecclesia incomparabili damno suo, a doctoribus scholasticis.

Secundo, conclusionem meam uerā relinquis. **V**erū non capis quod uolui, tu in hoc recte sapis, quod necessaria secundo modo, potest homo pro uenījs dare, quod admitto. **S**ed nostri uenales præcones, de necessariis primo modo, suadent hominibus dare pro uenījs. Horum eñ uox & literæ (exempli gratia) sunt hæc. Si haberetis unam tunicā, uendere deberes, ut uenias redimeres, nec hoc contenti suadent, ubi quis necessaria primo modo nō habuerit, tum alicunde mutuet, aut mendicet, etiam si sit uxor, deinde fratres mendicantes quoq; suadent, ut corrādant sine licentia pecunias. **H**æc sunt, mi pater, illa portenta, quæ apud nos crassantur, Nihil nisi impudentissimæ & rapacissimæ avaritiæ negotiū hic agitur, in tantum ludibriūm ecclesiæ Romanæ, ut hæc sola esset causa abunde satis, ut uniuersæ ueniae tollerentur, nec me falsa dicere credas, nō tamen uox & fama extat, sed & libri eorum, in quibus hæc passim leguntur.

Tertio, omnia quæ suades & dicas, ea opinione uel simus latione dicas, qđ ueniae sint aliquod bonū de quo satis supra

Ad quadragesimam septimam, cum tibi esset uerissima, tamen quia propositum tibi fuit, nullam non mordere, licet nullos dentes habeas, ad insignem adulationem Papæ uersus, admittis esse ueram, sed ex Papa monstrum faciens, tribuis ei utriusq; potestatis apicem, scilicet, ut sit simul Pontifex & Imperator. Ita autem tribuis, ut possit imperio iubere pro fabrica S. Petri, ut pro communi bono. **N**unc autem incomparabilem modestiam ei interim appingis, quod petit & remunerat. Hac tua mollissima, sed nocentissima adulatio, id agis, ut futurus aliquis pontifex, laudum huius modestiæ pertæsus, ius sibi credit esse deglubendi totius orbis Christiani, idque cum imperio & potestate.

Secundo dico, quod Basiliæ sancti Petri, est cōmune bo-

num urbis Romæ. Nostræ aut̄ Basilicæ sunt nobis utiliores & magis necessariæ, quia nō possumus omnes ad Basilicam sancti Petri conuenire, uerbū dei audire, & sacramenta percipere (qua sola causa ædificantur) meliusq; esset, quod Basilica sancti Petri nō ædificaretur, q; quod Parochiales nostræ ecclesiæ desolarentur. id aut̄ agi uidemus, & dolemus, dum omniū ecclesiæ subsidia, per indulgentias, ad insatiabiliem Basilicam sancti Petri trahuntur. Quare istas tuas frigidissimas causandi rationes, scilicet quod Basilica sancti Petri, est totius Christiani populi bonū, etiam rident Germani, sicut iustum est. Cur non magis Basilicam sancti Ioannis matrem Ecclesiæ, etiam bonum cōmune uocass? sed forte adhuc in futuris annis restat, ut omnes ecclesiæ Romanas, deinde & Palatia, nouissime & muros, & plateas, & portes, nostris pījs operibus, gratia ueniarū factis, ædificemus, ut non sit finis exactiōnum. Quare mi pater, ego sic, ut debeo, suadeo hominibus, ut primū uiuis templis benefaciant: deinde suas Basilicas, nouissime Basilicam sancti Petri iument, quia uestræ ecclesiæ non sunt nobis necessariæ.

28. **(A**d quadragesimam oītāvam adeo impingis, ut ueritate confusus, non possis inuenire quid dicas. tandem adhanc descendis ineptiā, dicens, Tu Martine, si habuisses a domino nostro bonum Episcopatum, cum plenaria indulgentia ad ecclesiæ tuæ reparationem, forte dulcioribus uerbis abundasses. & quibus detrahis, uenias extulisses.

Respondeo, forte & tu spectas me ex animo tuo, quod cōñcio ex eo, quod tam molliter adularis. Si ego ad Episcopatum aspirarem, certe non ea loquerer, quæ tu impatientissime audis. An ignorare me credis, qua uia Episcopatus & sacerdotia in urbe obtinentur, quando hanc pueri in omnibus plateis orbis cantant? Deniq; nunc facta est rerum fœdissima Roma. Omitto reliqua, quæ hic uelut tremens & ueritate fractus, disperdis potius, quam loqueris.

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO

100.

29. **A**d quadragesimam nonam, Eadem saluta uenias utiles a struis, sed occasionaliter, scilicet dum anima ex hoc in gratia arum actiones assurgit. Quasi esses rhetor, tam uarios & ex quisitos locos inuenis. Cur non etiā ad balatum quis dicas a surgere animā occasionaliter ad gratiarū actionē? Aut quae laus ista ueniarū, qñ etiā de pœnis & malis iubemur laudare deum? Sed piget me pigrā ista & inania cōmenta uersare.

Illud uero quam uigil aduertisti, quod mihi ipsi contradixierim, ut qui uenias hic utiles, superius autem aliter uidear afferere. Dico utiles pigris, sicut omnes permissiones sunt utiles, ne peccent si licentiam non haberent. Dico inutiles ad profectum salutis, quod pro tua uigilantia debueras ex eo uerbo intelligere, ubi dixi, si non in eas confidant.

30. **A**d quinquagesimam, assumis causam prædicatorum uenialium, sed astute, quia non credis talia prædicata. Deinde Pontificem cōmendas, qui tam innocens sit, ut nullus uiuat aut operetur indecenter. Tertio inueheris, quod fraternali monitionem non præmisericordi.

Respondeo, si nō sunt prædicata talia, aut nō credis, qd æstu as ut defendas. Sine inuentū me disputasse. Secundo, Scio & ego optimū nos habere Pontificem LEO NEM DECIMVM, & uelut Danielem in Babylone, ut cui sua innocētia, uite periculū aliquā fecerit. Sed tu q̄so dic mihi, q̄s unq̄ tā innocenter uixit, ut nullus aliis nō inique modo, sed nec indecenter opatus sit, aut uixerit uideris (nescio quid) maximū adulari uoluisse, sed inter dicendū & uerba, & sensus te defecerūt. Forte uoluisti dicere, qd LEO DECIMVS id agit, ut nullus indecenter uiuat, qd cum uideres impossible inter uerba mutas sensum, & orationem sine sensu relings.

Secundo dic mihi, Quis a disputatione unq̄ expostulauit, ut prius eum moneret, contra quem disputationem? Cur etiam tu non prius me monuisti, quando tot nominibus criminū me foedare parabas? Cur Pontifex in Decretis suis nō prius mo-

net, q̄ statuit cōtra abusum quæstorū. Ego in cōmuni dispūtaui, neminem nominaui. Si innocentes sunt, quid querunt se se tangit? Ergo nemo prædicet Euangeliū, uitia nemo carpat in publico, nisi prius ostiatim singulos moneat. Mihi miraculū est, eos esse innocentes, & tamē meis uerbis moueri. Sed uerum est illud diu Hieronymi, quando uitia cōmuni ter arguuntur, qui irascitur/accusator est sui. Deniq; quo modo monitionem meā recepissent, qui etiā te patrono usq; hodie præstāt innocentess. Noli quæso mihi mandare, ut innocentes moneam. Si uis aut̄ ut moneam, iam alio accusatore non egent, quia tu patronus eorū nocentes confiteris. Tertio, quod autem haec facta sint (licet tu non credas) testis est tota terra, testes extantes libri, qui autem id fecerint, ipsi uiderint.

31 **A**d quīnquagesimā primā, sicut eadē repetis, ita eadem tibī dicta uolo, nisi qd me per talenta loqui dicis, qd transeo.
32 **A**d quīnquagesimā secundā dicis, Vanā esse meā conclusionem, qd ita probas. Quia nullus tā stultus sit, ut sic faciat.
Respondeo, Quid ad te quæso, si nullus est tam stultus; si ne me disputare (ut dixi) uel in uentū. Nunquid ideo Decretales Papæ sunt vanæ de abusionibus quæstorū, quia tu nullum quæstorem contra egisse defendis? Sed præ senectute forte, ita & loqueris, & phantasiaris. Si nullus est qui sic cōfudit in literas, nullū tetigi. Eos qui sunt uolui tangere, quos ego non unum, sed plurimos noui, & adeo stultos, ut nō solum de animarū redemptiōe, sed de sua quoq; salute certi sisbi essent, quia has literas haberent. Deinde, cur tuis clientilis non etiā persuades, ut animā suam impignorent pro contritione & satisfactione? Quoties tibi, rogo, dicendum est. Impium & auaritiæ ministeriū esse, quod pro uenīs, tam exquisite, tā magnifice omnia tentantur, ac si foliæ essent rerū. & pro necessarijs ad salutem, protus uix mutitur? Tu cogita, an simplex populus nō discat cōsidere in literas, tanto luxu-

& apparatu cōmendatas? Magnū ēm cogitent necesse est,
quod tā magnifice proponit. Tu qui interīm doctus es, nō
fidendū in literas, mox etiam simplicem populū eadem per
seipsum discernere & intelligere confidis, contra tot & tan-
torū persuasiōes & irritabula? Tandem mili minarī mi-
aledicta, irrisioñes, censuras. Quas? & quare? noli minari mi-
pater, Christus uiuit, non solum uiuit, sed etiā regnat, non so-
lum in cōlo, sed etiam in Roma, quantumlibet ipsa furiat.
Si maledicar pro ueritate, benedicam dominū. Non separa-
bit me censura Ecclesie ab Ecclesia, si iungat me ueritas Ec-
clesiae. Malo esse a te & similibus (si ita perfites) maledictus
& excōmunicatus, quam tecum benedictus. Nihil habeo
quod possim perdere. domini ego sum, si perdon, domino
perdon, id est, inuenior. Alium ergo quāre, quem terreas.

53. **(**Ad quinquagesimā tertiam, Stultū & ridiculū me uocas,
interim tu sapiens dicis, Crebra rarīs cedere, & annalia festa
Sanctorum celebriora esse, q̄ fabbatum Virginis matris.

Respondeo, Quo quo mi pater? Aut pluuius describitur
atcus, Aut flumen Rhenū, sed nunc non erat ijs locus. Pri-
mū, non sunt rara apud nos, sed continua indulgentiarum
negotia. Deinde, quæ proportio, ut uerbū dei, quod instan-
tissime præcepit Christus p̄dicari, cedat raris indulgentijs?

Si Christus ita nō iussisset, staret tua similitudo. Item non po-
test Papa iubere silentiū uerbi dei, quod semel emissum, nō

est alligatū, sed nec factum a Papa unq̄ legi. Per idem re-
spondeo ad sequentis conclusionis futilem confutationem
ubi tu sermonem ueniarū, esse uerbū dei contendis, sed im-
proprie, scilicet cum declaratorijs & hortatorijs. Si uerbum
dei dicitur, quicquid cum uerbo dei dicitur, om̄es hæretici
omnes dæmones, omnes homines non loquuntur nisi uer-
bum dei. Quia nihil tam absurde dīcī potest, quin uerbum
dei misceri possit. Ego dico, quod sit uerbū hominis, & de re-
missione hominis prolatū, quia uerbum dei est, quod sive iu-

Q

R. P. MARTINI LV THERII

stificat cor, & gratiam iustificantem confert, sicut Ro. i. Virtus dei est in salutem omni credenti. Verbum autem ueniarum nō iustificat, nihilq; confert animæ, nisi quod dat licentiam pigritandi in bonis operibus, propter infirmos.

35. **A**d quinquagesimam quintam, dicas hanc & similes esse pueriles, uiri stomachati, & inferentis os in cœlum, & contra stimulum calcitrantis. Respondeo, uerum est, apud Sylvesterum & Thomistas duntaxat.

36. **A**d quinquagesimā sextam, auctoritate Thomæ dicas thesauros ecclesiæ esse merita Christi, in quanti satisfactiones. Et idem per idem probas, & dicas quod S. Greg. dedit alii quando indulgentias, ut cōmuniter dicis, non potest probari. Ideo nec S. Thomas aliquid in hac re efficit. Ego quidem non cū uniuerso orbe me disputaturū obtuli, quia nesciebā: qd positiones meæ essent tam late uagaturæ, ideo noli mihi arrogantiam hanc ascribere. Casus me in has res perduxit, ex quibus cum silentio me eripere non possum, forte deus ita uoluit. Ego tamen istā conclusionem non asserui, sed & adhuc dispergo, expectans conciliij determinationem, sicut & omnes alias quæ dubiæ sunt, aut in controuersia hærent.

SA **A**d quinquagesimā septimā, mire q; pungeris, quod auaritiā paululū momordi. Nam & tu quoq; patientius ferre potes, si contra scripturā pugnarem, q; contra auaritiā. Ideo & hic Pontifici eximie adulatus, inuidiā mihi cōciliare festinas. Quid mihi innocentia Pontificis obtendis? Nungd ego eā ignoror. Aut si auaritiā taxo, nungd ideo pōtificis innocentia mordeo? Tu uide potius, an impius sis in Pontificem, q; auaritiā & Pōtificis innocentia in unā rem cōfias, dū morosam auaritiā, idem astruis qd læsam Pōtificis innocentia, immo sub p̄textu innocentiae Pōtificis, irrephensiblē nobis defendis auaritiā. Si sunt innocentes tui clientulī, non mordentur a me, si nocentes, cur defendis? Det tibi dñs, ut aliqui rectius iudices, melius uideas, & a calumnijs mei abstineas.

AD SYLVESTRVM PRIERATTEM RESPONSIO 102.

58. **C**ad quinquagesimam noctuam, eadem repetis, quæ in ante
te præcedente dixisti. Tua enim sunt uerba, ideo transeo.
59. **C**ad quinquagesimam nonam, iterū totus ardes, adeo in cœ
teris omnibus patientior es, præterquam ubi auaritiā tango, quæ
tamen uelis, nolis, non possis negare Romæ uersari, ne dicā
dominari, ut mihi tu quoque prope fias suspectius, quod ma
gis lucra, quam animas cures. interim innocentissimū Pontificē
ad inuidiam meam cōmendas, scilicet ut tantū decus inno
centiae, operculū facias nequitate. Id enim anhelas, ut mores
Romæ arguere neminem sinas, nisi te interprete, simul opti
mi Pontificis innocentia læsisse probetur. **Q**uid uis patro
num te uocem Romanorum flagitiorum? Cur tu ipse non
te quoque interpretaris læsisse Pontificem, qui aperte scribis,
Romanū clerum a primæua perfectiōe declinas? **S**ine me
tuis tecum artibus agere. Clerum Romanum mordes? At
Pontifex est pars, & quidem nobilior, cleri. Ve tibi misero,
qui tales ac tantum Pontificem non solum lapsum, sed a to
ta perfectione declinas, & in perfidiam & hæresim abiisse,
palam asseris. Id enim totum significat declinare, scilicet a p
fectione. **V**ides ne quam pulchre, & ego te auxiliis istis,
possem opprimere, si adulari & calumniari uellem.
60. **C**Quæ ad sexagesimam cum sequente dicis, transeo. Nihil
enim dicis, quod nō dictum sit prius. **E**go probabiliter po
sui, quod thesaurus indulgentiarum sit ipsæ claves, ut in De
clarationibus similiter transeo sexagesimam tertiam, quia
admittis eam esse ueram, non tamen sine calumnia.
61. **C**Ad sexagesimam tertiam, quartam, quintam, & sextam, cū
ueras esse non neges, neque negare possis, miror quod ita ex
candescis, & totus ignis efficeris. **M**irabiliorē disputato
rem nō uidi, ut quem propositiones uerē plus mouent, quā
falsæ, cum tamen ueritas queratur disputando. Igītū sim ca
nis, filius canis, dicax, non excusatus ab anathemate, nec
mentis cōpositæ, & si qua plura, pro modestia tua senili ha
bitu
- stdam 11

Q. ij

R. P. MARTINI LVTHERII

bes, modo uera me saltem momordisse concedas, si negas
dixisse. Hanc satyram merui, non quia falsa, sed quia uera di-
xi in auaritiam. Non credidisse Rōmanā auaritiam tam te-
neram & impossibilem esse, immo tam ambitiosam & arro-
gantem, ut innocentia optimi Pontificis uideri uellet.

6A. ¶ Ad sexagesimam septimam dicas, me deserto Pontifice, et
tiam donis spiritus sancti detrahere. Ego miror te senem a/
deo feruere, ut nec me, nec te intelligere possis. Ego non di-
xi uenias nō esse utiles, sed animae esse utiles nego, nisi quo
modo licentiae & permissiones utiles sunt, quod autem tu
id blasphemiam dicas, nihil curo.

68. ¶ Ad sexagesimā octauā. Excusandos censes eos, qui ueni-
as astruxerint maximas gratias, sed per hyperbolēn. Obse-
cro, cur & me non aliqua figura censes excusandū, qui nihil
asserō, sed solum disputo? Cur tibi facis, qđ mihi non facis?
Deinde si sunt per hyperbolēn excusandi, cur non etiā sunt
per cyrologiam accusandi? cum ueritas hac figura ē maxi-
me gaudeat, & ipsa ē optime ueritatīs doctores deceat, illā
uero, ubi potest, fugiant. Immo id unice queror, quod per
hyperbolēn sunt locuti. Si aut uobis p̄mittitis mi R. P. im-
propriē & hyperbolice, & quoquo modo libuerit, loqui,
cur nō & Ioannem Reuchlinū integrum & eruditū virum,
eadem æquitate tractastis, & aliqua figura eum excusastis?
Aut si in hunc tam rigidī fuistis censores, ut in syllabis inno-
xijs inueniretis uenenū, certe non permetteſ uobis tam lar-
ga & libera figurandæ locutionis licentia, ut falsa dicta pro-
libito seminare & interpretari possitis. Aut si qua uenia uo-
bis dabitur, dupla huic debet, & eo absoluto, uos rei perma-
nebitis. ¶ Secundo, noua usus distinctiōe, putas me inexcu-
sabilem, quia uenias appellauerim minimas gratias, cū sint
& alię gratiæ, & dona minora, scilicet bona fortunæ &c. St-
mente fuisses quieta, uidilles/cur hęc addiderim, ad gratiam
dei & crucis pietatem comparatæ, Ego comparationem fe-

ti ad crucem. Hanc quasi non uideas, nouam comparatio-
nem facias ad bona fortunæ. Si sic ad iniuriam & calumni-
am tantum uigilas, quis poterit tibi uerax uideris?

69. ¶ Transeo quæ in sexagesimam nonam cum tribus sequen-
tibus, amarulentus euomis.

A. ¶ Ad septuagesimæ tertiam, nō nego quidem posse omnem
casum ab solui potestate clavis. Sed insania esse dixi, & dico
pro ueniarū magnificentia, quæ nihil prosunt ad uitam, tam
horrenda monstra criminū, in exemplū uocare, & pro ma-
gnitudine potestatis, leuicula facere. Ex qua insanissima ue-
niarum cōmendatione fit, ut uiles siant cōtritiones & uera
poenitentia. Boni prædicatoris est, peccata (ut sunt) magna
prædicare, ut misericordia dei magnificetur. Aut dic, cur nō
pro cōtritionis magnificentia simile aliquid dicunt? scilicet
quia nō pecunias, sed paupertatem hi sermones afferunt. In
rebus non necessarijs, nec utilibus ad salutem, sed tantū per-
missis, honorificum putas, in Ecclesia dei tot auxesibus to-
nare, cū nec Christi passionem sic uelit Ecclesia prædicari.

A. ¶ In septuagesima quinta, non dixi Papam minorem Petro, A. immo nolui ut Papam & Petrum negarent maiores gratias
habere, quam sint ueniae.

A. ¶ In septuagesimæ sextam, ut nihil omittas, quo me execrabi-
lem facias Pontifici, & eum tibi uni adulantissimo propitiū.
singis me ironice de tanto Pontifice loqui. Vides ne quan-
tus sit mihi hic locus inuehendi in te, in tuam pene dixisse
sed reproto me. Arrige aures & audi, si saltem domi eas ha-
bes. Ego dico non ironice, sed plane, qd omnis Papa habet
maiores gratias, q̄ ueniae sint, scilicet Euangeliū & gratias
curationū, & omnia quæ scribunt, i. Corin. xiiij. non in perso-
na sua, sed in potestate sua, id est, eo modo quo gratias ue-
niales habet. Nam & si sedulo dissimulas, non tñ credo adeo
stupescis, ut uenias Papā in persona sua habere dicas, sicut
virtutes personales, nisi dixeris, quod depositus Papam etiā

Q. ij

R. P. MARTINI LUTHERI

omnia possit quæ prius. **I**gitur quicquid est in Ecclesia do-
norum & ministeriorum, dixi in manu Papæ esse, ut ordinet,
mittat, ponat, sicut corpori ecclesiae expedire uideret. Hæc
autem sunt incomparabiliter maiores gratiae, quæ uenient. Melius
facit enim Papa, si unum bonum pastorem uni ecclesiae præfe-
cerit, quam si omnes simul indulgentias dederit. Tu autem in
personam tantum huius LEONIS DECIMI intentus, si-
cut decet graphicum adulatorem, intelligis in uerbis alienis
quicquid uolueris, & tamen detractor & calumniator esse non uis;

A8. **I**n septuagesima septima mihi non credis, quid ad me per hoc nobis non sit satis, omnia illorum optimi consulis, nisi quod respector personarum, mea solius pessimi consulis.

A8. **I**n septuagesima octava, nec excusatione me dignaris. **80**
Quod est illud nouum Sylvestrinum foris, in quo reo negat excusatio? Sed obtorto collo rapit ad abiurandam heresim, sit, siue non sit hereticus? Sed ubi uera mea non potes negare: saltem personam meam omnibus studio contendis opprimere. utinam tecum mihi liceret, & corpusculi permitteret imbecillitas, coram de ipsis rebus conferre. Non dubito me tantum tibi ostensurum, ut saltem modestius deinceps disputares. **H**æc sat de propositionibus. Cætera credo uideris, aut uidebis in Declamatione.

82. **A**d questionum uero laicarum cœfutationes uolui quiescere, sed incidit & permouit prospectum iam tuum ingenium, & audiendum uitiorum, & ipotens pugne, ideo si possum, paucis responderebo. **A**d primam, cum longum illud Taratantara induxissem, ubi inter cætera etiam meritum congrui, & præparationem hominis ad gratiam, necessario præcedere docuisse infusionem gratiae. Quæ heresim ita quidem per Ecclesiæ præualida, copiosissime confuditur a beato Augustino contra Pelagianos, & in nostra Universitate cœpit explodiri. Tandem commemoras iustitiam diuinam non permittere euacuari purgatoriū. Et hoc per bas authoritate sanctorum (Thomæ) ex ipso enim ceteri theologi & Canonistaræ suixerunt. His itaque percensis, cum quæstio-

ista laica adhuc staret, scilicet quod Charitas & necessitas es-
 sent cause iustissimæ euacuandi purgatorij, & hic totus no-
 dus esset. Hunc sic soluisti fortiter, dicens. Charitas autem Pon-
 tificis, & necessitas animarum, non est efficax ratio sic rela-
 xandi iustitiam diuinam, quam deus talis necessitatis consci-
 us, & infinitæ charitatis ac misericordiae uisceribus plenus,
 sanxit. Hæc tua solutio, omni glacie frigidior, & (ut tuis di-
 sciplinis utar) petitio principij, tantum efficit, ut si quis uelit ti-
 bi credere, sit quietus, qui nolit autem credere, nihil audierit
 nisi uacua uerba. Quid enim istis uerbis respondisti, nisi quia
 deus non uult, charitatem & necessitatem esse causas suffici-
 entes? Et non probas deum id non uelle. Quia si deus pecu-
 niam, aut quodlibet temporale (nisi forte non sit conscius e-
 tiam temporis) efficacem reputat causam, cur non etiam cha-
 ritatem ipsam, in quam omnia illa ordinari uoluit? Nunc si
 ego quererem, Cur ergo pecunia aut temporalis res est cau-
 sa efficacis, eadem principij petitione dices, Deus ita uoluit.
 Si de uoluntate ergo dei disputandum est, scimus quod nul-
 la res mundi sic placet, ut charitas, & quod charitati non do-
 nat, non presumitur ulli alteri cause donare. Si autem alteri
 donat, multo maxime charitati. Et sic patet, quod etiam tu
 mecum succumbis in ista quæstione. Obsecro te, crede mihi,
 sunt & in laicis iudicia, & tanta, ut ego me confitear fer-
 me ter in istis questionibus succubuisse, & nihil retulisse glo-
 rise, q[uod] quod sibi uerba a me data dicerent, sicut & tu hic fa-
 cis mihi. Secundæ solutio, multo frigidior & uanior est, nul-
 li nisi tibi soli satisfaciens. Prima (inquis) causa est, quod uel
 potrigens forte non secundum facultatem propriam por-
 rexit, uel nimis parce porrigit. Tolle ista accidentia, & pone
 quod de propria facultate & sufficienter porrexerint. Hæc
 enim a te dicuntur, tanq[ue] lubrico, qui tempus redimas, & exis-
 tum queras, nihil enim sunt ad propositum. Ergo non est causa,
 multo minus prima causa. Alia, q[uod] suffragia si non prosunt

R. P. MARTINI LUTHERII

Iam redemptis, prosunt tñ alijs. Hoc non quærebat, sed hic est nodus, an omittenda sint officia nocturna pro animabus oblata, an nomina eorū non pronunciari, nō in orationibus memorari oporteat? Hic responde, quod si omittenda sunt, oīs deuotio uulgi deficiet, & sacerdotes fame cōfidentur, nisi forte dices, Quid ad Romanos, quod Germani moriunt.

7. **Ad tertiam** iterum dicis, nō esse causam sufficientem, cui rursus opponitur charitas, ut supra, & permanet quæstio, nisi uelimus nuda uerba Sylvestri pro oraculis habere.

8. **Ad quartā**, Mihi pro regula tradis, factū & dictū ecclesiæ Romanae, Respondeo, Si de uirtuali & repræsentatiua tua ecclesia loqueris, nolo tuam regulā, quia (ut supra dixi) ex c. Significasti, Talis ecclesia potest errare. Vniuersalis autē ecclesia nō potest errare, ut doctissime etiā probat Card. Came, in primo Señ. Deinde, Nec Papa usq; hoc dicit aut facit, qd tu factū & dictū ecclesiæ uocas. promptulus es & quiuocator huius nominis Ecclesia, ideo maxime mihi suspectus.

9. **Ad quintā** dicis, Vbi multæ sunt diuitiae, multi qui comedunt eas. Hoc est quod queruntur, quod Roma querit saturare pecunijs suos comedores, & totum pene deuorat orbem. Cur nō minuuntur comedentes diuitiarū? In fine iterū facis ex Papa Imperatorem in potestate & uiolentia. Sed Maximilianus & Germania id nō nouerunt, neq; credunt, fortissime autē id negant Turcæ & Tartari, frustra quoq; celeberrimū illud & cōmune bonum, qd est lapides & ligna, nobis iactitas. nō em per hoc soluuntur laicoru questiones.

6. **Ad sextam**, sum tibi hæresiarcha, quandoquidem potestatem tibi arrogas baptizandi mei, ut uolueris. Ago tamen gratias, quod uerum esse dicis, nihil remitti ijs, qui perfecte sunt contriti. Et scio non omnes esse tales. Sed non ideo intrant purgatoriū, quia poenas debent, quas Papa possit solvere, ut probabiliter tenui, & teneo.

7. **Ad septimā** dicis, quod duo bona adderentur, Vnum, qd

AD SYLVESTRVM PRIERATEM RESPONSIO 105.

necessere esset fideles toties repetere causam, gratia cuius dan-
tur uenias; puta eleemosynā &c. Scimus mi pater, qd uos li-
benter uideretis, causam istā una hora millies repeti. Hoc se-
re in auaritiae bonū cedit. Nos querimus de bono dantis, qd
si est datio Eleemosynæ, melius id sit sine uenijs, & gratis
quæ propter uenias, ut supra dixi. Tu autē semp imaginari
uenias esse aliquid bonū. Alterū bonum (inquis) remittere-
tur nouus reatus poenarum, si quis post ueniam incidisset.

Respondeo, qd iste reatus melius tollitur sine uenijs, quia
ueniae nō sunt pro peccatis uenialibus necessariæ. Si autē de
mortali reatu intelligis, iam nullū est istud bonū, nisi centies
quis in die peccet mortaliter, qd nullus facit uere poenitens.

8 **A**d octauā, qd Papa suspendit uenias & literas, dicis id fie-
ri pro structura cīm p̄clarissima. Et hæc tibi uideſt esse iusta
suspensionis causa. Nec mirū, non cīm misi quæ Romæ sunt;
curas. Ego autē dico, si illa structura honorabilior cībus, cer-
te nostræ ecclesiæ sunt magis necessariæ. Ad pompā munī-
di solū respicis, quasi tunc ecclesia sit p̄clare prouisa, si ligna
& lapides in magnū erexerit cumulū, cum si uelletis, possi-
tis ipsi Romani P̄otificem opulentissime iuuare. Sed aliorū
sit iudicium de tuis solutionibus. Ego fateor, me nihil ex ijs
habere, quod Laicis reddam, nisi maiores quæstiones.

89.

Vltimio tribuis Pontifici iterum, ut sit virtualis Ecclesia, 90.
& Imperator, & Pontifex, potens & brachio seculari cōpe-
scere &c. Ista opinione tua stante, uellem doceri, an etiā sitis
homicidæ? Cur ergo iura non permittunt Ecclesiæ, ad cor-
poralis uitæ periculis, pœnitentia imponere? Sed hæc alias
& ab alijs. In fine dico, nō me terrebis ampullis, & minaci
strepitu uerborū tuorum. Si occidor, uiuit CHRISTVS
dominus meus & cīm, qui est benedictus in secula Amen.

ECCĒ mi R.P. cursim & duobus diebus, tibi hæc reddit
di, quia uisa sunt leuicula, quæ tu opposuisti, ideo ex tempo-
re, & ut in buccam uenit, tibi respondi. Si uolueris deinceps

R

A D L E C T O R E M .

retundere, vide, ut Thomam tuum armatiorem producas
in harenā, ne forte tunc non ea modestia excipiaris, qua hac
congregatione exceptus es. Repressi enim meipsum ne ma-
lum redderem pro malo. **Vale.**

T R. P. MARTINI LVTHERII AD F. SYLVE- STRI PRIERATIS DIALOGVM RESPONSIONIS, FINIS.

A D L E C T O R E M .

SCONCLUSIONES Reuerendi Patris D. Martini Lutherij de uirtute indulgentiarū ex medio scripturarum campo decerptas, Eckius sophistico dente conatus est arro-
dere, Scoti, Capreoli, Durandi, Alphonsi, Gabrielis, & alio-
rum nouorū doctorū opinionibus nimiū confisus. At reue-
rendus pater Martinus Lutherius, Aureolā quam uocant,
meruit, qui abusum indulgentiarū tam argute primus con-
uulserit, ad quem tñ tot iam annos tot Theologorum millia
cōixerunt. Quā sceleratū est Christianā plebem, pro qua
mortuus est Christus, his rebus tam impudenter ludificari,
quaē forsan neq; in Euangelijs, neq; in Paulo, neq; in Orige-
ne, neq; in Hieronymo, neq; in Ambrosio, neq; in Augusti-
no, neq; in Hilario, neq; in Cypriano, neq; in alijs ueteribus
fundatæ comperiuntur. Sunt opiniones (inquiunt) Theolo-
gorū, sed nouorū. Esto. Verum opiniones maneant opinio-
nes, & nihil aliud sint q̄ opiniones, non autem onera Chri-
stianorū. Non faciamus opiniones nouorū Theologorū pa-
res articulis fidei, & Christi Pauliq; decretis. Et pudeat tan-
dem Theologos huius uocis, quā doctiores secreto nōnum-
quā apud amicos suos effutiūt. Sic quidem dicerem in scho-
lis, sed tamen (maneat id inter nos) diuersum sentio. Item,
Sic dicimus in scholis, sed tamen (maneat inter nos) non po-

test probari ex sacris literis. Quin potius si quid docere uolunt, non statim minis cogant homines, alioqui misera erit Christianorū conditio, sed proferat ex fontibus testimonia sine coactis & apud se natis interpretationibus, & credetur eis. Id quod nō fecit M. sacri palatiij F. Syluester Prieras, qui nuper Martino Lutherio respondit, sed sic, ut Theologis & non Theologis risum mouerit, cū sua ecclesia essentiali, uirtuali, representativa. Quod si laici resipiscente passim mundo nō tam ex libris, quos etiā nobis Theologis meliores legunt, q̄ ex ingenij sagacitate, multa quotidie reprehendunt circa Christianismū, quæ secus habere putant, quid oportet nos facere a uulgo longe, lateq; remotos? Aperite tandem per dominū nostrum Iesum Christū oculos ueistros o Theogī, & ommissis scholasticis opinionibus, ommissis puerilibus di- gladiationibus, ad ipsos scripturarū fontes accedite. Hæc admonendi causa dicta putentur, certe non sine lachrymis & gemitu bonorum uirorum scripta, ad superbiam istam pertinaciam, & pertinacem quorundā superbiam ingemiscens tium, teste Christo, qui est benedictus in secula. Fiat. Fiat.

CONTRA D. IOANNEM ECKIVM THEOLOGVM

REVERENDVS PATER DOCTOR Martinus Lutherius, disputationis sue pro declaratione uirtutis indulgentiarum, hanc primam posuit conclusionem.
CDominus & magister noster Iesus Christus, dicendo, pœnitentiā agite, omnem uitā fidelium pœnitentiā esse uoluit.

ECKIVS IMPUGNATOR.

Cum regnum coelorum in uerbis Christi præsentem videatur significare ecclesiam, ac tempus plenitudinis euangelicæ tunc aduentantis, nō uidetur quō pœnitentia omnem fidelium uitā exprimat. **R** ij

C O N T R A D. I O A N

D. ANDRE AB Bodensteinij Archidiaconi Vuit
tenbergensis Apologeticæ propositiones, pro
Reuerendo Patre D.M. Lutherio.

- 1 Prima Eckij conclusio contra Vuitenbergenses in fundamento est, Ecclesiam militatem (cui tempus plenitudinis euangelice aduenit, cū sit congregatio omniū fidelium, inter quos non pauci sunt iusti) non uideri pœnitentia indigere.
- 2 Eckius non intelligit qd ecclesia ingemiscit, negat qd ecclesia confiteatur, & turpiter orationes, in quibus uerat ignorat.
- 3 Quoniam ecclesia annua quadragesimali obseruatione, se purificari constitutur, & uniuersaliter coacta dicit, Peccatores te rogamus &c.
- 4 Eckius autem tollendo pœnitentiā ecclesiæ, eius purificationem negat, quam ipsa constitutur, ne a domino iudicetur.
- 5 Ecclesia petit dei populum ab omnibus peccatis emundari, quæ uerba sunt pœnitentis Psal. I. Ita quoq; expostulat ecclesia, Sacro nos purificare ieiunio. Item a noxijs quæ uitij cessare concede.
- 6 Dicit item, Deus qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris &c. Et flagella quæ meremur, auerte. Non dicit, meriti sumus, sed meremur. Item aduerte, pœnitentia placaris.
- 7 Et in alia collecta. Parce domine parce populo tuo, ut dignis flagellis castigatus, in tua miseratione respiret.
- 8 Nonne ecclesia seu populus dei petit se castigari, quod si non est pœnitere, Eckius iudicabit.
- 9 Hoc idem inter suffragia in Collecta, Deus qui culpas nostras p̄ nos uerberibus percutis &c. ecclesia petit.
- 10 Vide Eckij collectam quā ecclesia facit, & petit ab imminentibus peccatorū suorum periculis, deo protegente saluari.
- 11 Quæ petit a populo dei flagella iræ diuinæ auerti. Sed fortasse Eckius absq; libris facile respondebit, ecclesiam desprecari, ut ab imminentibus peccatis liberetur. Non ab his quæ insunt, sed quæ imminent.

11 Verum ut euasiones manifestis occcludatur septis, ei collectam hanc opponimus, Purisica quæsumus domine tuorum corda fidelium, ut a terrena cupiditate mundati & præsentis uitæ exuantur &c. Adde & alteram eius diei collectam, qua petit, ut sancta deuotio purificationem tribuat.

12 Ex qua oratione ad literā uidemus ecclesiam deprecari ut fidelium dei corda purifcentur, quod humiliatis causa dictum esse, nemo nisi anathemate pcutiendus, dicere audet

13 Per fideles dei, quos audet intelligere, nisi eos, qui & sive uiuit iustos?

14 Secundo ad literam appetit ecclesiam deprecari, ut de fideles, hoc est iusti, a cupiditate terrena mundentur, ergo habent immundiciem purgandam.

15 Rogo Eckium, quid aliud efflagitat ecclesia, nisi ut iusti mundentur ab ædificatione illa, qua iusti super fide Christi, lignum, sœnum, & stipulam ædificant.

16 Qui non pereunt, sed per ignem saluantur, cuius diuersa est penes Aug. & Greg. interpretatio.

17 Aedificant qui carnali affectu circa tlpalia tenentur &c.

18 Petit ecclesia ut eius membra sancta, a cupiditate terrena purifcentur, ut sordes subnascentes diluantur.

19 Quod timuit illa, quæ pulsanti sposo dixit, Lau pedes meos, quomodo inquinabo illos.

20 Petit ecclesia, qd Christus patrem cœlestem facturum promisit, uidelicet ut palmitem ad ferendos fructus purget.

21 Cum in multis offendimus omnes, idcirco ecclesia petit purgari ab offensis & culpis, & agit pœnitentiam.

22 Petit ut fidelium corda purifcentur, quia omnes fideles uetus statem ex peccato relictam habent, quæ in interiori homine de die in diem renouatur.

23 Petit quod apostolica præcipiunt mandata, renouari scilicet spiritu mentis, & indui nouo homine.

24 Eximia est pœnitentia, peccata & infirmitates fateri,

CONTRA D. IOAN

& sanitatem a medico precari.

25 **E**leemosynæ, iejunium, & oratio, remedia sunt ueniali-
um peccatorum.

26 **T**ametsi euāgelicæ plenitudinis tps ecclesiæ aduenerit

27 **A**ttamen uniuersa ecclesia quamdiu militauerit, quoti-
dianæ poenitentiae est indiga.

28 **E**cclæsia militans ideo dicitur, quod rebellat semp & in
omni bono opere uitijis atq; concupiscentij impugnatur.

29 **F**it, dum iustus fortiter pugnat, fatigatio, quæ hilarita-
tem datoris lædit, uitiatq; (petram).

30 **B**eatus est ait, nō criminosus, q; allidit parvulos suos ad

31 **H**oc sit, quod charitas huius uitæ potest augeri, & illud
incrementi quod deest, ex uitio nostro deest.

32 **H**oc uitium peccatum est, quod ecclesia sancta quotidiana confessione, nec sterili dolore expiat.

33 **H**oc uitium habent, qui pedum lotione indigent.

34 **Q**uod boni & mali, filij dei habent, semper enim, dum
bene facit iustus, peccat, & bonus & malus est.

35 **I**mmo nemo coram deo (nisi iustus) poenitet.

36 **A**dde quod septies in die iustus cadit, sed nō colliditur,
quia dominus supponit manum, secundum Cassianum pa-
tet quod fideles iusti cadunt.

37 **Q**uibus iustis dominus manum supponit, Et ideo non
imputat peccata, quod peccata sua agnoscent, ac femur per-
cutiunt, & debitoribus remittunt debita.

38 **M**ordaces illi qti sub titulo M. & A. uerbum (imputat)
tanquam indecens seu nō congruens notant, literas sacras
rident, & ecclesiasticos adlatrant, sed cur? quia legere & in-
telligere, ut bene loquantur, nolunt.

39 **A**gunt poenitentiam incorporandi, agunt & ueraciter,
ecclesiæ incorpati.

40 **S**ed & nullum ex literis apostolicis (quibus ecclesia san-
cta sine ruga & macula prædicatur) Eckius auxilium petat.

ne cæteras scripturas, hac male intellecta, ut Faustus legem Moysi lacestat & rumpat, quoniā præmissis non obstat Augustinus contra Julianum libro quarto, cap. iii.

CONCLVSIO secunda R. P. D. Martini Lutherij ex uerbis euangelicis.

CQuod uerbum poenitentia de poenitentia sacramentali, id est, confessionis & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio celebratur, non potest intelligi.

ECKIVS IMP VGNATOR.

CInteriorem poenitentiæ magnam esse, Christus & omnes Christiani docuerunt. Siquidem deus cor aspicit & uoluntatem. Vidua hoc docet, quæ minuta duo in Gazophylaciū misit, & plus omnibus misit. Iesu teste. Est enim uoluntas in anima, sicut regina in regno.

D. ANDREÆ BODENSTEINII, ARS chidaconi Vuittenbergensis apologeticae propositiones, pro reuerendo Pastore D. Martino Lutherio,

1. Veruntamen cum Eckius in secunda contra nos conclusione, idcirco magnam interiorem fecit poenitentiam, quod uoluntatem reginam suorum actuum dicit, ostendit se uel ignorare literas sanctas, uel eis aperte contradicere.

2. Nam uoluntas nostra nō est regina & domina eorum operum, quæ deus ut uoluntatis essent, fecit. Nisi liceat cum audaculo Eckio securitatem uoluntati promittere, contra propheticæ & apostolica documenta.

3. Idem Eckius se ignorare ostendit, quod poenitentia est donum dei, quod deus in nobis operatur.

4. D. Eckium hac scriptura satis consutari existimo, quam Hieremias ædedit, Conuerte me domine & conuertar, quia tu domine deus meus. Postq; enim conuertisti me, egi poenitentiā, postquam ostendisti mihi, percussi femur meū &c. Quam legat, & uideat confusio[n]em suam, Hiero, interprete Ambro, & nonnullos alios non sine causa recitemus.

R. iiiij

CONTRA D. IOAN

5. **C**ōmouisti terrā & cōturbasti eam, sana cōtritiones eius quia cōmota est. Deus cōmouet uoluntates, & fit contritio
6. **D**iscat eodem Hieremīa docente, quod dñs conuertit cōuerisionem nostrā. Quod dñs dat pōnitentiā, agnoscat orationem quam scit, Da nobis digne flere mala quae fecimus.
7. **V**eruntamen cum litera non dicat, dedisti, sed conuertisti &c. Et timendū sit eum, quem pronus fuit hæreticū uocare. M, quem non intellexit, & hæc calumniari, legat apostolum, ne forte de illis deus pōnitentiam, & resipiscant a diabolī laqueis, aduerte det, ait, lege Augustinum.
8. **V**olūtas est dñs & regina suorū actuū, suoꝝ oīm, scilicet
9. **Q**uando uoluntas dominatur in anima, ridet (malorū, diabolus & exultat, quod præparatur ei præda.
10. **D**eus amat in nobis, qd ipse fecit, at quod ipse non fecit odit. Ambro, facit Collecta, quae in primis legitur, Dirigere sanctificare &c. Et in pascha, Deus qui per unigenitū &c.
11. **P**er authoritatem, omnis plantatio, quam non plantauit pater meus, eradicabitur, & bene ad propositum.
12. **M**isericordia equidem eius super omnia opera eius, nō nostra mutabilis uoluntas, quando ab incōmutabili uoluntate non tegitur, tunc tanto citius appropinquat iniquitati, quanto acrius intendit actioni, attende Eckī.
13. **A**duerte commodū & periculum, quādo uoluntas regitur, & quando in anima regit.
14. **V**nūersaliter loquendo, deus est dñs, & rex in aīa nr̄a.
15. **Q**uiā nr̄a, quae deus non fecit nr̄a, mala sunt & peccata.
16. **P**erditio tua ex te Israel, tantūmodo auxilium tuum ex me. Ex nobis perditiones, ex deo suppetiæ, & bona & salus. **S**i pōnitentia salutaris ex nobis, id est, uoluntate nostra est, falsa erit, quod perditio ex nobis est.
17. **O**mnis iustitia nostra, hoc est, nostræ uoluntatis, est si-
cūt pannus menstruæ mulieris. Hanc authoritatem Thos-
mīstæ male dicunt de iustitia legis sacramentalis dictam, &
ceremonialis.

non intelligi posse de alia lege scripta.

18 Pondera autem, quam splendidum sit opus, quod uoluntas in anima dum regit, operatur.

19 Dño deo nostro iustitia, nobis aut̄ confusio facie nostrę si nobis est, id est, nos habemus cōfusionem, deus aut̄ iustitiā am facit, quid de p̄enitentia, quando nostrae est uoluntatis,

20 Sed scit Eckius in suis iustificationibus (fortasse) preces prosterne, & non in miserationibus dei, ac habere suam iustitiam non dei.

21 Deus, ait Hieremias, facit misericordiam in terra. Tu es (alio attestante propheta) misericordia mea.

22 Quod Eckius, nisi furiat⁹, de misericordia, q̄ deus misericors est, accipere negat, sed ea misericordia q̄ misericordes opante deo, efficimur, deus nostra est & dicit misericordia.

23 Iuxta Davidicū illud, Secundum magnam misericordiam tuam uiuifica me, & custodiā testimonia oris tui.

24 Opera misericordiae & ea sola, deus coronat in misericordia & miseratione, nam ei iudicium sine misericordia, qui non facit misericordiam.

25 Quibus documentis lapideum pectus molliri posset, & oīs facultas infirmi arbitrii eneruari, quoniam opera dei nō sunt in potestate nostra. Dominus em̄ soluit compeditos, non liberū arbitrium. Dns erigit elisos, nō liberū arbitrium,

26 Si opera bona essent in nostra potestate, stulte peteremus ea nobis donari.

27 Omnia quæ ad uitam spiritalem attinent, hoc abbreviat⁹ efflagitamus uerbo, Fiat uoluntas tua, hoc est, fac nos facere, fac nos uoluntatis opera suscipere,

28 Ecclesia sibi dari seu donari deprecatur, ut deū querat, & ut gaudia promissionis querat, ac quæsita citius inueniat. Petit se illustrari, ut uidere possit agenda (quæ Eckius sine precibus accurate perspicere potest) Item petit dari, ut agnoscat quod profitetur, & coeleste munus quod frequen-

CONTRA D. IOAN

tat diligat (quod Eckius ex naturalibus, nullo precatu sufful-
tus diligere potest) Petit item, deum præueniendo actiones
nostras, aspirare. Et rursus, adiuuando prosequi (Eckius au-
tem cum gratiam habet, non indiget nouo auxilio, nisi se in-
digere fateatur) Item ecclesia præstari sibi auxilium petit, ut
orationibus & iejunis intendat, cum multis collectis.

29 **¶** Quod ex Ezechielis & aliorum autenticorum testimo-
niis deum facere, ut faciamus dixi, ostendam Eckio in ora-
tionibus suis, ne posteris rursus aberret diebus.

30 **¶** Habes orationem in quadragesima, dominicæ primæ
feria sexta, quam tibi facis deuotam, pulchre in collecta do-
minicæ secundæ feria tertia petit, ut deo operante implea-
mus, quod eo authore cognouimus. Et in alia, sic dicit ad lis-
teram, & eius semper faciat inhærere mandatis, dominica
in tertia. Item dominicæ quartæ feria quarta, & dominica
in octaua paschæ, qui celebrari fecisti. Et in feriali collecta
dicit fecisti celebrare, fac gaudere.

31 **¶** Verum, ut exemplū propositæ poenitentia habeas, ad-
uerte qđ oras sabbato dominicæ quartæ in quadragesima,
Da nobis digne flere mala quæ fecimus &c. quid est hoc ali-
ud, nisi fac nos flere, largire nobis fletū peccata expiantem.

32 **¶** Innumera alia sunt exempla, ex quibus addiscere debes-
tes, deum hoc præstare, quod nos facere iussit, nec alia sibi
placere, quam quæ ipse largitus est, nec aliquas prosequi ac-
tiones, quam quas ipse inspiravit, suas prosequitur, suas ad-
iuuat actiones, sua opera, nō nostra coronat. Probatur per
collectam dominicæ quartæ post octauas paschæ. Et collec-
ta quæ paschæ, & ad primam inter paschalia legitur festa,
per illud, qui habet dabitur, ut abundet, & cætera.

33 **¶** Veniamus demum oportet ad infirmitates, ad nihil cum
ecclesia dicentes, Deus qui conspicis omni nos uirtute des-
titui, interius, exteriusq; custodi, dominica secunda in qua-
dragesima. Absit ut deus false conspiciat, & ecclesia mentia-

tur, nos omni uirtute destitui.

34 Sublata est per hanc orationem ab homine spes, & bene, quoniā maledictus est, qui spem ponit in homine. Eckius est homo, ergo nec in se uel in sua uoluntate spem pœnitentiae facienda ponere debet.

35 Et rursus bene, ne dixeris, ego feci mihi hanc uirtutem, sed potius memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem facere uirtutem.

36 Ergo nos sumus nihil in dei scientia, sed aliquid in diuina eius misericordia. Bernhardus.

37 Si omnes profuderimus & exercuerimus facultates nō habentes dei charitatem, sumus nihil.

38 Si autem diuinas opes, & superna auxilia, & esurientes pauperes, nihilq; habentes mendicatim quesierimus, dñs p nobis sollicitus erit, per illud, Ego paup, & mendicus, &c.

39 Eant, ego & nos fecimus, euangelia nostra, & propria mortificemus dei spiritu, nostra, ut deus faciat sua in nobis.

40 Vbi non ego, ibi felicius ego, Augu. de conti. ubi non aliqd & nihil, ibi felicius aliqd, per illud, Exaltauit humiles.

41 Et per illud, Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & misertus es nobis, destruxisti, ait, nos.

42 Quam diu placent homini, ego, nos, nostra, propria, & meum, nostrum, aliquid, tam diu uicissim in homine est, qd deo displicet, argu. Ambrosius &c.

43 Sed nostrum ego, impios in seruitutem redigit, ut iustis autem uehementes habet uetus tatis reliquias. Mirabiliter quoq; serpit tentatio, quæ auferit nobis, ego, tu, nos, uos, nō ego, non tu, & male tu fecisti.

44 Tunc uero quando deus regnabit, & erit omnia in omnibus, ego & omne proprium uilescerit.

45 Summoueamus humiliter & uere, ego & nos, & tunc deus nos faciet saluos.

46 Non est homo uerax, in quo deus non loquitur,

CONTRA D. IOAN

- 47 **N**emo habet de suo, nisi mendacium & peccatum.
- 48 **Q**ui facit quod in se est, facit quod deo displaceat, men-
titur, obloquitur, ac sibi officit.
- 49 **E**x præmissis infertur, quod bona operatio non uolu-
tati humanæ, sed diuinæ debet simpliciter attribui.
- 50 **B**onus actus, ut aiunt, quantum ad totam suam entita-
tem, hoc est, totus, attribuitur deo.
- 51 **I**lli autem qui uoluntati substantiam actus, ut Capre-
lus, & Scotus, modum uero seu entitatem minorem deo at-
tribuunt, quod maius est sibi ipsis, quod minus, ne dicam se-
ces, deo deputant. **E**x propositis infertur ad destructionem
illius quod penes Scotum legimus, uidelicet, quod uolun-
tas est principalis causa, quantum ad principalitatem entita-
tis in bono opere, secus quantū ad principalitatem esse me-
ritorij. Scotus & sequaces in i. & Capre. ij.
- I**nfertur quoq; aduersus eos, qui Augustinum diuellunt
ne dicam, corrupti, exponentes eius dictum, ipsa gratia
augetur, ut aucta mereatur perfici, comitante non ducente
pedissequa, non prævia uoluntate, dicentes, quod uoluntas
est pedissequa quantū ad relationem meritorij, de qua Au-
gustinus non cogitauit.
- R. P. D. MARTINVS LV THERIVS.**
- I**gitur Papa per remissionem omnium poenarum, non sim-
pliciter omnium intelligit, sed a seipso impositarum.
- ECKIVS IMPVGNATOR.**
- I**mmo oppositum, quia uel intelligit poenas canonum solum ac-
cumulatiue, ad poenas a deo impositas concurrere, iam laqueus, no
salus esset in canonibus poenitentialibus, aut uult eos declaratorios
sicut in ueritate sunt, & ipse non attendit, iam remittendo poenas ca-
nonum, aliquas poenas remittit.
- D. ANDREAE BODENSTEINII ARCHI-**
daconi Vittenbergensis apologeticæ proposi-
tiones, pro R. P. D. Martino Lutherio,
- Eckius dum in canonibus non laqueum, sed salutem esse.**

NEM ECKIVM THEOLOGVM. III.

- putat, & hoc latenter scribit, iudaizat, & Paulū qui dicit, Li
tera occidit. Item lex est ministratio mortis, non intelligit.
- 2 Aūt plus hominibus quam deo tribuit.
- 3 Indiget idem Augustino doctore.
- 4 Et ea caret intelligentia, quam Capricornus, Scotusq,
Alphonsus & Gabriel, præstare nequeunt.
- 5 Cum aut̄ is error, q̄ in atramento, seu literis eo factis, aliud
auxiliū, q̄ demonstrationis & manifestationis, ut puta salu
tem ipsam ponit, in Palestino iudicio sit subuersus ac conde
mnatus, metuendū est Eckium heresim in pulmone habere
- 6 Non sufficit prædicare uerbum dei, aut illud legendo in
telligere, sed oportet ut assensus ei commodetur.
- 7 Peiores efficiuntur qui diuina, etiam euangelicā legem
sine gratia audiendo uel legendo intelligunt.
- 8 Cognitio peccati sine gratia nocet, facit enim nos scire
quod uitare non possumus.
- 9 Nudus sermo ad monendū est utilis, ad persuadendū in
10 Nec lex sancta, quæ facienda & deuitanda (firmus.
demonstrat, & liberum arbitrium cum ea, ad faciendum sa
lutis opera sufficiunt.
- 11 Si Eckius salutem in scripturis collocari putat, ipsum in
Iudeis Christ⁹ reprehendit, ibi, Scrutamini scripturas, quia
uos putatis in ipsis &c. Et ei aduersatur Apostolus, qui di
cit gratiam lege testificari, non conferri.
- 12 Immo si error notatus subsisteret, magna Bibliæ pars alf
- 13 Paulus quoq; insaniissime merito coiuincere (leret:
tur, qui uelut gratia defensor dixit, si iustitia est ex lege, Chri
stus gratis est mortuus.
- 14 Si Eckius de salute secius, quam nos dixit, eius conclu
sio contra Vuitenbergen, posita, non urgēt, nec ualet, sed
aduersus ignem cereo pugnat stimulo.
- 15 Verum si de salute locutus est, more scripturarum, apō
stolicis aduersatur documentis,

M. LUTHERII SERMO

16 Ex præmissis colligitur, quod si canones conscientiam obligant, solum præuaricationes accumulant, præceptum ecclesiæ ostendunt, & ultra non progrediuntur.

17 Cum autem D. Eckius, Vuittenbergenses non dicit attendere ueritatem, uidelicet, quod canones sunt poenarum a deo impositarum declaratorij, nisi sale cōdiatur, euangelici factata sua ueritas, præsertim si non per f. scripseris.

18 Petit tamen, ut idem Eckius in propositiōe sua (quæ in cipit, Erronea appetat &c.) ad idem & aptius loquat. Quæ enim controuersia est partium nō aduersantiū: nisi sic dicat Canones cumulatorios, aut declaratorios poenarū, sed parua & minuta non curamus, nec prosequimur sophismata.

EX VVITTENBERGA CURSIM VII
die mensis Iulij, Anno domini
M. CCCCC. XVIII.

S
R·P· MARTINILV
THERII AVGUSTINIANI VVITTE
BERGENSIS DE POENITEN
TIA SERMO.



Indulgentijs saepè locutus sum uobis, do nec id meruerim, ut hereticus accuser. ut au tem rem ipsam teneatis, possitisq; uosipsci cū illis conferre, ecce procedā iuxta eorū sententiam, nisi ubi locus fuerit mea intserendi. Igitur eorū sententia, Poenitentia diuiditur in tres partes, quæ sunt, Contritio, Confessio, Satisfactione. PRIMA, Contritio (sic enim coepit uocari uera poenitentia interior) duplice via paratur. Primo per discussionem

collectionem, detestationem peccatorū, qua quis, ut dicunt
recogitat annos suos in amaritudine aniæ suæ, ponderando
peccatorum grauitatem, damnū, fœditatem, multitudinem, de
inde amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ dānationis
acquisitionem, & alia quæ possunt tristitiam & dolorem ex
citare. Hæc aut̄ contritio facit Hypocritam, immo magis pe
ccatorem, quia solū timore præcepti, & dolore damni id fa
cit. Et tales omnes indigne absoluuntur, & cōmunicantur.
Et si libere deberent (remoto præcepto, & nimis poenariū)
confiteri, certe dicerent sibi nō displicere eam uitam præ
ritam, quā sic coguntur displicere confiteri, immo quo ma
gis timore poenæ, & dolore damni cōteruntur, eo magis pe
ccant, & afficiuntur suis peccatis, quæ cogunt, non aut̄ uo
lunt odiſſe. Siquidem lex & cognitio peccati, magis abun
dare facit peccatum, ut Apostolus ait Roma, v. c. Et hæc est il
la contritio, quā ipsi uocant extra charitatem nō meritoria
Alij uocant attritionem proxime disponentem ad cōtritio
nem. sic enim ipſi opinant, quā opinionem errorē ego iudico
Secundo paratur per intuitum & contemplationem spe
ciosissimæ iustitiae, qua quis in pulchritudine, & specie iustis
tiae meditatus in eam ardescit, & rapitur, incipitq; cum Salo
mone fieri amator sapientiæ, cuius pulchritudinem uiderat
Hæc facit uere poenitentem, quia amore iustitiae id facit, &
hi sunt digni absolutione, exempli gratia, Si uis poenitere de
luxuria, non incipiās numerare uitia, fœditates, damna eius
nam hæc non diu tibi durabant, cum sit uiolenta contritio
ex uī præcepti facta. Sed intende in speciem castitatis, atq;
ad commoda eius pulcherrima, ut ipsa tibi intime placeat.
sic de omnibus alijs uirtutibus. Sed hic regula talis notanda
est, quod intuitus virtutum sit dupliciter. Abstractiue, seu
per se, & sic carnalem hominem parum mouent, quo mo
do traditur per uerbum prædicationis, sic enim non nisi spe
culatiue uidetur. Concretiue, siue per aliud, hoc est, exem

M. LUTHERII SERM

pli gratia, ut intuearis hoīes, quia tali uirtute lucent, quorum
om̄ speculū primū est Christus, deinde sancti in celo, uerū
rūdem & incipientem maxie mouent exempla p̄sentia, &
fui seculi. Ideo uirginitatē in uirginibus, & innocentibus pu-
eris intuere, usq; dum gemas a facie pulchritudinis eius. Sic
castitatē, charitatē, patientiā, reliquas q̄ om̄es. Sic eīm B. An-
helmus docet ascendere ad amore dei ex amore hoīis boni.
Sic B. Aug. suā cōtritionem hauit ex intuitu illorū, quos ex
Pontiano audiuit, & ipse confitē ecclesiā sibi ostendisse ple-
nis manibus exempla uirginū & continentū, & sic odore
illo optimo allectū. Sic & Apostolus se esse bonū odorem a
līs in uitā, alīs in mortem. Signū est eīm ueræ cōtritionis, si
inspectio hoīe casto, humili, benigno, suspires ex corde, quia
non es talis, sic & ecclesia orat, ut deus nos per exempla san-
ctorū suorū restauret. Et B. Aug. li. viij. confess. Psal. cxix. sic
exponit, Sagittae potentis acutæ cū carbonibus uastatorib;
Sagitta interpretans uerba uirtutes prædicantia ad abstra-
ctiū cognitionē, & carbones uastatores, exempla sancto-
rū ustantia omnē lingua dolosam, imo malā cupiditatem
Sic admirabili sapientia dei sit, ut nullus sibi bene uiuat. Et
sæpius sit, ut boni alīs prosint dū nesciunt, imo fere semper
nesciunt, qui dū incedūt simpliciter, alīj eorum uerbis & uis-
ta mouent miro affectu. Deniq; & pueri infantes ita nobis
uiuit, ut nobis innocentiae speciem suauissime cōmendent,
atq; ad pœnitentiā puocent. Sunt eīm uiua monitoria. Non
est itaq; qd queraris tibi deesse uirtutū exempla uiua, pue-
ros intende, sicut Christus docuit, exhibens parvulū disce-
pulis suis. Hec est pœnitentia iucūda, uera, stabilis, & ex spi-
ritu nata. Ratio om̄prædictorū est. Impossibile est, ut odiās
aliquid uero odio & perfecto, cuius contrariū non prius di-
lexeris. Amor semper est prior odio, & odiū natura & spon-
te fluit ex amore, & sic nascit̄ zelus q; est iratus amor, id est,
odiū mali propter bonū, sic odiū peccati & detestatio uitæ

preteritæ, nulla cura, nullo labore quæsita, uenient sua sponte, alioquin præuersissimo ordine, & nunquam pro futuro studio quærifit amor iustitiae, per odiū peccati, imo machina desperationis, & deiñciendi animi est talis quæritas. Pœnitentia em̄ debet esse dulcis, & ex dulcedine in irā descendere ad odiū peccati. Amor enim est uinculū perpetuum, quia uoluntarium, odium temporale, quia uiolentū. Igitur persuade homini, primū, ut diligat iustitiā, & sine magisterio tuo contetur de peccato, diligat Christū, & statim sui prodigus odi et seipsum. Sic Psal. xluiij. Dilexisti iustitiā, & odisti iniiquitatem, Prius inqtuam, dilexisti iustitiā, & sic odisti iniiquitatem &c

C O R O L L A R I V M .

Plus tibi discutiendū est confessuro, quantū diligas iustitiā & quantū odias peccatū, multoque maiore, immo solo hoc labore tibi cogitandū est, quō futuram uitam agas bonam, & quō deseras, aut odias præteritā malā. Verissimū est em̄ pro uerbū, & omni doctrina de cōtritionibus hucusque data præstantius, quo dicitur, Teut. Nymmer thūm, die hochste buss. Optima pœnitentia noua uita. Sicut & Apostolus sonat ad Gal. vi. In Christo neque circuncisio, neque præputium aliquid ualeat, sed noua creatura. Proinde cōfessurus id potissimū, & ante omnia tecū cogīta, quid faceres, si nō esset præceptum cōfendī, si nulla esset Quadragesima, si nulli confiterent, si nullus esset pudor, sed omnis oīm plenaque libertas, an etiam uelles confiteri, conteri, pœniterer, quod si te nō ita inuenis, iam scito te nō ex amore iustitiae, sed consuetudine & timore præcepti pœnitere, atque malle sequi turbā, si omnibus licet nō pœnitere. Si aut uelles, etiam si nullus pœniteret, confiteretur, cōtereretur, atque adeo si totus mundus aliter ages, nec præcepti habita ratione pœnitere, sed amore nouæ uitæ & melioris, iam uere pœnites. Ecce hoc est, quod illi solent dicere, quod contritio in charitate facta, facit remitti peccata. Quod uerbū nescio, si omnes intelligunt, qui tam fre-

M. L V T H E R I I S E R M O

quenter ipsum in ore uersant, hoc scio, obscurissimum esse,
nec a me aliquando intellectum. **H**ic uero inuenies, si non
uis mentiri, te nō esse tales, sed potius uelles, ut prior uita li-
ceret, quia sentis te omnino adhuc inclinari ad uitā priorem.
Sic em & B. Aug, confitetur in contritione sua se fuisse solli-
citū de uita præterita, immo si recte perpendas hæc dicta,
facile dices nullū hominem esse in mundo, qui hanc cōtriti-
onem habeat, uel saltem paucissimos. Et de meipso cōfiteor
similia omnino. **E**t si uere ac libere uelis confiteri, remoto
deo, precepto, poena, gaudio, scio dices, Si nullus esset deus
nullus infernus, certe uix pœniterem. Scio inquā tales esse
tuā cogitationem, quantumlibet foris contritionem ostendas.
Quid ergo hic faciemus? Oportet nos esse tales, & nō
possimus esse tales, omnes ergo damnabimur. Absit. **S**ed
respondeamus, Oportet, ut cognito te tali, non neges te ta-
lem, sed in angulum uadas, & iuxta consilium Christi, in ab-
scondito ores patrem tuum in cœlis, dicens sine fictione, Ec-
ce optime deus, pœnitendū mihi p̄cipis, sed talis sum ego
miser, quod sentio me nolle, neq; posse, quare tuis prostra-
tus pedibus, oro misericordiā & gratiam, fac pœnitentem,
quem iubes pœnitere. **E**t sic cū B. Augu. ores, Domine da
quod iubes, & iube quod uis. Et cū ecclesia, Cor pœnitens
tribue. Hæc inquam oratio, & agnitus atq; confessio impo-
nitentiae tuae (si ficta nō fuerit) eo ipso faciet, ut deus te pœni-
tentem uerum reputet, & licet multum adhuc sentias te ad
malum inclinatum, noli timere. Hæc confessio & oratio faci-
et, ut Christus suppleat de suo, quod deest detuo. Atq; hæc
orationem facias, nō te retrahat indignitas & impuritas tua
accede confidenter, Quia si nō ante uis orare deum (ut mul-
ti stultissime agunt) & fueris mundus, nunquā orabis. Et cre-
de firmiter, Qui dedit tibi hanc tui cognitionem peccati, te
non rogante, dabit etiam gratiā oranti, immo ideo dedit co-
gnitionem peccati & iustitiae ut rogar es gratiā. Sic Beatus

Aug. cum Apostolo dicit, Per legem cognitio peccati, ut gratia donetur & impetretur. Accipe simile. Gentiles olim idola sua rogabant, & siebat quod petebatur. Et avarus cōfudit in diuitias suas, & sit sicut uult, quantomagis ille uerus & bonus deus non sinit se frustra rogari & in se confidi.

C O R O L L A R I V M P R I M U M.

Contritio uera non est ex nobis, sed ex gratia dei, ideo de sperandū de nobis, & ad misericordiam eius configiendū,

C O R O L L A R I V M S E C U N D U M.

Contritio incipit in poenitente, sed non cessat per totā uitam usq; ad mortem, & non (ut multi putant) durat per horā confessionis duntaxat. Ecce sic habes, quō intelligas quod illi dicunt, oportere poenitere in charitate, & cum bono proposito, quantū deus auxiliū gratiæ dederit. Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritū, nec sacerdos requirere, nisi quod potest dicere, Nescio an sim contritus, Rogo tamen dominū atq; confido me sua gratia contritum, & quoctidie magis conterendum. Hæc de prima parte.

S E C U N D A pars est cōfessio sacramentalis, & hic duo sunt notanda. Primi, ut nullo modo præsumas confiteri peccata uenialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas. Ad impossibile autem nemo obligatur. Vnde in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia cofitebantur, ut patet prima Corinth. v.c. Si quis inter uos est fornicator aut avarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiuscmodi nec cibum sumere, & illud Gal. v. cap. Manifesta sunt opera carnis &c. Vnde multi confiteni, in quinque sensibus, septem donis, septem sacramentis, octo beatitudinibus, & alijs multis distinctionibus peccatorū, uelut id curantes, ut nullū peccatum non cōfitantur, cum tamen inter ea quandoq; nullum uel uix ueniale sit peccatum, & fatigant frustra sacerdotem, perduntq; tempus, ac alijs sunt impedimento. Ideo duplīcī sis confiten-

M. L V T H E R I I S E R M O

di modo instructus. **V**no quo sacerdoti oia manifeſte mor-
talia conſitearī, quanq̄ difficile ſit diſcerni mortalia a uenia-
libus, niſi ſint in opere manifeſto, aut euidenti conſenſu cor-
dis, ut maledictio, furtum, homicidium, luxuria, detracſio, ira,
amaritudo &c. Alio, quo deo cōſitearī reliqua omnia, imo
cum b. lob dicas. Verebar omnia opera mea, ſciens quoniam
non parcis delinquenti. Et Psal. xviiiij. Delicta quis intelligit
ab occultis meis munda me domine. Nam nulla ſunt opera
noſtra etiā bona, quin ſint peccata damnabilia, ſi deus in iu-
diciū intret nobiscū. Sic dicit Psal. cxliij. Non intres in iudi-
cium cū ſeruo tuo, quia non iuftificabitur in conſpectu tuo
oīs uiuēns. **I**tem, Omnis homo mendax &c. Sola uero iſta,
confeſſione humili, & oratione nobis ignoscuntur & ſiunt
meritoria. **V**nde & iuſſit nobis ut oremus, Dimitte nobis
debita noſtra. **Q**uo circa dum uolumus omnia pure confeſ-
ti, nihiſ aliud facimus qđ misericordiae dei nihiſ uolumus
relinquere ignoscendū, nec confidere in eum, ſed in confeſſionem
noſtrā cupimus, ac per hoc uolumus ſecuri eſſe, nec
iudiciū eius timere, cū tamen ei beneplacitum ſuper timen-
tes eum, & in eis qui ſperant ſuper misericordiam eius. Haec
*M*ideo dixi, ut ſitis præmoniti atq; præmuniti in hora mortis,
ubi diabolus nō ſolum mortalia occulta opponet, & magni-
ficabit, ſed ex uenialibus, imo ex bonis operibus faciet non
niſi horrenda peccata, & totā uitam perditissimā ac damna-
bilem oſtendet, ut ſcias qđ facias ſcilicet, ne tunc dicas, Heu
utinam eſsem confeſſus, aut tempus haberem conſitendi, ne
forte desperas quod ipſe cupit, ſed conſide & dicas. Scio
quod omnis uita mea eſt damnabilis ſi iudicetur, ſed domi-
nus iuſſit, non in mea uita, ſed in ſua misericordia conſidere,
ſicut ait, Conſide fili remittuntur tibi peccata tua, Psal. lxij.
Quoniam melior eſt misericordia tua ſuper uitā, **S**ic enim
Bernardus B. Bernardus, Cum aliquādo mori ſe crederet, perdiſi tem-
pus meum, quia perdiſe uixi, aec habeo, niſi quod cor con-

Eratum & humiliatum deus non despicies. Sic sic timor iudi-
cij humiliabit te, sed spes misericordiae exalabit humiliatum.
QSecundum, uide ne ullo modo te cōfidas absoluī propter
tuā contritionem. Sic em̄ super te & tua opera cōfides, id est
pessime prāsumes, sed propter uerbū Christi, qui dixit Pe-
tro, Quodcumq; solueris super terram, solutū erit & in cō-
lis. Hic inquam confide, si sacerdotis obtinueris solutionem
& crede fortiter te absolutū, & absolutus uere eris, quia ille
non mentitur quicquid sit de tua contritione. Nam sic non
crederes sententiæ pronuntiatæ super te a deo qui mentiri
non potest, ac sic te ueracem & ipsum mendacem faceres,
Nam sententia illa debet esse rata & certa. Ideo multomagis
tibi hic uidendū quomodo nihil huic fidei desit, q; cæteris o-
mnibus, imo est per impossibile, quod confessus nō sit con-
tritus, aut sacerdos nō serio, sed ioco absoluat. Si tamen cre-
dat sese absolutum, uerissime est absolutus. Tanta res est fi-
des, & tam potens uerbū Christi. **D**amnabunf itaq; qui no-
lunt confidere sese absolutos, donec certi sint se satis con-
tos. Et super harenam, nō super Petram uolunt domū con-
scientiæ suæ ædificare. Sic legitur in Ecclesiastica historia,
quod B. Athanasius ludens cum pueris baptizauit eos, si-
cut uiderat fieri a sacerdotibus, & baptizatos iudicauit B.
Alexander episcopus. Item quidā minus illudens baptiza-
ri uoluit ad placendū imperatori, & inter ludendū, usq; an-
gelo cū libro, credidit, & eo ipso ludicro baptismo uere est
baptizatus. Quare plus est a confitente requirendū, an cre-
dat absoluī, quā an sit uere contritus, sicut Christus a cæcis
quaesiuit. Creditis me posse uobis hoc facere? Et merito,
quia contritio nunquam est uera satis, quod si esset uera, nō
est tamen certa, & si esset certa, non tamen esset satis. Fides
autem & uerbum Christi sunt uerissima, certissima, suffici-
entissima. **R**uit ergo hic error illorum qui dicunt, quod sa-
cramenta nouæ legis sic sunt efficacia gratiæ signa, quod si

M. LVTHERII SER. DE POENITENTIA.

quis etiā non sit contritus, sed attritus, modo nō ponat obicem actualis peccati uel propositi mali, gratiā consequatur. **E**go autē dico tibi, quod si etiā contritus accesseris, & non credideris in absolutionem, sunt tibi sacramenta in mortem & damnationem. Fides em̄ necessaria est, quanto minus attritio, uel nō positio obicis sufficit. Deniq̄ talis nullus est in mundo, qui nō ponat obicem, nisi solus is, qui credit. Cum sola fides iustificet, & accedentem ad deum oporteat credere. Verissimū est enim dictum illud cōmune, non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat. Et beatus Augustinus, Abluit sacramentū, non quia sit, sed quia creditur. Quod si sacramentū non iustificat, sed fides sacramenti, quanto minus contritio, aut non positio obicis iustificat, sed fides &c. At hic tum quæstio resurget. Quomodo ergo differunt sacramenta ueteris & nouæ legis, si hæc æque non dant gratiā sicut illa? Hæc ad aliud pertinent tempus. Satis sit quod sacramenta nouæ legis sunt efficacia signa gratiæ, si credis, & non amplius. **H**æc de secunda parte.

TERTIA est satisfactio, de qua quidem nihil legitur in scripturis. Dicunt tamen eam duobus modis fieri. Vno modo per impletionem operum, quæ sunt eleemosynæ, ieiunia, orationes. Alio modo per indulgentias. Sed de his habetis uulgarem sermonem nuper impressum, ideo ad præsens omitto, lege ibidem.

SERMONIS DE POENITENTIA A R. P. MARTINO LVTHERIO VVITTEN- BERGAE HABITI, FINIS.

CREVERENDI PATRIS AC S. THEOLOGI Doctoris Martini Lutherij, de indulgentijs sermo, Vuitenbergæ habitus, in latinam linguam e Germanica uersus.

CSciendū primo quod noui authores, ut Magister Sen. S. Thomas & horū imitatores, tres partes faciunt pœnitentiæ Nempe cōtritionem, cōfessionem & satisfactionem. Et quā uis hæc distinctio ut ipsi eam proponunt, difficulter, aut certe neuticē deduci queat ex scriptura, neq; etiam ex antiquis Christianæ religionis authoribus. Nos tñ id incōuulsum relinquemus in præsentiarū, & ipsoꝝ more loqui conabimur.

CSecundo. Dicunt uenias, neq; contritionem, neq; confessionem adimere, sed tantum satisfactionem.

CTertio. Satisfactionis diuiditur, in orationem, ieunium, & eleemosynā, ubi oratio, omnem animi motum, & actionem in se complectitur ad animam proprie attinentem, ut lectio nem, meditationem, auditionem uerbi diuini, declamationem ad populum, doctrinam, & id genus. ieunium continet, omnia opera afflictiva carnis, ut uigilias, labores, duritatem in uestitu, in lectisternijs &c. Eleemosyna est operum a moris & misericordiæ aduersus proximum exhibitio.

CQuarto. Apud omnes Theologos est persuasissimum, qd indulgentiæ auferant huiusmodi opera satisfactionis pro peccatis debita uel imposta. Nam si absolute omnia opera satisfactionis adimeret, nihil boni superesset, a nobis agendū.

CQuinto. Multis fuit magna quæstio, sed nondū satis excusa atq; definita, imo adhuc cōtrouersa, an uidelicet ultra iuncta opera satisfactionis, quippiā adimāt indulgentiæ: an ne pœnā a deo pro peccatis, aut inflictam aut infligendam?

CSexto. Eam quæstionem intactam prætergredior, sed affirmare possum, quod ex nulla scriptura colligi queat, diuinā iustitiam, siue pœnam siue satisfactionem exigere de peccatore. Quin ueram tantum & ex corde profectam pœnitentiam aut resipäsentiam, cum uoluntate ad crucem Christi ferendam, prædictaq; opera satisfactionis exercendi, etiam si nemo imponat. Quia per Ezechi. dictum est. Quicunq; peccator cōuersus fuerit, & bene egerit, peccatorū suorum

amplius non recordabor, Item hoc modo ipse omnes absoluīt, Mariā Magdalēnā, paralyticū, mulierem in adulterio deprehensam &c. Et audire liberet, quisnā aliter ualeat astrue re, tametsi aliqui ex Doctoribus, in eā partem opinati sunt.

Septimo, bene fateor inueniri posse, quod deus iuxta diuinam iustitiam aliquos castiget, aut per flagella urgeat ad poenitentiā, ut Psal. lxxxvij. Si dereliquerint filij eius legem meam, si iusticias meas prophanauerint, & mandata mea nō custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Sed hanc poenam amouere aut ignoscere deo tantum in manu est, nulli hominum. Neq; eam ipse omittere uult, sed eam sedulo pollicetur sese inflicturum.

Octavo, Propterea illius imaginariæ poenæ nomen, quā indulgentiæ excludunt, nemo explicare potest, neq; quisq; nouit quid nam sit, si non est neq; flagellum modo expositum, neq; bona opera, quae satisfactionis nominantur.

Nono, Finge, quod ecclesia uel hac tempestate decernat, & aperte declareret, aliquid remitti p indulgentias ultra prædicta opera satisfactionis, nihilominus prestaret infinitis modis, quod nemo Christianus indulgentias redimeret, immone peteret quidem, quin potius præoptent, tum facta bona, tum illius poenæ tolerantiam. Quia indulgentiæ nihil sunt aliud, neq; aliud fieri possunt, quam remissio bonorum opere rum & salutaris poenæ. Hæc autem amplecti quam refuge re, multo & quius est, atq; honestius. Tametsi ex Concionatoribus recentiores quidā commenti sunt poenas duplices medicatiuas, ut uocant, & satisfactorias. Etenim has ad diluendum commissum, illas ad sanandum, & uitam in melius cōmutandam, prodesse promuntiant. Verum nobis maior facultas est istiusmodi nugamenta contemnendi, quam istis excogitandi. Nam quicquid deus imponit in emendationem est, & compendium Christianis.

DE IN DV LG EN TI IS SE RM O: 11A.

Decimo, Fruvolum est, qd dicunt, Numerū poenarū & operum, quibus satissaciendum pro peccatis esse maiorem, q homo in omnem uitam, tum facere, tum perferrere queat, ob exiguum uitae spatiū, eocq necessarias indulgentias. Respondeo, qd totū hoc inane est, fictitiū nulloque fundamento ntitur. Nam deus & ecclesia, neminem grauāt ultra vires, qd Paulus ipse astruit. Deus inquit, uos non permittit tentari, supra id quod potestis. Necq exigua est contumelia Christi anismo, dicere, quod nobis importabilia onera imponat.

Vndeclimo, Quod si poenitentiae per canones antiquatos iniuncte adhuc essent efficaces, ut pro qlibet peccato mortali, septem annorū poenitentia exigereb, Oporteret ab eiusmo dī cōstitutionibus Christianitatem abscedere, necq amplius imponere, qz qsc̄ ferre sufficeret. Quāto mintis putandū est illis pridē oblitteratis plus pīs obtrudi, q p uirib⁹ expeditat.

Duodecimo, Dicitur magno consensu, Peccatorem cum reliqua poena, post contritionem & absolutionem, debita, remittendum aut in purgatorium, aut ad indulgentias. Verum multa etiam alia temere & supra ueri fidem asseruntur.

Decimotertio, Fœdus est error, qd quispiā de peccatis se putet satissacturū, quē ex inæstimabili clementia de⁹ & semper & gratis remittit; atq cōdonat, nihil a nobis inuicem requirens, qz ut in posterū bene uiuamus. Christianitas, bene uerū est, aliqua exposcit, quā pōt & debet remittere, & nihil imperare ferendū, qd ferri nequit, necq quicq̄ molestius.

Decimoquarto, Indulgentiae admittuntur, propter inertes, & pigros Christianos, qui nolunt animose, necq bona facere, necq mala sustinere. Nā indulgentiae nihil promouent in melius, sed illorum imperfectionem duntaxat tolerant, ueluti conniuendo, Ideoq ab indulgentijs dehortari non licet. At qui, necq licitum est ad eas adhortari.

Decimoquinto, Tutius & utilius est, dare pure ppter deū ad fabricā S. Petri, aut alia quā noiant in indulgentijs, q pro

T.

R. P. MARTINI LUTHERI

munere uicissim accipere indulgentias. Nā periculū est ne minus propter indulgentias, & non propter deū impendat.

Decimo sexto, Multis nominibus est conducibilius largū & munificū animū ostendisse pauperi & egeno, qua sic ad structurā profundere spe indulgentiarū consequendarum, Nam plus momenti habet pium opus absoluisse, q̄ remisisse & indulgentiae plurima bona quæ fieri deberent, condonat aut certe nihil cōdonant. Atqui, ut uere te instruam, animū aduertas. Præcipue dederis, inquā, egenti proximo, si quid es datus, neq; fabrica S. Petri, neq; indulgentiae ab hoc euangelico instituto te dīmoueant. Nemine uere oppidi tui, profligata inopia rerū, opus habente auxilio tuo, quod fortassis nunquā futurū est, ad templa, ad altaria, ad ornamenta calices, clinodia tui oppidi tūc licet exponere, si lubet, Quo facto, si animus te sollicitat, potes impune aut Romam aut alio mittere, tantę liberalitatis argumenta nemo uerat, modo ne indulgentiarū respectu miseris. Quando quidem Paulus dicit, Qui domesticis suis non beneficerit, non est Christianus, & peior quo quis Ethnico. Ita libere & constanter sentiendum. Qui aliter docet, seductor est, & animam in crumen tua querit, inuentosq; nummos omnibus animabus anteponit, & plus amat. Quispiam forte respondet, Sic nunquā indulgentias redimerem. Prius inquā ita cōtendebam ita expetiui, orauī, consului, ne indulgentias compares. Ea facultate somniculosis permitta, tibi recta pergendum est.

Decimo septimo, indulgentiae neq; præcepti neq; consiliū sunt, sed ex illarū rerum numero, quæ permittuntur, & submissionem cadunt, ideoq; non sunt factū aliquod obedientiæ, neq; etiā ullo modo meritoriæ, sed tantū excussio quædam obedientiæ. Vnde cōsequitur, quod indulgentiae quis interdicendæ nō sunt, amoti tamen & subtracti ab eis Christiani ad opera & poenas quæ remittuntur, excitari debent.

Decimo octavo, Quod animæ per indulgentias ex purga-

DE INDVLGENTIIS SERMO 118.

torio liberent, nondum explorati habeo, neq; credo, tamet
sirecentiores id assuerant, sed probandi facultatem non ha-
bent, Nec ab ecclesia sanctissima est. Quare securius est ut pro
animabus ipse preceris, & excerces opera pietatis, id quis
dem remedij receptius atq; certius habetur.

CDecimonono, in predicationibus nihil dubito, quae idoneis argu-
mentis oia nitunt, & scriptura, & euangelicis decretis, longu-
ualere dicto doctoribus Scholasticis, qui uniuersi neuti suffi-
cient, una ad populi concionem sacrā confirmare, eadem
mecū amplectamini sine dubitatioe, sine formidie oppositi.

CVicesimo, Si qui de haereseos crimine me traducunt, quo-
rum scribijs potissimum aperta ueritas uehementer officit, no
magnopere curo. Neq; istorum clamoras conuimelias ma-
gnopere reformido. Obscuri sunt, cerebri tenebricosi, bi-
bliae gustus inexperti, neq; Christi doctrinas unquam lege-
runt, neq; proprios authores, quos adorant, intellexerunt,
Quinimmo laceris & cariosis opinionibus fere detriti sunt
Etenim suis assertionibus perspectis, cognouissent nequa-
quam condemnandum eum, qui non solum non peractus
est reus, sed ne reus quidem factus. Verum ipsis ac nobis,
deus mentem largiri dignetur sanam ac rectam, Amen.

CSERMONIS DE INDVLGENTIIS A R. P.
MARTINO LVTHERIO VVITTEN-
BERGAE HABITI, FINIS.

CF. MARTINVS LVTHERIVS PIO
LECTORI SALVTEM.

CMAGNA uere gratia mihi a domino nostro Iesu Christo collata uidetur, ut uerba mea solius, tam ingrata & odio-
sa sint multis, deinde nescio in quot haereses (ceu Prothei qd
dam essent) secunda pene lingua transformens. Et nisi idem
ipst dominio nostro Iesu Christo, Apostolisq; omnibus, atq;

M. L. SERM O D E V I R

prophetis contigisse scirem, iam dudum desperans, silentium essem. Nunc uero cum urgeat officij mei necessitas, eo nitor, quod magis obediendum est deo, q̄ hominibus, paratissimus officium & titulum docendi relinquere, si ita placet maioribus Ecclesiae, id est, Christo. Sin retinendum est, dent ueniam & boni consulant, qui uolent. Mei studij erit, omnibus viribus dare, ut Christus, Christū, Christo nunciet, & audiat. Hæc cōmemoro, pie mi lector, quod Sermonem quendam de excommunicatione, feci ad populus Vittenbergensem, cuius ut ego prope sum oblitus, ita aduersarij miseri, sunt plusquam oportet, memores, interpretesq̄ rigidissimi, ne dicā iniquissimi. Dabo itaq̄ operam, quantum sufficit memoria, ut sensa, si non uerba totius sermonis, omnia in publicum exposnam, ut probem, ea me docuisse, quorum neq̄ me pœnitentia tractatorem, neq̄ pium auditorem. Quid autē amici mei paraphrasi, aut pseudophrasi sua fecerint, aut faciant, det dominus, ut aliquando uideant & ipsi, Amen, Vale.

S
E
REVERENDI PA
TRIS AC S. THEOLOGIAE DOCTORIS
Martini Lutherij de virtute excōicationis Sermo.



Ebitum uobis sermonem totiesq̄ promissum, tandem aliquādo persoluo, hoc est, de virtute excōicationis hodie dicendum est, quod ut planissime intelligatis, distincte procedam.

P R I M U M.

Videndum, quid sit excōunicatio Ecclesiae, Et quantū uis uocabulū ualet. Excōunicatio nihil est aliud q̄ priuatio cōunionis, & extra cōunionem fidelū positio. Est autē fideliū cōunio duplex, una interna & spiritualis, alia exter-

T U T E EXCOMMUNICATIONIS. 119.

na & corporalis. Spiritualis est, una fides, spes, charitas in deum. Corporalis est, participatio eorundem sacramento-
rum, id est, signorum fidei, spei, charitatis, quae tamen ulterius extenditur usque ad communionem rerum, usus, colloquij,
habitationis, aliarumque corporalium conuersationum.

Igitur sicut priore illa spirituali cōione, nulla creatura potest a nimā uel cōicare, uel excōicatā reconciliare, nisi deus solus Ita non pōt communionem eandē ulla creatura ei auferre, seu eam excōicare, nisi solus ipse homo, per peccatum proprium.

Hac sententia satis patet, q̄a fidem, spem, charitatem, nulla creatura potest conferre, uel auferre, luxta illud Rho. viij. Quis separabit nos a charitate dei? Et infra, Certus sum, qd neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundū, neque alia creatura poterit nos separare a charitate dei, quae est in Christo Iesu dño nostro. Et i. Pe. iiij. Et quis qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis.

S E C V N D V M.

Consequens ergo est, qd excōmunicatio Ecclesiastica, est dūtaxat externæ priuatio communionis, scilicet sacramentos tū, funeris sepulturæ, publicæ orationis, deinde aliarū (ut dictum est) corporalis necessitatis rerū & conuersationū. Hęc em̄ sententia nota est, sic & Paulus i. Corin. v. scribit, Ut nō commisceantur, nec cibū sumāt cum eo, qui noīatur inter eos fornicator, maledicus, ebriosus, rapax &c. Et ij. Thessal. iij. Si q̄s non obedierit uerbo nostro p̄ epistolā hanc, notate, & non commisceamini cū illo, ut confundaſ. Sequitur, Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite, ut fratrem. **H**ac si nō de excōmunicatione externa, salua interna communione dicta sunt, fateor me nō intelligere Apostolū Paulum. **E**t Ioannes epistola secunda, Si quis uenit ad uos, & nō affert doctrinā hanc, nolite eum in domū recipere, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cōicatur operibus eius malignis.

T iij

M. L. SERMO DE VIR

T E R T I V M.

Ecōmunicari, nō est animam tradi diabolo, neq; priuari bonis Ecclesiæ, cōmunibusq; oratiōibus eiusdem. Hoc ex dictis abunde patet, quia manente fide, spe, & charitate, manet uera cōmunio, & participatio omniū honorū Ecclesiæ.

Q V A R T V M.

Ecōmunicatio, si iusta est, significat potius, animā esse dībolo traditā, & ecclesiæ cōmunione spirituali priuatā, quia fertur super eum, qui peccato mortali seipsum priuauit cōmunione charitatis, & diabolo sese tradidit. Sicut ecōtra res conciliatio sacramentū est, & extēnū signum interioris reconciliationis & cōmunionis. Ideo uerum est, quod excōmunicatio ecclesiastica, nō infert, sed præsupponit, aliquem esse in morte & peccato, id est, uere excōicatū spiritualiter.

Q V I N T V M.

Ecōicatio sic est t̄paliſ & corporaliſ, ut t̄n ordinetur, non cōtra, sed pro cōione interiore, uel reparanda, si iuste lata fu erit, uel augenda, si iniusta fuerit. Probat hoc per Apostoli ij. Corin. ult. Agā secundū potestatem quā dedit dīs mihi, nō in destructionem, sed cōdificationem, hoc certe intelligo, qđ non possit destruere, sed tantūmodo cōdificare p Ecclesiā sticā potestatem. Nam & illū fornicariſ i. Corin. v. sic excōmunicauit, & Satanę tradidit, ut spiritus n̄h̄lominus saluus fieret. Et ut supra dictū est, nō existimandī sunt quasi inimici, sed corrigendī ut fratres, nō ut pendant, sed ut cōfundantur. Et ut audacius dicam, Nec Christus, ut homo, hanc habuit potestatem separādi animas, sicut dicit Ioan. vi. Omne qđ uenit ad me nō ejc̄iam foras. Et iterū, Hæc est uoluntas eius, qui misit me patris, ut omne qđ dedit mihi, non perdā. Et iterū alibi, Non uenit filius hoīs perdere, sed saluare anias. Item ad hoc est apertus quoq; textus li. vi. de sen. ex c. Cum medicinalis, qui ualde est notabilis, dicens, Cū medicinalis sit excōmunicatio, nō mortalis, disciplinās, nō eradicans, dū

T U T E EXCOMMUNICATIONIS.

120.

Iamēn is, in quem lata fuerit, non cōtemnat, caute prouides
at Ecclesiasticus iudex, ut in ea ferenda, ostendat se proseq,
quod corrigentis fuerit & medentis. Hæc ibi, Cur nō dixit,
quod perdentis & occidentis fuerit, sicut quidā desperati tū
ment, immo quidā Officiales tyranni affectant? Igitur Eccle
siastica excōmunicatio, est piū & maternū Ecclesiæ flagel
lum, super corpus & res corporis impositū, quo non trudit
ad infernū, sed potius reuocat, & urget ad salutem eos, qui
ad inferna properant, ideo cū summa exultatione, & reue
rentia simul amplectendū, ne dum patientissime ferendū est

C S E X T V M.

Illud solum & maxie oīm curandū est, ne excōmunicatio
tā fidele salutis ministeriū, contemnāt, aut impatientius fera
tur, quia nō modo propter potestatem Ecclesiæ, quæ p se/
plam semp est metuenda, sed etiā propter piām huius pote
statis operationem, & salutis propriæ promotionem, aman
da. Sit simile, qd mater corripiat dilectū filium, qñc meritū,
quandoq; immeritū. Hic cōstat piū esse flagellū, & filio sa
lutare. Quod si ipse impatiens maternę huius disciplinæ, nō
omiserit prohibitū, aut non fecerit iussum, sed furens in ma
trem insurgat, aut cōtemnat, ecce tum incurret in mandatū
dei, ubi præcipit, parentes honorari. & fieri, ut ex unica leu
uscula disciplina, quæ sine peccato, imo cum merito erat, si
bi conflet detestabilissimā culpā, & æternā poenā Ita & nō
seculo fieri (heu miseriā) uidemus, ut officiales trucent, no
tariorū & nuncios cēdāt, mergant, captiuent, aliacq; detestabi
lia portenta cōmittant, qd non facerent credo, nisi vulgata
illa, erroneaq; opinione, crederent sese per excōmunicatio
nem tradi in dānationem, ac non potius queri ad salutem.
Hinc enim sceleribus adjicuit desperationem, nouissimū oīm
horrendissimūq; malorū. Atq; hæc causa fuit, ut hūc sermo
nem meditarer, & nūc æderem quoq;. Quanq; iuste permit
tat hanc cēdem in officiales deus, ut qui hæc finiam salutis ab

SIMILIS SERMO DE VIRTUT

scōnditā cupiunt, quo securius tyrannidem suā falso terrore
hoīm stabiliant, tandem extrema tyrānorū etiā patientur. Si
uero populus huius potestatis, & excomunicatiōis optimā
necessitatē & saluberrimā uim, ac non contra eos, sed pro
eis, ualere, doceret intelligere, minus ipsi periculorū, & qui
etiotem obedientiā in populo haberent, quin & gloriā & a
morem obtinerent. Igitur, mi fratres in dño, nolite hęc por
tentia cogitare, Sint officiales uel publicani, huius potestatis
ministri, sint inq̄ boni, mali, qualescunq;, non nocebit potes
tas ipsa uobis, sed proderit semper, siue sit in usu uel abusu,
tantummodo recte feratis eam, aut cum humilitate euadere
seu solui querite, Matrem intuemini Ecclesiam, Quid ad
te, si uirgam suā super te ponat per manū indigni? nihil omi
nus matris tuę dulcissimę uirga est, & quidem saluberrima.

S E P T I M V M.

Id potius aduerte, & oculos huc uerte, ut illud magis uel fa
cias, uel omittas, propter qđ excōmunicaris & flagellaris, qđ
quō uirgam nō feras, sed hui oīa hęc peruersissima sunt, nō
quid uelit, sed qđ faciat duntaxat uirga, cōsideramus. Quis
est em nunc inter nos, qui tanto timore, timeat deū offendere
(pro quo utiq; solo excōmunicamur, si iuste excōmunicā
mur) quāto studet excōmunicationem uitare uel euaderet?
Ita sit, ut semper pœnas, etiam tā pias & bonas, plus timeas
mus, qđ horrendissimas culpas, Et ad id proh dolor, cooperā
tur, tā minaces & imperiosi huius optimae potestatis ministri, rabulæ forenses. C O C T A V V M.

Excomunicatio non tm̄ pro fidei cōtumacia, sed pro quo
libet crimine scandaloso debet ferri, patet hoc ex prædictis,
ubi Paulus i. Corin. v. & ij. Thessa. ij, libet uitari etiā fornici
arios &c. qđ magna sit miseria, & huius potestatis iniuria
qđ pro septima aut octaua parte floreni, qñc excomunicen
tur, relictis interim horribilibus, & scādalosis criminibus im
punitis, efficto ad hanc tyrannidem colorandam, satis uafro

T V T E E X C O M M U N I C A T I O N I S. 121

cōmento, quod scilicet nō propter transgressiones, sed propter contumaciam excōmunicentur, quasi non sit hoc crudelē satis, quod pauperem pro tantillo pretio trahunt per tam spaciū, in tantas carnificinas suas. Sed hæc alias.

N O N V M.

Id super oia, & in ihs oibus consyderandū est, qd potestas Ecclesiæ cū sit Christi p̄tās, licet pro nostris peccatis, plerūq; tradatur Pilatis, Herodibus, Annis, & Caiphis, uiolentissimis alijs tyrannis, nostrū tñ est, eam summis semp studijs reuerteri & colere, exemplo Christi, qui sic Annā, Caiphā, Pilatum honorauit, Ideo nec indignissimæ eiusdem abusiones, nos debent pmouere, quin quicq; ipsa fecerit, hilariter fera mus, aut saltem cū reverentia declinemus. Nam tps nostrū pīculosissimū est, ideo prudentissime oportet nos agere, ne propter psonas, potestatem pariter uispendamus, imo propter potestatem, etiā uilissimas psonas honoremus. Sic em̄ iratus nobis dicit, Dabo pueros prīncipes eorū, & effeminati dominabuntur eis. Esa, iiiij. Atq; ideo facilius efficiemus qn cognoscimus, qd in aniae profectū uel defectū nihil p̄nt nisi occasionaliter & exercitatue, & tētatiue (ut ita loquar)

D E C I M V M.

(agere.

Excoīunicatio iniusta, nobilissimū meritum est, ideo dulciter ferenda, si excusationi tuæ humiliter p̄st̄ta, locus nō fuerit datus. Hic em̄ dices illud Psal, cvij. Maledicent illi, & tu benedices, tantū uide, ne potestatem cōtemnas, uis potestatis prodest, contemptus uero tete perdet. Nam si filio (ut dixi) imerito correpto, eo maior gratia matris accedit, postquam cognita fuerit eius innocentia patiens, quāto magis apud deū maiorem gratiā consequetur, si patienti innocentia etiā a matre sua Ecclesia tulerit disciplinā, immo si aduersario iubemur consentire, & benigni esse in uia, quanto magis dulcissimæ matri Ecclesiæ, etiā si per indignissimos nos flagellat, Ipsa em̄ manet Mater, q̄a manet Ecclesia, manet autem

M. L. SER. DE VIRTU. EXCOMMUNICA.

Ecclesia, quia manet Christus eius sponsus in æternum.

V N D E C I M V M .

CIn excommunicacione iniusta summe cauendū, ne id deser ras, omittas, facias, dicas, pro quo excommunicarīs, nisi id si ne peccato fieri possit. Nam iustitia & ueritas, cū sint de interiore cōmunione Ecclesiae, nō debent omitti propter excōmunicationem, exteriorem, etiā si ad mortē usq; procederet quia sic pessime oīm excommunicaretur, si quis excommunicari timeret. Debet ergo humiliter ferre, & mori in excommunicacione. Nec timere qd non accipit sacramentū Eucharistie funeris ritum, sepulturas &c. Hæc incomparabiliter minora sunt, q ut iustitia propterea prodaſ. Nam qui etiā iuste excommunicatus, moritur, nō ideo damnabīt, nisi forte nō contritus, & cū contemptu excommunicatiōis moreret. Contritus & humilitas omnia soluit & placat, etiā si exhumet̄, aut in aquas proiectiatur. Beatus aut & benedictus, qui in excommunicacione iniusta, mortuus fuerit, quia pro iustitia, quam nō deseruit, etiā tanto flagello percussus, coronabit inæternū.

D V O D E C I M V M .

CMonendi tamen sunt Pontifices, & eorum ministri, ut censuras grauatum, & q fieri potest, rarissime ferant. Quia cum censura sit lex quædam, omnis autem lex sit uirtus & occasio peccati, & sine gratia dei, lex non impleatur, gratiam etiam dei (id est, legis impletionem) dare ipsi non possunt, nihil aliud faciunt, multiplicando leges & censuras, quā quod multiplicandorum peccatorum, & offendionum dei, causas & efficaces occasions præstant, quantumlibet enim nos obedire tenemur eorum præceptis, multomagis tamen ipsi tenentur seruire nostris infirmitatibus. *

CSermonis de uirtute excommunicacionis a R. P. D.

Martino Lutherio habiti,

F I N I S .

AD CANDIDOS LECTORES. 122.

CQVI Sermones legetis R.P. Martini Lutherij de decem
præceptis qui proxime sequuntur, meminisse debetis ad po-
pulum fuisse dictos, qui, nisi rudi (quod aiunt) Minerua res
tradatur, sic doctorem audit, ut Lyram asinus. Itaque uel sen-
tentiarum acumen, uel uerborum elegatiam ne expectetis.
Siquidem hi Sermones ea dictionis simplicitate, nimirum
ex temporali, qua ad populum e sacra concione fuere Ger-
manice pronunciati, hic triuiali stilo sunt aediti, non ut do-
ctos delectent, sed ut rudioribus cum laicis tñ sacerdotibus
prosint, quorum utilitatis præcipue rationem is habuit,
qui inuulgandos curauit. Igitur quicquid hoc est tu
multuarioru concionum, boni consulite candi-
di lectores, & Lutherium non minus pu-
rum, ac sincerum Christianæ pie-
tatis doctorem, quam uitæ
prositus inculpatæ
uirum, amate,
& Bene
Valete.

SREVERENDI P.
MARTINI LUTHERII SER-
mo de digna præparatione ad sacra-
mentum Eucharistiae.

CITEM.
QVOMODO CHRISTI PASSIO
SIT CONSYDERANDA.

Vii

CHRISTIANIS OMNIBVS.

Habetis sermonem uere eruditum & utilissimum de digna præparatione ad sacratissimam eucharistiam. Quem non est dubium salubriter profuturum omnibus diligenter legentibus, & si deliter sequentibus. Nihil enim prodest bona scire, si mala sequaris. Nec præclarum est intelligere facienda, si probitatem non habeas. Intellectus enim bonus est omnibus facientibus eum. Deum igitur omnipotentem oremus, ut spiritum rectum innouet in uisceribus nostris, ut in ordinem redacto, & iusto Adam ueteri, in uitio concepto, nato, & enutrato, nouum hominem induamur, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Nisi em huc peruenies ut deo omnia, tibi nihil tribuas, actum tecum erit. Semper igitur hoc Propheticum in memoria habe, Pro nihilo fauos facies illos. Nam gratiae dei, sicut alia debemus omnia, ita reprobationem, quæ est in CHRISTO IESU DOMINO NOSTRO, QUI EST CUM PATER & SPIRITU SANTO BENEDICTUS IN SECULA SECULORUM, AMEN.

S
R P AC THEO=
LOGI VERB CHRISTIANI MARTINI
Lutherij Sermo de digna præparatione
cordis pro suscipiendo sacramento Eucharistie.

S



RIM O necessariū est, ut omnia peccata manifeste mortalia, confitearis atq; doleas. Manifeste dico, quia occulta nemo scire potest, iuxta illud Psal. xviii. Delicta quis intelligit? **S**ecundo, inter omnia peccata mortalia, praecepit inuidiam, displicentiam, aut quancum prorsus amaritudinem cordis erga proximū tuum depinas. Non est enim aliud peccatum & que huic sacramento aduersum, atq; discordia. contrarium est eī & nomini, & rei huius sacramenti. Nomen est cōmunio. Res, unitas cordis, sicut una fides, unū baptisma, unus deus, una spes, ac prorsus omnia eadem & cōmunia. Quod & figuratur in speciebus sacramenti. In quibus multa grana, amissa singulorū differentia in unum panem. Item uiae multæ amissa sua quoq; differentia, in unum uinū redactæ sunt. **T**ertio, quia iuxta scripturā, Stultus est qui in corde suo cōfudit, cum q; nullus sit hoīm, qui non habeat debitorem (ut beatus Augustinus ait) nullus est qui nō inueniat, aut certe nō aduertit, uel ignorat se inuenire in aliquibus uel aliquo, quod sibi displiceat desperandum est tibi de tuo studio, quod nō poteris omnem erga omnes amaritudinem deponere. Ideoq; iuxta CHRIS. STI consilium, intres cubiculū, ores patrem tuum, ut ignorantias tuas nō meminisse uelit, & id per gratiam suam facere, quod tuis uiribus non potes, id est, cor dulce & commune dare. Sed hæc præparatio est remota, etiam cōfessuro necessaria, & quodlibet sacramentū recepturo. ideo **Quarto** oportet, ut animā uacuam & esurientem offeras, i. te plenum multis malis, morbisq; animæ confitearis, sicut in ueritate es, etiam si forte nō sentias. nam (ut beatus Augustinus ait) iste cibus nihil & que odit, ac saturum fastidientemq; stomachum, nihil ita querit, sicut animā esurientem & sitiensem, ut ipse quoq; dominus Matth. quinto. **B**eati qui esurunt iustitiam, quoniam ipsis saturabuntur. Item beata uirgo,

Y ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE PRAEPA

Esurientes impleuit bonis, & divites dimisit inanes. Et Psalmus 106. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis. Bona uero quae sunt alia quam illa, quae Galat. quinto recitat Apostolus. Fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, longanimitas, modestia, continentia, castitas. In ihs si te sentis deficere, & gemis, optasq; illa obtinere, securus accede. Nusquam em inuenies illa nisi in isto sacramento.

C O R O L L A R I V M I.

Optima dispositio est, nō nisi ea qua pessime es dispositus & econtra, tunc pessime es dispositus, quādo es optime dispositus. Quod sic intelligit, qd quando sentis te miserrimā & egenū gratia, iam eo ipso capax es gratiae, & idoneus maxime. Rursus plusq; mortem & infernum timeas, ne quando sic accedas, ut tibi dispositus videaris ac dignus, quasi allatus deo cor mundū, qd potius ibi fuerat querendū & recipiendum. Stat firma & insolubilis sententia. Non est opus medico bene habentibus, sed male habentibus. Nam sicut non tunc, ita nec nunc CHRISTVS uenit uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiā. Ideo pœnitentia potius post q; ante sacramentū digne peragit. Deus tuus, est honorū tuorū non indigens, sed honorū suorū largus in te, uenit ad te

C O R O L L A R I V M II.

Magnus & perniciosus error est, si quis accedat ad sacramentū, ea nixus fiducia, qd confessus est, qd non est sibi conscientia mortalis peccati, qd orationes & præparatoria sua præmiserit. Omnes i; iudicium sibi manducant & bibunt, quia ihs oibus non fiunt digni neq; puri, imo per eam fiduciām puritatis peius poluuntur. Fiunt autē puri per fidem, ut sequit. Quinto, id cura, ut cum plena aut saltem possibili fide accedas, certissime confidens tete gratiam cōsecuturum. Tantum enim accipies, quantum credis te accepturum. Sicut CHRISTVS ait, Quicquid orantes petieritis, credite qd

RATIONE AD EUCHARISTIAM SERMO 129.

accipietis, & sicut uobis. Et iterum dicet tibi illud. Fiat tibi si
cūt credidisti. Si enim accederes sine ista fide, iudicium tibi
omnino acciperes & mortem. Sic enim in omni alio sacra-
mento non nisi illusio & fictio agitur, si sine fide suscipitur,
quod est horrendum. Hæc itaq; fides sola & summa ac pro-
xima dispositio, facit uere puros & dignos, Quia non nitit
tur in operibus aut uiribus nostris, sed in purissimo, piissimo
firmissimoq; uerbo CHRISTI, dicentis, Venite ad me o-
mnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos. Et ite-
rum, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam isti sa-
turabuntur. Fides em̄ est, quæ iustificat, purificat, dignificat
Et Actuum decimoquinto, Fide purificans corda eorum.

COROLLARIUM III.

Quicquid sit de cōtritione tua, de pœnitentia uera uel falsa, illud maxime stude, ut in præsumptione istorum uerbo-
rum CHRISTI accedas. Et sic accedens illuminaberis, &
facies tua non confundetur. Vel matrem eius noli mendacem facere, ubi dicit, Esurientes impleuit bonis. Et multo
magis, ne ipsummet dominū arguas mendaciū, ubi promis-
tit, Venite ad me omnes. Argues autē mendaciū, si non credis
eum ita facturum tibi sicut promittit. Ideo infidelitas est ma-
ximū peccatum, & recta blasphemia in charitatem diuinam
Sexto, Si sentis te nec ista duo posse, uel satis posse, si uere
senties, si te ipsum probes, hic non uerearis cum Apostolis
dominū orare, Domine, adauge nobis fidem. Et cum illo pa-
tre dæmoniaci, Marci nono, Domine, adiuua incredulitatē
meam. Sic intra in cubiculū tuum, & dīc patri tuo in cœlis,
Ecce mi domine IESU CHRISTE, miseriam meam re-
spice, inops & pauper sum ego, & tamen adeo fastidiosus
medicinæ tuæ, ut nec diuitias gratiæ tuæ suspirem. Accen-
de in me domine desyderium gratiæ tuæ, & fidem promis-
sionis tuæ, ut non offendam te optimum deum meum, per
uersa mea & incredulitate & saturitate mea. Ac sic accede

R. P. MARTINI LUTHERI DE PRAEPA-

cū fiducia misericordiæ eius, & in timore indignitatis tuæ.
Sed hic tractandum est illud Apostoli prima Corin. xi. Pro
bet aut seipsum homo, & sic de pane illo edat &c. Hoc uer-
bū multi sic intelligere uident, ac si uelit Apostolus nos non
ante accedere, quam donec inuenierimus nos dignos & pu-
ros ab omni peccato. ideo sibi ipsis faciunt angustiā & carnī
ficiam conscientiæ, discutiendo, conterendo, confitendo
nō solum uenialia, sed ea quæ non sunt peccata. Et ihs factis
(quod est horrendū harathrum præsumptionis) iam secure
accedunt, nec de fide sua quicq̄ solliciti, uolunt enim iusti &
digni uenire, & similes deo, sicut Lucifer, cum deberent uel
le iusti & digni fieri & redire, a deo. Igitur illud uerbī dictū
est contra eos, qui C H R I S T V M diuidebant in diuersas se-
ctas, alij uolētes esse Pauli, alij Cephē, alij Apollo, alij C H R I
S T I, pri. Corin. tertio. **E**t ideo inuicem iudicabant & dam-
nabant, atq̄ contemnebant. Insuper ad sacramentū alij alios
præueniebant, & præsumebāt ut alij uenturi nihil haberent
ut clare ex textu & glossa beati Ambrosij patet. Quos Apo-
stolus arguit & pronūciat indigne manducare &c. Volens
ut seipso potius probarent, iudicarent, damnarent, & non
alios. Ea enim discordia (ut supra quoq̄ diximus) maxime
facit indignos & reos corporis domini. Et hāc eius esse sens-
tentiam, sequentia ostendunt, Itaq̄ fratres mei, cum conue-
nitis ad manducandum, inuicem expectate, ne in iudicium
conueniatis. **I**tem. Si nosipso iudicaremus, non utiq̄ iudi-
caremur a dño. Item. Non dijudicans corpus domini, qua-
si diceret, ita acceditis, ac si corpus domini nihilo esset digni-
us reliquo pane naturali. Potest quidem illud uerbum etiā
de probatione intelligi, qua homo peccata sua discutit atq̄
ponderat. Sed ea non est satis, nec pertinet nisi ad insensatos
& crassos illos sacramenti contemptores. Non enim sufficit
ut probes & ponderes, quam malus fueris, nisi magis pon-
deres & probes, quam bonus fieri cupias & anheles.

COROLLARIVM I.

CSi Apostolus per ea uerba uellet nos probari a nobis, usq; dum digni fieremus, prouersus ad impossibile nos obligasset, & omnes hoies, etiā sanctos cōmunione priuasset, Sibi de/niq; ipse in pluribus locis contradixisset, ubi clamat, omnes esse peccatores, & sola fide iustificandos. Oportet enim ac/cessurum ad sacramentū esse certissimū, se sine omni pecca/to mortali esse, si nō uelit iudicium sumere. At impossibile est ut ex se & suis uiribus certus fiat, iuxta illud, **D**elicta quis in telligit? Et illud Hieremiae, Prauum & inscrutabile est cor hominis, quis scrutabitur illud? Ego dñs scrutans renes & corda. Relinquitur itaq; certitudo illa, stet super firmam in/fallibilemq; petram, id est, CHRISTVM, & uerbū eius.

COROLLARIVM II.

CQuare uera & solida probatio est, si te inuenieris inanem quidem & sine pondere salutis & iustitiae, onusq; uero a cla/borantem in multis malisq; cupiditatibus, Quibus inuentis anhelus sitias gratiam & misericordiā, easq; non dubites te te consecuturū. Sic beatus Gregorius reprehendens Petru/quo dominū iussisset exire a se, quia peccator esset, ait, Si te peccatorem agnoscis, non oportet repellere dominū a te sed multo magis inuitare. Et beatus Ambrosius, quia quo/tidie pecco, necesse habeo quotidie cōmunicare. Et quidā patrum cōsuluit, ne facile quis se abstineret a cōione, ne for/te simul & longe fiat a CHRISTO. Non em uenenum no/bis dedisse ac reliq;se timendus est, Qui nouissimū ac maxi/mū charitatis, quā ad peccatores gerit, memoriale, seipsum protestat nobis reliquisse, dum institueret sacramentū illud. **C**Septimo, Si tandem adeo infirmus es in fide, ut nec illa te satis iuuent, aut non possis ea præstare, apprehende illud no/uissimū infirmorum remedium, & permitte te sicut infantem gestari in ulnis & sinu matris ecclesiæ, immo cū paralytico in lectulo, ut dñs fidem illorū saltem intueatur, quando tua

C. P. MARTINI LUTHERI DE PRAEPA*†*

nulla est, id est, ut in fide uel uniuersalis ecclesiæ, uel hois sive
delis tibi noti accedas, & audacter dicas dño IES V, Ecce
domine mi IESV CHRISTE, doleo me tam infirmū, ut
de tuo inæstimabili in nos amore nihil aut tā purum præsu-
mā. Ideo suscipe me in fide ecclesiæ tuæ, & illius aut illius ho-
minis. Quicquid em̄ sit de me, necesse est o domine me obe-
dire ecclesiæ tuæ, quæ iubet ut accedā. In obedientia uenio
saltem, si nihil aliud affero. Et crede firmiter, quod non indi-
gnus accesseris. Non est dubiū quin obedientiā ecclesiæ tan-
q̄ sibi factā acceptet. Deinde nō potest fieri ut ecclesiæ fides
te permittat perire, non magis certe q̄ parvulū, qui alienæ fi-
dei merito baptizat & saluatur. Sic beatus Bernardus, cū
aliquā fratrem haberet nimis timidum & scrupulosum, ita ut
nollet celebrare, ait ad eū, Vade mi frater, & celebra in fide
mea, huit ille obediens, & sanatus est ab omni languore con-
scientiæ suæ. Hæc itaq; latius dixi, quia compertum habeo,
multorū concionatorū terroribus eo redactas Christianorū
cōscientias, ut sibi ex CHRISTO Mosen fecerint, ex gra-
tia legem, ex remedio uenenū, dum CHRISTVM falso i-
maginant exactorem magis q̄ largitorem, ultorem magis q̄
propitiatorem, & in summa, dānatorem, nō saluatorem, ita
ut sā nec nois sui quod est IESVS CHRISTVS, id est sa-
lutaris & unctus, gloria sit in cordib⁹ nostris nisi nudis syl-
labis. Nō igitur oībus oportet terribiles iudicij minas inten-
tare, sed duris & insensatis. Trepidis uero atq; scrupulosis,
leuiores misericordiæ promissiones sunt declarandæ, quia a-
lia medicina alijs morbis cōuenit, Octauo. Nec illud omit-
tendū, imo maxime curandū, ni memoria passionis CHRIS-
TIV nō omittatur. Quid em̄ prodest si digne præpareris, &
nō impleas id, ad qd te præparasti. Nam præcepit dominus
id sacramentū non nisi in memorā sui celebrari, ideo omis-
tendum est, si memorā eius omittere uoles. Sic dixit, Hæc
quotiescumq; feceritis, in mei memorā facietis. Et Paulus,

RATIONE AD EVCHARISTIAM SERMO.

126.

Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciatib; donec ueniat. Inde enim statuit ecclesia, ut missa sine euangelio non legatur. **H**æc memoria autem alium requirit sermonem, quia non minus & ipsa in superstitiones, & literalem hypocrisim apud multos uersa, quam pleraq; alia sacratissima dona dei.

CQVOMODO CHRISTI PASSIO SIT CONSYDERANDA.

Hominis non est necessarium ut CHRISTVM in ipsis passione deploret, sed magis seipsum in CHRISTO. Nam passio CHRISTI (ut sanctus pater Augustinus dicit) non solum nobis exemplum est, ut sequamur eius uestigia, & in nobis membra terrena crucifigamus, sed etiam est sacramentū & mysteriū CHRISTVM per suā temporalem & corporalem passionem, nostrā spiritualem perpetuā passionem ueteris hominis uicisse & crucifixisse. Itaq; passionem CHRISTI utiliter uel auditurus, uel lecturus, uel cōsyderaturus, talem concipiā necesse est, affectum, tanquam ipse eandem passionem in & cū CHRISTO patereris. Ergo audiēs CHRISTVM flagellatum uel percussum, consydera hoc significari te spiritu aliter flagellatum uel percussum. Sicut igitur tibi, si modo sanæ mentis homo es, dolet te spiritualiter a morte peccati & spiritu maligno cruciari, ita dolet & quidem uehementius dolet, id CHRISTO propter te in sua passione. Tu pateris ex merito, CHRISTVS propter te, & innocenter, portas in cruce nō sua, sed tua peccata. Ita confitebatur latro in cruce passionem CHRISTI. Sic & disce ex corporali passione CHRISTI, cognitionem tuæ spiritualis passionis, & notitiā tuūpisius. CHRISTVS in sua passione personam nostrorum peccatorum suscepit, Ideo nos in cordibus nostris

DE CONSYDERA. PASSIONIS CHRISTI.

tales coram deo apparare debemus, sicut ipse coram hominibus pro nobis apparuit. Et quemadmodum ipse propter nos lamentatus est, ita debemus nos ipsos super eum deploare, sicut mulieribus dixit, Nolite flere super me, sed super uos & filios vestros. Igitur qui seipsum non intelligit & inuenit in passione CHRISTI, eam non intelligit sufficienter, & frustra comparatur CHRISTO, siue CHRISTI uicem dolet, quia ex CHRISTI passione non dicit sibi ipsi compati. Ideo pro te CHRISTVS fleuit, conquestus est & passus, ut discas tuam propriam passionem & miseriam ante deum deplorare. Nam te recognoscens coram filii mortis, merito debes flere donec perpetuo libereris. Si ergo ita efficaciter tuam miseriam in passione CHRISTI recognosceres, facilis tibi esset humilitas, māsuetudo, clementia, cōtemptus mundi, & cætera, libenter etiam CHRISTVM in omnibus ipsius sequereris passionibus. Quis enim nollet flere, uidens suam miseriam esse tantā, ut pro ea æterna, infinita, & innocens persona pateretur? Nam terribile est auditu, neq; mirandū in parte nostra, si quisq; nostrum penitus desperaret tantam misericordiā consyderans, nisi e diuerso magna de misericordia solatium succurreret, per quam nemo in deo de sua salute desperare debet. Si enim deus filii pro nobis tradidit, dedit etiam in ipso nobis omnia. Quapropter uocatus in conscientia tua in accusationem, poenā, & mortem coram deo, tunc confitere & deplora id totum ex merito uenisse, & respice CHRIS TVM, omnia innocenter & immerito patientem, id quod unicum tibi solatium sit. 

CSERMONIS DE DIGNA PRAEPARATIO
ne cordis pro suscipiendo sacramento Eucharis-
tiae, per R. P. Martinum Lu-
therium habitii,
F I N I S.

SECUNDUM YUGUM IUSTITIAE
DECEM PRAECE-
PTA VVITTENBERGENSI POPVLO PRAE-
DICATA, PER R. P. MARTINVM LV-
THERIVM AVGUSTINIANVM.
PRAECEPTVM PRIMVM.
NON HABEBIS DEOS ALIENOS.



PIMVM quærit cur non præcipit affirmatiue sic, Habeto propriu uel unu deu, uel adora me unicu deum? Secundo, Cur nō imperatiue magis q̄ indicatiue dicit, Nō habeto deos alienos? Ad utrūq; simul respondeo, Quod omne præceptu dei magis positū est, ut ostendat iam præteritū & præsens peccarū, q̄ ut futurū prohibeat. Siquidem iuxta Apostolū, Per legem nihil nisi cognitio peccati. Et iterū, Conclu sit deus omnes sub peccatū, ut oīm misereatur. Ideo præceptum dei, ueniens inuenit peccatores, & auger, ut amplius abūdet peccatū, Ro. v. Leges uero hominū propter futura peccata ponuntur. Ideo spiritus, ut est benignissimus magister, magis loquitur indicatiue, q.d. O miser homo ecce tuam tibi ostendo prauitatem. Talis esse deberes, qui nullos deos haberes, non assumeres nomen dei tui frustra, Sabbatū sanctificares, Non occideres, Non cōcupisceres &c. Nunc aut̄ totus es alius & peruersus. Ideo deniq; & negatiue præcipit, quia negatiua est uehementior, q̄ affirmatiua. Siquidem & Samaritani olim coluerūt unu deum, sed simul deos suos. Et nunc ludei atq; gentes, hæretici, & mali, immo omnis homo mūdi, unu deum colit, quem omnes cognoverunt, ut Ro. i. Apostolus dicit. Sed ibi peccant, quod hunc sic colunt, ut simul & sua idola colant. Ita nullus est hoīm in mundo, qui non in aliquo gradu, quodlibet præceptū faciat, quia ne mo est, qui nō aliquando nomen dei non inuariū assumat, qui nō aliquando nō occidat, non mœchetur, nō furetur, sed simul tamen omnia etiam contraria faciat, ut uidebinus latius infra.

R. P. MARTINI LUTHERI DE X. PRAECE

C O R O L L A R I V M.

Cōmēs filij Adæ sunt idololatræ, & primi huius p̄cepti rei. Verum sciendū, q̄ idololatriæ duo sunt genera. Alterū exteriū, alterū interiū. Exterius, quo hō lignū, lapidē, bestias, stellas adorat, ut notū est ex Vt. test. & libris gentiliū. Hoc aut̄ procedebat ex interiō. Interius, quo homo uel timore pœnæ, uel amore cōmodi affectus, foris quidē omittit culturā creaturæ, sed intus manet amor & fiducia in creaturā. Quae est enī religio, nō flectere genua diuitijs & honorib⁹ &c. & tū cor ac mentē, nobilissimam sui partē offerre illis: hoc est, deum adorare in corpore & carne, itus aut̄ adorare creaturā in spiritu. Hæc idololatria dominat in omni homine, donec sanet per gratiā in fide Iesu Christi. Sicut dicit Psal. lxxx. Audi populus meus & cōtestabor in te, Israel si audieris me. Non erit in te deus recens, neq; adorabis deum alienum. Quod est dicere, Tuis studijs & uiribus nunquam eo peruenies, ut deum alienum non adores, quia etsi nō coles imagines, corde tamen mihi præferes creaturam. Tunc autem non adorabis alienum, si me audieris, id est, fides uerbi mei te faciet liberū a dijs alienis, & uerum cultorem dei. Hęc enim abstrahet te a cupiditate & fiducia rerum, & trahet ad creatorem.

Cuonmodo fiat istud?

CIta fieri, Fides Christi tollit omnē fiduciā sapientiæ, iustitiæ, uirtutis propriæ, docēs, quod nisi ipse pro te mortuus esset, tecq; seruaret, nec tu, nec om̄is creatura tibi posset prodesse, ac sic oritur om̄is contemptus. At ubi audis q̄ pro te passus est, & creditis, iam oritur fiducia in eum, & amor dulcis, & sic periret om̄is terri afflitus ut inutiliū. Et oritur aestimatio solius Christi, ut rei necessitat̄ uehementer, remansitq; tibi nō nisi solus Iesus, solus satis & sufficiens tibi, ita ut de omnibus desperas unicū habeas hunc, in quo omnia sp̄eres, ideoq; super omnia eum diligas. At Iesus est uerus, unus, solus deus, quem cum habes, nō habes alienum deum. Iudei uero timentes ne alienum deum haberent, si hominem Christum adorent, eo peius adorant alienū deum, scilicet idola cordis sui, q̄ sibi de deo singunt. Reste ergo dicit, si audieris me, quasi dicaret, impossibile est ut non adores alienū, si non audieris me, quia non humiliaberis, nec auferet tibi fiducia creaturæ. Non humiliatus autem, non adorabis me, sed te & tua.

Clare ergo patet, quod nemo implet hoc præceptum, nisi credens in Christum, sperans, diligens, iudatus ab omniū rerum affectu. Quod sine gratia dei est impossibile.

Cat sunt multi, qui cum interrogantur, an alienū deum habent, & idololatræ sint, constanter respondent, qd nequaç. Hos ut deprehēdas manifesto mendacio, id obserua. Num sunt rebus ita mortui, & in Christo ita securi, ut ne diuitijs inflent, nec paupertate dejiciantur, nec honore tumeant, nec ignominia marcent, nec uita latentur, nec morte terreantur, nec uoluptate gaudent, nec passionibus tristentur. Et propterea ita sint ad utrūq; immoti & quieti, ut quoquo modo illa cadant, satis eis sit, quod Iesum Christum habent, immo ut paupertatem, ignominiam, passiones, mortem ament & optent, diuitias, gloriam, uoluptatem, uitam fastidiant præ desiderio sti dei leui Christi. Sicut ille Psal. xlivij. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum &c. Et sponsa in Canticis, Filia Hierusalem, nunciate dilecta, quia amore langueo. Et Paulus, Cupio dissoluti & esse cū Christo. Qui uero hunc in se affectum non dum sentit, confiteatur se nondū esse purum dei cultorem, sed multa mixtū idololatria, quia dolet, cupit, amat, odit, non sicut debet, neceā quæ debet.

Cat hic dicitur, hæc pertinent ad perfectos, nō ad omnes, non est necessaria tanta perfectio. Respondeo. Et nos scimus hoc esse perfectorum (id est, nō Iudeorum, sed Christianorum) Non quod damnati sint omnes, qui tam perfecti nō sunt, sed quod ista metta & finis est nobis propositus, a cuius affectione nemo excusat, nisi is, qui cum gemitu agnoscit, & cōfiteretur sese non esse tam, & quotidie laborat, ut fiat talis. Et quod minus facit humiliter petit ignosci, dicens, dimitte nobis debita nostra. Et illud, Cor mudū crea in me deus. His inquam timoratis, & cōfidentibus, querentibus, perentibus, nō imputatur ista idololatriæ suæ mixtura, propter Christū, in quem credunt. Illis uero, qui sine timore, sine sollicitudine proficiendi in securitate stertūt, omnino imputatur, & sunt uere idololatræ. Nec excusabuntur, quod nō sit necesse esse perfectum, quasi præceptum illud lapidibus aut lignis, ac non potius hominibus sit positum, & ita implendū plebeatq; perfecte, ut nec unum iota, aut unus apex sit p̄tereundus.

CPro clariore notitia, ita ut infirmiores possint capere, qui &

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE,

quomodo contra hoc præceptum peccent, latissime ponati exempla, non tamen omnia (nisi uelim infinitum numerare) sed multa, ut eorum comparatione possint reliqua facilius intelligi.

Primo, Sunt aliqui adeo rudes, ut uideatur diabolus nō serio sed uelut moriones suos ioco illudere, inter quos sunt, Sortilegi diuini, malefici, incantatores, supersticiosi. Et horum multiplex species, sed in compedium eos redigam, atq; ut facilius teneantur memoria, iuxta aetatum differentias distinguam.

Prima est Adulescentia per se proclivis in seductionem hostis. Primo sunt, qui conceptis uerbis, certisq; signis nouerunt conse crare, id est, execrari, gladios, tela, boardas, & omne ferrum, ita ut non possint laedi ab illis, siue in bello, siue alias. Vidi ipse ego adulescentē, qui stricto gladio, in uentrem nudū fixo, tam ualide urgebat aduersum seipsum, donec capulus reflexus copulare tur acuminī sup uentrem, & nihil laesus, gladiū rursum remisit.

Secundo, Qui pñt hæc soluere, circulo descripto, ductisq; in pul uere signis, & ita alter alterius sacramēta irrita faciēs, sese occidūt.

Tertio, Sunt qui literas, aut characteres super uitru scribunt & ad ignē ponunt, torquere soliti hac machina puellas ad sui amo rem. At illæ rursum, aliaē ollā ad ignē ponentes, suos Adonides pñulta miliaria, uocare possunt. Aliaē caput asini in medio fo co ponentes urgent ad se uenire quoq; uolūt, sui mysterij uel æ mulos uel cōsortes. Et mirū dictu, qđ nō sit salus nec remissio ue nire coactis, donec igni potiri eis licuerit, asinimi capitib; coctore.

Quarto, habentur literæ, multis sacris & uerbis & signis replete, quas Carolo dicunt a Leone papa missas in bellum, quod ultra uanitatē, etiam mendaciū est, ut ex Chronicis patet, cum nō fuerint synchroni Leo, & Carolus. His tamen tantum tribuunt, ut nec occidi, nec laedi, nec iniuriam pati possit, qui illas portauerit, ita ut præsumant, & iniquis causis uictorias forentes.

Quinto, obseruat mēses pro uxore ducēda. Alij ne nascat pro les, alij cōtra ut ple abūdent. Ita nō deo, sed mēsibus tribuūt hois creationem, infœlici insipientia, & tu sunt libri his nugis referti.

Sexto, Sacra illa cæra, paschalis cærei, a multis furtim abciditur, nescio in quot & quanta uel maleficia, uel superstitiones.

CSeptimo, Sunt qui accepta aqua bñdicta, cū pñulis suis sperant se in formicario ouuum inuenturos, qđ gestantes sunt inuisibiles.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

129.

Octaudo. Furem querunt, dum suspecta nomina in chartulis inscripta, iaciunt in aquam benedictam, ut cuius nomen in imatur, ipse sit sic quæsus.

Nono. Vxore ducta, stultis obseruatiōibus intendūt, uter utri sit supuicturus, ut qui prior obdormiat nocte prima, prior morietur. Item uxor primo ingressu domus uiri, superius limen tagat manu, adiunctis uerbis, quibus se dominā uiri diuinet. Secundū haec iudicent simili a, quanq̄ sunt stulta magis q̄ mala, & ludus dæmonū, ut dixi, uide, sed qui tandem in nimiū seruum uergat, scilicet, ut assuescat ijs minutis in creaturam cōfidere, & inde nec in magnis deo credant. Excusant se sane, quod sunt sacramenta, sacraq̄ uerba, quasi non ideo magis sunt accusandi, qđ rebus, signis, uerbisq̄ dei, in re prophana & diabolica utantur.

Secunda est. Iuuentus, & eorum coniugio iam sunt astricti, ubi affectus prolis & terum, mulierculas mire seductiles reddit in hoc opere diaboli.

Primo. Curare nituntur infantes superstitionis quibusdā ritibus. Nam sunt, qui fascinatos curant pueros (quod malū apud nos frequentissimū est, adeo abundant pestilentes uetulæ, & dēmonū ancillæ in hunc usum) ignoto quodā morbo, quē Teuto. die elbe, uocant. His quidā sacerdotes & editui rusticani a magis meretricibus edocti, literas scribunt pensiles ad collū. Sed nō cōmuni atramento neq̄ papyro, nec omni die, nescio an & calamo & pulpite & loco uusuali, habet em̄ res ea sua occulta mystria, & fit tñ quod faciunt, quia credunt. Alij aliū morbū, quem Teuto. das hertzgespanst, id est, pectoris diffensionē, quem eo p bant argumento. Si mensura a cubito ad cubitū, non fit equalis mensura, a poplite ad collū pueri. Deinde nescio qđ modis murmurādi cingulo metientes, capitis dolorē mitigent, sic & alios oīm membrorū dolores. Hic ego uellem pueros intelligere & loqui ut matres suas, tam insignis iustitiae arguerent. Non enim est dubiū, quin resisterent, & sapientiores se matribus pbarent.

Dicunt aut̄, Quis non misereatur infantis & filij uteri sui. Respondeo. Miserendū, sed non usq̄ ad seruitutē diaboli, uel natu ralem quære medicinā, uel deum exora in simplici fide. Cur eū quem denis creauit, diabolo seruandum & sanandū offers. Verum deus ad tentationem incredulorum permittit talia fieri in

X ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

infantibus, per maleficos, ut diabolum querant, qui deum neglexerunt. Neque enim dubitandum est, in infantium eiusmodi uexationes, quandoque non esse naturales, sed dämones per maleficos adiurati, ita cruciant parentes eorum, occulto deliudicio, sed iustissimo, ut probet fidem, uel illo & uel aliorum, aut utrosque puniat.

Secundo. patres insufflant parvulis in palatum, uel guttur, ne scio quo morbo laborantibus, adducunt autem uerba ad adiurationem idonea septem uicibus.

Tertio. Qui pecora signant atque sic seruant a lupo, peste, aqua, igne, quin totam ciuitatem uel domum ab incendio possunt ita seruare. In felix lupus, iuste queri potest, portionem suam a deo datam, sibi erexit per dämonum foederatos. Si lob ita fecisset, sua pecora seruasset, sed non a deo laudatus esset.

Quarto. Hadem religione fructus in agris & hortis consignant adeo stulti, ut qui imbre & incrementum ex deo acceperunt, custodiam ex diabolo pertant, uelut contra deum pugnantes, ne auferat, quod dedit.

Quinto. Ignem & aquam item serpentes nouerunt adiurare, ne pecori noceat ullo modo, id est, ut res eorum non sit subiecta deo.

Sexto. Infirmi dum uouent sanctis uota, deinceps peccatum putant medicinis uti, ut, sentient deum suis stultis uotis. Atque si qua mulier inuncta fuerit olei sacramento, eam per annum non nisi in gris uestibus oportet uti, non saltare in chorea, non dormire cum marito. Adeo diabolus familiare habet organum, sexum istum formineum, ut ipsum in sua sacra asciscat, per ipsum suas leges dictet suas superstitiones seminet, per oia contrarie deo, qui sacra & sacerdotium & uerbū suum, uitris imponit. Verum longe praeualer fæcilius istud muliebre, repleteque has terras innumeris superstitionibus, benedictionibus, documentis friuolis. A quibus longe plus timent, quod a legibus & sacris, sacerdotij uirilis ac divini.

Septimo. Hic pertinent qui ominaciones, auguria, ut crociatum coruorum & aliorum, gentilium portentorum reliquias uel exempla, obseruant.

Octavo. Qui dies Aegyptios obseruant, in profectionibus, in reditu, in ædificijs, in negotijs, in uestibus nouis induendis. His sic crederent, quod ignis in hyeme gravior est quam in aestate. Item quod in aestate conuenit scenum facere, fruges colligere &c. recte cres-

PTIS DECLAMATIVNCVLÆ POPVLARES.

150.

derent. Aut quod omni mane bonū sit exire, si quis sanus sit & necessitatē habet, Malum autem, si ægrotus sit. Quid enim aliud meretur illusor ille diabolus, q̄ ut rursum & nos eum rideamus? His non longe iunguntur, qui incisionem uenarū, ablæstationē puerorū, salubritatem balneariū, & opportunitatē seminandorū, nō ex humorū & calorū opportunitate, uel corporū necessitate, sed ex influentijs planetarū & stellarum, nos docent. Cum optimi medici doceant, necessitatē hic esse unicā regulam. Nisi forte parant nos fame occidere, dum non permittunt nisi paucis diebus nos seminare. Sed bene habet, qđ istę nugę a nullis uel paucissimis (deo melius cogitante pro nobis) obseruat.

TNono sequit̄ lauta illa Astrologia seu Mathematica, quæ ualde cupit esse scientia, sed non potest stultitiam ingentiam exuere. Hæc est quæ nos docet, Quis, qualis, quantus sit futurus, quis quis natus fuerit in horo scopis signorum, consiliarij scilicet diuinū secreti, nec angelis noti. Vnū ego miror, quidnā illis acciderit, ut non inuenierint stellā, q̄ portendat, quis iustus, q̄s peccator sit nasciturus. Quandoquidē suos horoscopos maxime in hominibus ualere uolunt, tum nō est restam parui momenti, iustitia peccatum, ueritas, mendacium, sed nec tam rara, q̄ sit balneator, cantator, trapezira, piscator, orator, amator, qui si uos habet̄ horoscopos. Cur ergo nullū ibi iustitiae & ueritatis signum? Aut s̄ est, Cur nunq̄ sortitur effectum? Siquidē omnis homo nascitur peccator, mendax, insipiens, licet nulla stella ad hoc fatum sit cōfista, nec mutatur unq̄, nisi supercelesti gratia uisitetur. Aut est cœlum adeo infestum & incuriosum iustitiae & ueritatis, ut uisissima balnea influat & ludos & Veneres, iusticiam autem omnino nesciat? Aut tam inuidus creator, qui nullum signum boni, sed tantū modo mali cōstituit, quippe cū nullus homo nascatur bonus, sitq; natura sua cū influentijs pseueraturus malus. Hos ego inter subtilem fatuos numerassem, nisi rudibus essent rudiores.

TSed pulcherrime soluunt obiecta. d. Influentia nō necessitatē sed inclinant ad peccatum &c. quasi non sit id ipsum imp̄issimum sentire, quod deus fecerit creaturā ad inclinationem peccati, & nō potius ad erectionem iustitiae, ut omnia cooperentur in bonum, nō in malū, hominibus. Aut quasi ullus hominē necessitate compulsus peccet, & nō potius semper inclinationē. **Q**uis inquit

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

dicit peccare. Omnis mala inclinatio, nō extra nos, sed in nobis est. Sicut ait Christus, De corde exireunt cogitationes malae, Non quod intrat in hominē &c. Et B. Iacob. Vnusquisq; tentat a concupiscentia sua abstractus & illectus, quæ non fato, sed origine peccati uenit. Omnia enim, quæ fecit deus, bona sunt. Ideo ex natura sua, nō pñt nisi ad bonum inclinare. Quale est unūquodq; tale & operatur. Quod autē ad malum seruiunt, non est natura sed iniuria eorum, sicut Paulus ait, Omnis creatura subiecta est uanitati non uolens. Illi autem naturam eorum faciunt uanitatem, uolētes ex institutiōe dei illa habere, ut ad peccandū inclinēt. Cur ergo Adam & Heuam ante serpentem non inclinauerūt? Cur non Christum: cur non Virginem? Pereat ea blasphemans impietas. Vox illa, vox patris Adam est, qui & ipse suam inclinationem ad mulierem trāstulit, id est, creaturā dei. d. Mulier, quā mihi dedisti &c. Verū quam egregie mihi obstarēt, si ullum sanctorū, uel martyrum his usum esse, aut scripsisse, aut approbabesse possent ostendere. Nuncaut non modo nō approbabauerūt, sed etiā reprobauerūt. pr̄esertim B. Augustinus in multis locis, tū B. Gre. Et tū inuenit ista lāguidula insipiētia, lāguidiores q; credat.

Abraham inquietum docuit Aegyptios Astrologiam, ut testis est Ioseppus, quasi Ioseppus nusquam excesserit iherū, pr̄esertim tam anhelus iudaicæ gloriæ appetitor. Abrahā sine dubio docuit Aegyptios deū colere, & uerā dei sapientiā. Sicut & de Ioseph dicit Psal. ciiij. Ut erudiret principes eius, & senes eius prudentiā doceret. Non est credendū, sanctos illos uiros, nec astrenomiae, multominus astrologiæ operā dedisse, quæ iuuenturis sunt studia otiosa. Sed Ioseppus uidens huius scientiæ opinionē apud Græcos extolli, & in gloria esse, fingere uisus est uoluisse, quō etiā in hac re Iudæi Græcis nō impares, sed supiores essent, qd in oībus alijs qz facere conatus fuit, q ad uanā gloriā p̄tinēt.

Deinde mirum est, dæmones non fuisse aliquando mutatos qui tot seculoꝝ influentijs subiecti, tum propiores quā nos, ut pote in aere habitantes, sunt. Non aut uenisse stellarū influentias super eos, aut easdē stellas, eodē modo eis fuluisse, absurdū uideat. Maneant em̄ obstinati in sua peruersitate, nec ullo signo mutari cū nostrę aīe brevissimo momēto influentiarū mutari dicant.

Vltimo. Quid ad Mosen dicemus Deutero. quarto. Ne forte

eleuatis oculis ad cœlum, uideas solem & lunā, & omnia astra
cœli, quæ creauit dominus deus tuus in ministeriū cunctis genti-
bus &c. Si in ministeriū, quomodo in dominiū? At subtiliter e-
uadūt, dicentes authoritatē sui magistri Ptolomai, Sapiens do-
minatur astris, ideo præuenire & impeditre potest influētias stel-
larum. Ergo nō sunt in dominiū sapientibus, sed insipientibus
tantum. Quid aut̄ Moses, cunctis, inquit, gentibus in ministeriū
Si cunctis, ergo uel cunctæ gentes sunt sapientes, & ita dominā-
tur astris omnes, uel aliquæ tantummodo sunt sapientes, & fieri
ut non cunctis gentibus sint creata in ministeriū. Vel Moses ne-
rāx, & tu mendax. Ut omittam quod si etiam uere sapiens esset
dominus astrorum, nihilominus falso dixisset Moses, utpote
quod astra nō ministrent sapientibus etiā, sed magis impediunt
ita ut nisi illi sapientia præstarent, nō possint earum fata uitare.
Non ergo in ministeriū, sed in bellum sapientibus, & in domi-
nium atq; tyrannidem insipientibus, dicendę fuissent stellæ crea-
tæ. Quod est & Mosen mendacij arguere, & deum crudelitatis
accusare, omninoq; blasphemare. Sed hæc alij latius tractarunt.
Sat sit indicasse uanitatem hanc prohibitam. Hierem. decimo.
Iuxta uias gentium nolite dicere, & a signis cœli nolite metuere.
Solus enim deus timendus est in omnibus. Cetera omnia ut mi-
nisteria in bonum electis cooperantia esse, debemus intelligere.
Tertia ætas proprie est ueterariū, aut similia illis operantiū, ut
qui cū dæmonibus paciscunt, de quibus passim habetur notitia
Primo. Maleficijs possunt oculos lædere, & excæcare, corpo-
ra infirmiare, sagittare crura, imaginibus deuouere, & prout li-
bet uel occidere, uel lenta & incurabili plaga tandem consume-
re, ut uidi plures talia passos.

Secundo. Possunt tempestates, tonitrua cōcitare, perdere fru-
ges, occidere pecora. Item butyrum, lac, caseum alijs furari, id est
ex poste uel bipenne, uel mantili mulgere.

Tertio. Huc pertinet, qui scientiā querunt per artem Noto-
riam, de qua in iure satis dicitur. Item, **Qui** occulta querunt per
Crystallum, unguem, uel eburneū capulum, tamen prius conse-
cratum. Necid possunt, nisi puellæ uel pueri uirgines, in circulo
inclusi, ne desit species bona pessimo illi operi. Dicitur tamē hu-
ius inspectionis mysteriū fallacissimum esse. Huius generis sunt, q

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

uirga diuinationis, occultos querunt thezauros, Maxime autem his quos vulgo uiros & mulieres sapientes (id est, Magos & Phytonissas) uocant, quorum oracula ex diuersis & longinq[ue] locis petuntur. Si quis aliquid amiserit, uel quod dicunt passus fuerit, cuius ignoret auctoritate. Mirum hos, ab Episcopis permitti, impune talia publice audere.

¶ **Quarto.** Creditur a multis, quod equitent super scobam, alijs super hircum, alijs super alias nugas, ad quendam locum, ubi ad conuiuum conueniant eius mysterij consortes, quod non solù prohibitum est fieri, sed etiam credi, uerum esse, ut infra latius. Sicut & illud, quod uerulæ mutentur in feles seu catos, & nocte uagentur, prohibitum est credi, uerum esse.

¶ **Quinto.** dicitur apud aliquos, quandam dominam alios Heliadiem, alios dominam Hulde, alios Venerem, per annum circumuehi, ac uelut lustralem Februum peragere, quae hospitiis suis relinquat, uel carbones, uel quisquiliars currus sui, quae postea inueniuntur esse aurum & argentum, ut etiam in lingua sit proverbiū de carbonibus & auro, hinc forte natum.

¶ **Sexto.** Habent quidam domesticos quosdam dæmones, uelut Lares familiares olim habebantur, qui aliquando per diem apparent. Hos vulgo uocant alijs vichtelen, alijs helckeppelin. Et creditur domus fortunatissima esse, quae talibus dæmonum illusionibus occupata fuerit, & plus timent offendere eos dæmones, quam deum & totum mundum.

¶ **Septimo.** Aliquæ ut diabolum inueniant, Ecclesiam circument uersis uestigij, & contra quam solitum est fieri. Et inuenient illis obuio se se tradunt ei in pactum. Ex horum genere esse putandas sunt, quae malum omen esse putent, si mane obuiū habuerint sacerdotem, signant enim se cruci, ne mala eius diei incurvant, q[uod] primo occurrsum sacerdotis sibi portendunt, magis diabolo, futura.

¶ **Octavo,** sunt Incubi & Succubi dæmonū, de quibus latius statim.

¶ **Nono,** etiā usq[ue] ad sacramento ut iniuriam proficit ista nequitia satanæ. Sunt enim, qui baptizandis pueris, uerbenam, caseum, necno deniq[ue], quem nam alia, alligant. Et quidam uerbena illa, nominatissima est superstitionis ministra, miris ceremonijs hanc effodiunt deinde cōsecrari faciunt. Et horrenda temeritate tot noīa dei & sanctoꝝ sup eam inuocant, s. ex aliquo ludico p[ro]stigioso seducti.

¶ **Omitto** hic menstrua mulierū, quibus aliquæ, philtrea insani-

PTIS DECLAMATIVNCYLAE POPVLARES.

152.

moris, s̄apieis mortis conficiunt. Aliquæ in cibum porcorum miscent, quo saginenter foelicius. **O**mitto quod infantibus, tamen uel macie laborantibus, ita solent consulere, ut positos in calidare, igne supposito in aqua calida modeste coquant, alia scemna astante, alia circum domū ter currente, & per foramen interrogante, quid coquis, illa tum respondentे, coquo carnem ueterem, ut noua fiat. Item, quod ablactatos eo periculo, timent relatare, qđ pueri exinde sint futuri maledici, & linguæ malignæ.

Omitto móstra q̄ agunt in piculo partus. Religiosissimæ legēdam S. Margaretha legūt, & ipsi passioni Christi præferūt. Alię femorale uiri, patuiriēti in collo suspendūt, alijsq; nugis delirant.

Sunt præterea stultæ quædā, quæ cū ioco se aliquoties dictum audierint, si quid amiseris, & reperire uolueris, da eleemosynā calidam, scilicet similam, & pone salem benedictū desuper, & mox inuenies. Quod ille ludens sic uoluit intelligi, pone salem desuper, scilicet super rem amissam & inuenies. Illæ uero intelligūt super similā. Non qđ hæc magna sunt, sed quod indignū sit diabolū sic eleemosynas & salem benedictū in ludibriū uertere. Eiusdē sapientiæ mulieres sunt illæ, quæ simili ioco illusæ, frondes illas, quæ in die S. Marci, per viā processionis prostratæ fuerunt, accipientes, super sata pilorum & fabarū uerrunt, scilicet, quia dicitur, qn̄ talibus frondibus uerruntur sata, salua erunt, ut gallinæ, aut uolucres cœli, ea nō tollant. Non intelligentes, qn̄ id est eo tempore quo) uerrunt, nō facturas id uolucres. **I**t quis huius seductilis sexus oīa ludicra, ridicula, falsa, uana & supersticio se re censeat. Ex prima Heua eis ingenitū est, falli & ludibrio haberī. Ex ijs similia pensentur. Sed quia sunt qui horū aliqua fieri posse non credunt, alijs nimis credunt, ideo parumper de ijs uidendū,

Primū. Non credunt aliqui, posse Magas & Phytonissas istas tantum, ut tempestates commoueant, corpori noceant, pecoris, rebus, filijs malum inferant &c. Habentes hanc suæ sententiae causam, quod non credunt eas, in creaturis dei habere tantā potestatem, nec dæmonibus tanta a deo petmitti. Et tamen, cū sic omnia a deo inferri credant, non ad deum configiunt, talia quædā passi, ideo persuadendi sunt ut sciant dæmones talia oīo posse, permittente deo. Quod ex scriptura satis probari potest.

Xij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Primo Job primo. Vbi ignis de cœlo cecidit, & pecora cū seruis occidit. Et uentus irruit & domū euertit, filiosq; eius opprescit. Item, tandem in corpore eius percussit ulcere pessimo. Non iussisse me aut in anima eum tentauit, grauissima desperationis tentatione. **E**t tñ textus ibi clare exprimit utrūq;, scilicet qd diabolus hæc operatus fuerit, accepta licentia a deo. Et qd deus hæc eadē fecerit, sicut ibidē dicit, Ignis dei cecidit de cœlo &c. & ipse met infra, Dominus dedit, dominus abstulit &c. Cum tñ dominus ibi dicat ad diabolū. Ecce in manu tua sunt omnia quæ habet, & ipse, tantū ne in anima eius extende manū. Si ergo ignem & fulgura de cœlo potest Satan iacere, & tanta mala facere, deo permittente, cur nō & nunc idē non possit, ad pactū suū adiuratus?

Secundo. Aegyptiorum plagas, per angelos malos esse factas testatur Psal. lxxvij. Misit iram & indignationem, immisiones per angelos malos. At illæ plagæ fuerunt maiores, quam nunc faciant ullæ maleficæ.

Tertio. Quot obseSSI recitant in Euāgelio: quot animas quotidie occupat erroribus & peccatis: An minus est, animam immortalē perdere, quā membris moriturū, aut aerem uexare?

Quarto. Nonne omnes sanctos martyres, ipse persecutus est & occidit? Deniq; ipsum dominum afflumpsit, & de deserto in montem, de monte in pinnaculum templi transtulit. Item cum Michaeli & angelis eius pugnat.

Quinto. Passio Christi hæc oia fortius probat. Si em̄ filius dei sancta sustinuit a daemonibus & membris eorum, qd mirū, si horrea nostra possit destituere, & membra pcutere, eadē permissione dei?

Sexto. Illud uide, quomodo deus dat tā multis malis homini bus potestatem abutendi rebus, diuitijs, potestate, dominio, in aliorū perniciē & suum peccatum. Multo magis demonibus permittit rerū abusum cōtra nos, siue ut puniat, siue ut erudit nos.

Verum est autem quod sine dei permissione nec folium arboris mouere possit, quia ut Christus ait, Sine uoluntate patris sui, nec arboris foliū cadit in terrā. Ideo Christianos oportet nosse hæc mala per demones & magas suas quidē inferri, sed tamen a deo sic ordinari. Bonū facit deus per seipsum, malum per malos. Vñ de lob(ut B. Augu. ait) nō dixit, dominus dedit, diabolus abstulit. Sed dominus qui dedit, idem abstulit. **S**ed de ijs latius infra,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

155.

Secundū. Nimiū credūt, qui uetulas mutari in catos posse credunt, aut quascunq; alias formas, & ad conuiuia uehi nocte. Et ad hoc est expressus textus. xxv. q. vi. c. Nec mirū, ne ullus credat Sunt enim illusiones diaboli, non aut res tiera. Sicut pulchre patet ex quodā exemplo, quod Ioannes Keyserisperg recitat, Quod quædā uetula, ut prædicatorem argueret mendaciū, qui talia docuit esse falsa, sero eo uocato, & in oculis eius sese ungens, sedens q; in lintre pistorio, iamq; uolens uehi, ecce statim obdormiuit, & quibusdā gestibus mouebatur, donec caderet de scamino & uulnus in caput acciperet, tandem reuersa ad se, cōuicta ē de illusione ex uulnere & casu quantūlibet uidisse se iactasset mirabilia sua

Idem patet ex Vitis patrū, de uirgine a parentibus ad S. Macatum ducta, quę ab eo uisa est esse puella, cum alijs uacea uiderebāt. Et tales præstigia plures hodie quoq; fiunt, ut ille, qui iudæo debebat & dormiens, passus est sibi crus totum a copore rapi, ut Iudæū confunderet. Idem de Monacho q;dam refertur, qui plaustrum sceni prope consumpsit &c. Multa de ijs ubiq; referuntur

Poteſt enim diabolus ſe mutare de persona in personam, & miris modis ludere ſenſum, de quo in legenda S. Martini. Vbi unus omniū ſenſus illuſit, coeleſti quadā uerte, a diabolo ſub nomine Christi donatus. Simile de quadam Moniali, quæ in ſuo cubiculo ſedēs, uifa eſt ab alijs laciniioso pallio ſeminuda, & buſalo ſtercore caput uelata, quæ tamen ſeſe credebat in fulgentiſima uerte ac aurea corona ſedere, a Christo decorata. Item & illud in legēda sancti Andreæ, quomodo in forma ſpecioſae mulieris tantum uirum illuſit. Item de Equeſtre illo, qui sero in horo ſpirium ueniens, iucūdo conuiuio inter pueras & choreas & eſpulas ſibi uifus, mane facuit in profundo luto, & equus eius ad arborem iejunus ligatus. Sed omnium efficacissimū eſt quod in legenda sancti Germani Altisiodorensis Epifcopi (Vide Catalogum Sanctorū lib. vi. ca. ix.) Cum enim aliquando hospitatus fuisset, & iam dormituri adhuc mensam pararent ſuis (ut requiſiti ab eo dicebant) uicinis in nocte futuris. Tandem ille, uenientes adiurauit, excitato patrefamilias cū ſuis, percontatus an noſſent iſtos, illis uero aſſerentibus, iuſſit, ut ad uicinos irrent uidear, an domi eſſent, & inueni tiſunt oēs dormientes in leſtis ſuis. & ſic euidenter illuſio dæmonū & patuit & diſparuit eo iubēte

X iii

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRÆCÉ

Cat ut cōtentiosis quoq; satissimam. Dicunt enim mulieres in Catos fuisse mutatas, eo arguento uerum esse, quod quidam audacilus in uacua domo dormiens, plures uulnerauerit tales catos, mane aut facta, multæ uetulæ sint inuentæ sic uulneratae. Vel enim id fictum est, uel dæmones uere uetulas ipsi uulnerauerunt, ut rei meindaci fidē faciant, ac si uere uetulas ille uulnerasset qui catos (id est dæmones) uisus est uulnerare, potest inq fieri, ut uetulæ, in somno uel extasi discurrere, uulnerari, sibi uideantur cum tñ in lecto iaceant quietæ, & uere uulnerent a dæmonibus ut postea credant uere discurrisse, & ab alio uulneratas esse. Tale est quoq; de equitando super scopam.

De Hærodiade & Larib⁹ satis manifestū est scilicet eē dæmones.

Cterro de Incubis & Succubis tradūt insignes authores, qđ potest Satan in specie mulieris succubere uiro, & accepto semine, tursum incubere foeminae, & ita generare. Sic em sollicitauit quendam eremitā usq; ad obscenitatē, & postea euauit, ut recitat S. Ioan. primus eremitarū apud Hieronymū. Quis dicit, qnq; dia bolus in specie infantis fuisse, & uix quinq; nutrices ei satis fuisse

Cuarto de ijs qui uehantur pallio prope dubito, potest fieri ut uehantur paruo spacio, nescio an in longinquō, saltem tam breui tempore ut dicitur. Hoc scio etiam si non uere uehantur, posse eum sicludere ornem sensum, ut ille, qui uehitur, sit quietus, & tamen existimet se uehi ad dominiam suam, atq; cum ea omnia peragere, quaē tamē mera sint phantasinata.

CSimile iudicium mihi est de afferentibus a longe cibos & potus, nec obstat quod postea agnoscant uere loca, ubi fuisse se dicant, quia potuit similes species sensibus ingerere.

CSic etiā de ministris qđ adducis, cuius id iudicū uidetur, qđ nō permittit aliquis eos alloquit, ne uidelicet euanescat sicut sumus.

CUltimo de ijs, quæ in Chrystallis uel ebore uel ungue uidentur, certum est esse præstigiuni diaboli, figuræ singentes in Chrystallis, quantum sibi permittitur, non enim semper nec coram omnibus id potest, ut satis compertum est.

CSed ex ijs cartera iudicent. Infinita em̄ sunt, & quotidie augeantur eiusmodi portentorū gna, defectu operario in uinea dñi

CHæc aut oīa faciliora & leuicula sunt apud diabolū, puta quibus carneos sensus & phantasias illudit, infirmas partes hominis

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

158

Sed maiori subtilitate, ut & maiori piculo illudit mentibus & intellectibus. Et quanque sunt plurimi, quorum sensus illusionibus e*ius* patent, thu multo piures illudit mente, scilicet doctos in scripturis, sanctos in opibus, ita that ab Apostolo proprio titulo insigniatur: Corruptor mentium, sicut Heuna seduxit astutia sua, adeo ut & in angelum lucis sese transfigureret, unde & B. Ambrosius ser. de pont. Supplantatores inuili per oes vias extendut laqueos in numerabilibus mortibus expauescendos, Animalia pusilla cum magnis, & reptilia quore non est numerus, Ita impossibile sit uillum boiem esse tutum, in quocunque ope, sensu, intellectu suo, nisi qui aſſidue ſibi proſi ſuspectus timet in oibus, & cum lob oia opera ſua ueretur. Sed heu & proh dolor, quā ſecuri ſumus hodie tam infirmi quod ſumimi, docti & pariter indocti, tanque diabolus ſit mortuus, adeo ut pro noſtris opinionibus, etiā cruentissima geramus bella, aut ſine fine litigemus & contendamus, Sic meruit iniquitas noſtra, ut in ſenſum reprobū traderemur. Igitur de rudioribus & ſensualibus hac ſint ſatis. Sequitur aliud genus transgressionis tempe eorū, qui ſpecie bona illuduntur. Quore rursus duae ſunt species. Altera eorū, qui circa reliquias & ueneratione ſanctorū excedunt. Altera eorū, qui ſapientia & iuſtitia propria ſupbiunt

De priore, prius. (contra deum.

Duobus modis coluntur a nobis & inuocantur ſancti. Primo propter temporalia & corporalia dominictaxat. Et hi false colunt ſanctos, imo magis ſeipſos in illis, quia ſua querunt, non ea quae deſunt. Ac ideo ſanctos prope in idola ſibi transformant. Hoc ſane B. Augu. non penitus reſigcit, ſed ita duntaxat cōmendat, ut eos meliores afferat, quā eos, qui per pacta diaboli, temporalia quaeſunt. Melius eſt enim etiā temporalia a deo petere, quā a dia‐bolo. Sed per hoc non ſunt cōmendati, imo nec Christiani. Mo‐dica laus eſt, immo magnū uituperium, non eſſe bonos niſi peſſimi oīm comparent. Et tamen deus qui dat etiā pullis coruorū eſcas, in hoc cultu eos exaudit & largit petita, ut pro ſcrip. probat.

Decundo per Naaman Syrum toti Syriæ ſalutem dedit, licet ille eſſet idololatra, tamen magnus apud regem Syriæ.

Cecundo, Samaritanū ubi cooperunt deum colere, ſimul cum dijs ſuis (quod impossibile eſt placere deo) liberati ſunt a leoni‐bus quibus deuorabantur.

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Tertio, Achab & alijs multis regibus idololatris & malis, de-
dit multiplices uictorias, & beneficia propter aliqua opera ex-
terne hominibus apparentia.

Quarto, Beatus Augustinus li. i. ciui. viij. differit Rhomanis
concessum a deo tam ingens imperium, propter insignes qua-
dam eorum uirtutes, cum tamen deo placere nō potuerint, sed
apud homines id tantummodo merebantur.

Quinto, Iudeis solo timore poena peccati uitatiibus saepe pe-
percit, licet essent populus semp errans corde, & displicens deo

Sexto, Et hunc quoq; pestes, bella, fames saepius auertit deus
propter emendā solo timore inceptam, cum tamen nō placeat
deo coacta pœnitentia, quæ minus est quam dimidia potentia

qd sane patet, quia remissa plaga, mox redeunt ad ingenium et
mores priores, imo peiores. **H**i omes sicut deum colunt & bene
uiuunt propter temporalia, ita receperūt mercedē suam. Ita &
cū sanctis dei agimus, quos nō ultra colimus quā pes aut caput
dolet, aut marsipiū eget.

Et quanquā hæc sint nobis inutilia &
stulta apud deū, nec deo, nec sanctis placita, tñ profundit ad glo-
riā dei, qui ex omnibus potest elicere bona. Cuius deniq; naturę
est etiā stultis, imo inimicis & blasphemis benefacere, pluere su-
per gratos & ingratos, ut eo ipso nos doceret, hæc non esse ea
propter quæ sit colendus ipse uel sanctus quisquā, cū uiderimus
ea non rogatum neq; cultum pessumis quibusq; copiose largiri.

Atq; quo hæc clarius intelligentur, aliquot enumeremus san-
ctorum, quorum supersticiosus cultus omnibus notus est.

Primus est S. Antonius, qui pro igne sacro a multis, alioqui
nunquam cognoscendus, colitur, & ita colitur, ut eo prope uen-
tum sit impietatis, quod ipsum sanctum uirum posse credant su-
is uiribus seu dono sibi a deo collato, istas curationes tribuere.
Adeo non a deo per intercessionem sancti Antonij, sed uelut
ab ipso solo Antonio petunt quod uolūt, nihil memores inter-
cessionis. Deinde hanc gratiam curationis ita apud hoc solum
querunt, ut aut inescire aut non credere uideantur, deum posse
idem, per quemlibet alium conferre. Interim autem nullus pla-
ne auditur, qui id a B. Antonio imploret, ut & ipse mereatur læ-
titiam spiritus, cæterasq; uirtutes Antonij imitari, de quibus ta-
men in legenda eius memoria est, nihil prouersus de igne.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLAES.

155

Secundus est sanc tus Sebastianus, unus oīm, qui propter p̄stem colitur, nisi quod nuper sociū admisit S. Martinū, & S. Ro chium nō ingratae prorsus uitæ & authoritatis. Horū trium sancti moniū & fidē, prorsus nemo est qui curet postulare. **E**t sane ut & ego ineptias suspicionis meā effutia, uideri potest, nōnullos sanctos mera noīm allusione p̄cāteris in hāc officia inuocatos. Siquidē S. Tonij Italica allusione prope sonat ac si sanctus ignis, id est sacer ignis diceret, quasi is propter nomen suū, sacro igni sit remediabilis patronus, quomodo & Gentiles Romani Febrem & alias allusiones rerū, dis tribuerūt. Sic & Sebastianus sancti pastian, quasi pro peste, idem ualeat solus, cū nihil in eorū uita de pestilentia legat. **V**nde & in Italia, hīj duo p̄cāteris nō secus honorātur, ac lī inter gentes uideres numina lāua placari. **T**am sanctus Rochius nōmen habet, quod Germanice uindictam sonat, & iram, quasi ipse ideo utilis sit uindictam dei auertere, quia Rochius uel uere uocatur uel singitur. Huius tamen legendā, si recipitur talia quādam narrat.

Tertius Valentinus, morbi caduci p̄fectus, quem cum nihil legimus egisse cum hoc morbo, prope iurarem ex allusioē Germanica, eum in huius auxiliū sortem uenisse. Nam cadere, uallen significat, quod ad Valentiniū quam proxime alludit. **N**ec mihi, cum & sanctū Vicentiuū superstitione mulierculae dep̄tauerint, rebus p̄ditis inueniendis, eadem ductæ allusione, Germanice enim inuenire, uinden dicitur. Atque, ideo Vincetiū seruum perditarum rerum & custodem constituerunt.

Nec est magnū nec mirum, quod deus hāc fieri permittit, & continuis adhuc beneficijs eadem prosequitur, & ecclesia simili ter approbat, p̄fertim de S. Antonio, quia ut dixi, deo parum cura est de his tribuendis, quę eriam hostibus tribuit. **E**t sinit uel stultos uel infirmos in fide, interim istis gaudere bonis, dum nō sunt melioribus digni, uel donec meliorum capaces fuerint.

Quartus est Christophorus, ex legenda non tam apocrypha quam suspecta, tantum tamen habens honoris, ut nullus Apostolorum sit cum eo conferendus, etiam si in media Biblia eius gesta scribantur, nec tamen ideo honoratur, quod hominibus remissionem peccatorum & fidem gratiam uue dei impetrat, sed

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

sicut extant uersiculi hoc cultu dignissimi.

Christophore sancte, virtutes sunt tibi tantæ,

Qui te mane uider, nocturno tempore ridet,

Nec Satanas cædat, nec mors subitanea lædat.

Primum, uide ut hic impius virtutes tantas non deo, sed imagi-
gini lignæ & picta tribuat, non saltem fidei tribuit, quæ sola fa-
cit, si quid impetrant sancti, ut accipiamus.

Secundū, uellem doceri, qua scriptura, quibus miraculis pro-
batum sit, id posse imaginem Christophori præstare. Ita sub pie-
tatis specie, dum sacerdotiū ecclesiæ dormit aut lucris inhibat, in-
gressum est ingens pelagus superstitionū, nemine prohibente.

Tertium, Cur potissimum uesperi ridet, qui mane spectatierit?
Quid si uesperi spectaret? Adeo ne uirtutem suam matutinæ in-
spectioni alligauit, ut qui mane fuerit oblitus, aut tardius uene-
rit, q̄cunq̄ deinceps diei tempore spectauerit frustra spectauerit?

Quartum, Cur non qui fidem tuam imitatus fuerit, semper
ridebit? qui passus fuerit tecum, tecum gaudebit? Sed absit ut i-
mitari uelint, qui illa quærunt. Absit etiam ut illa quærant, aut
ita quærant, qui imitari uolunt.

Quintū, Cur nō Crux Christi inspecta facit ridere inspectores
q̄ habet autoritatē scripturar: nisi melior forte imago Christo-
phori, q̄ Chri, cū crux Chri, ipsa sit uere sola qdā Christophorus.

Sextum, oīm pessimū, quod hac ratione homines plus dili-
gunt, plus colunt, diligentius inspectant, plusq; in ipso cōfidunt
quā in ipsum Christū, ut ostendant, se non laudare deum in san-
ctis eius, sed seipso, quia non gloriam dei, sed suum cōmodum
atq; id palam, perfriciaq; fronte plane confitentes se morborū
gratia querere. Melius erat sanctos imitando, subita morte præ-
uentū saluari, quā non imitando naturaliter morientē dānari.

Videtur & hic sanctus a militibus & nobilibus & generosis
primo repertus, quippe quibus in bellis mors subita, Teuto. ge-
ende tod, est formidabilis, maxime repertis Boađis. At nō co-
gitant quod frequentius ibidem moriuntur stante morte, Teu-
des steende tod, & noti solum des geende tod.

Septimum, Quod homines ex hoc securi quærunt esse, & si-
ne timore dei uiuere, cum omnis cultura sanctorum pro timore

dei sit instituta, ut homines ad pœnitentiā prouocet, memoria mortis suggerat, uitam futurā ostendat. At illi solum ut fugiant hæc & teneant illa. Quare dicendum est Christo, ut uerbū suum retractet, quando dixit, Vigilate, quia nescitis diem, neq; horam. Quia inuenimus Christophorū, qui pro nobis stertentibus uigilet, & integrū diem securi habeamus, nedum horā nesciamus.

CQuod si & Christophorus alium inuenisset Christophorum quo inspecto & ipse tutus fuisset ne deus eum percuteret, quomodo ad martyriū peruenisset: siquidem eo usq; tandem hæc iam nō infirmitas, sed impietas procedit, ut etiam deus suo imperio priuetur, ut qui inspectores Christophorinos, nec aqua, nec igne, nec ulla creatura possit eo die occidere.

Quintus est sanctus Laurentius, quē, ut seruet domū ab igne, ieiunio primū honorant, deinde in festo eius, nec scintillā ignis tota die in domo patiunt̄. In alijs tamē domibus utuntur igne, quo cibos coquant. Aesic nō Laurentiū, sed ignē potius timent & colunt. At forte tam stulti sunt quod ignem S. Laurentio inuisum credūt, quia sit in illo adustus & tostus, ut ubi ignē uiderit, recordatus iniuriae irascatur in eos, qui eum habent. Quod si ita esset, nullū Christianū liceret aliquo die ignem habere. An quia superauit ignē, ideo dominus ignis factus est? Quod quidem uerum est, imo & diaboli peccati, mundi & carnis & oīm malorum. Cur ergo pro solo igne colitur? Aut cur nō eundem colis, pro impietate & furore, ira, superbia, quibus in Decio & ministris suis operatisbus, igit̄ tostus est, quas deniq; superauit, & ad huc in te superare potest precibus suis? Sed hæc etiam alibi quā in sancto Laurentio queri poterant. ideo sit ipse tantū ignis obscuruator. Cui adiunctus est socius sanctus Florianus & ipse ignorantiae uitæ & nominis, nec apud ipsos ullo modo cognitus, quam quod in papyro uident eum pictū, effundere aquam in ardente domū, hoc enim contenti sunt, quia & hoc solū in eo querunt.

Reliquos breuiter transimus. Sanctus Vitus suā sortem habet in misera illa saltatione. Sanctus Erasmus anarorū patronus, sic tamen ut certo numero orationū & cereolis colatur, tum sane inundabit diuitias. Quid enī aliud ageret tam otiosus? Sed & S. Ludovicus de ordine Minorū, quoniā semel cereuifiam eucapit in uita, iam mortuo & beato, aliud agere nō licet penitus;

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

I Sanctus Vuendelinus pastor, iam utilior est omnibus canibus aduersus omnes lupos. Et uiuis sua unius hominis pauit pecora, mortuus omnium cogitut pascere. Adhuc nō pudet nos Christianos ita in sanctos partiri negotia rerū temporaliū, ac si essent nunc facti serui, & mancipia artificiū, ita ut prope redierit ea Letitia superstitionum, ut rursus Romanorū illud Chaos deorum, & quoddam Pantheon denuo extruxerimus, atque hoc ipsum non pro alia causa, quam ut hic tantummodo bene habeamus,

Ilam aliquot etiā fœminas sanctas subiungamus, inter quas, ut recētior simul & antiquior, ita merito prior est S. Anna, cuius legenda, cū sit dubiosissima, hoc tñ fuit & est uel gratissima, qđ noua uenit, quia fastidire coepimus uetera, & ea qđ certissimā habent autoritatē. Sed multo gratior, qđ non uenit uacua, sed diuitijs plena, nihil prorsus promotura, si paupertatē adduceret.

I Secundo, quod ipsa pene supra ē B. Virgo extollitur, sic semper noua festa derogant pristinis, & extollimus recentia, magis ducti vulgi concursu, quam fideli deuotione.

Tertio, quod planū & apertū est, eam coepisse coli propter diuitias ex apocrypha illa & uehemēter suspecta legenda, ubilus orille depauperatus, rursum, etiā de cœlo, curatus est, ut diues fieret.

Hoc enim solum in tota ista legenda notauit oculus nequam auaritiae. Et ob huius sanctae matris festum, nunc omnium aliorum sanctorum festa, non nihil obscuritatis accipere necesse est, præsertim apostolorum, forte, quia paupertatē docuerunt. At qđ utinam sanctā Annam ita pro diuitijs colerent, ut & alia quæ spiritus sunt quererent, quo modo ecclesia facit, ut collecte quas uocant, eius diei ostendunt. Sed pro his credunt se satis multa festa habere, usq; ad fastidium etiam iam diu frequentata.

Secunda est S. Barbara, ad cuius legēdæ similitudinē multæ aliæ fabricatae. Ut Catharinæ, Dorotheæ, Margaretae. Eam uero qui religiosissime colunt, id querūt, ne sine sacramēto moriant, qđ nō adeo damnable foret. Alij ne prægnās periclitetur in partu.

Hæc enim & alia legitur eadē S. Martyr in transitu suo orasse, ut si quis eius memoriā ageret, hęc obtineret. **P**rimū, omnium testimonio, legenda illa & apocrypha est, & suspecta, presertim cū scribatur fuisse discipula Origenis, & tātæ virginis nō meminuit Eusebius. Deniq; in legendā S. Catharinæ, multa esse uel

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLAES.

15A.

Intermixta, nemo sentit, nisi cui nullus est nasus. **I**d uero ego miror pro mea temeritate, an sanctæ illæ martyres pro Christo morientes, tantam arrogantiæ uel habuerint uel simulauerint, ut optarint ab hominibus coli, aut certæ fuerint, futurū, ut coleantur. **S**ed & illud uide, ipse morientes non orant pro suis cultoribus, ut iusti & salui fiant, sed ut diuitias, sanitatem, securitatē quæ omnia per morrem ipsæ contemnuunt, obtineant, fortasse non eadem bona alijs prouidentes, ad quæ ipsæ iam pergunt.

Inde nimis factū est, ut memoria passionis Barbarinæ, & similiū diligentius peragatur, quæ ipsius Christi, quæ uirtus est omnium illarum passionū. **S**ed sine, caeci esse studio conamur, alioqui palpare possemus & agnoscere, quod hodie in ecclesia hī sancti plus habent honoris, quotum legendæ plus habent fabularum, aut lucri aut cōmodi. Feramus ergo nos quoq; illorū infirmitatem, donec erudiantur & fermentur in meliore sensu.

Tertio, Sancta luliana & Othilia ophthalmicæ sunt, q; a nullis coluntur, nisi qui oculis laborant, nec plane propter aliudq; oculos, uolentes ex semel facto miraculo ius naturale, & infallibilem consequentiam facere, quod certe non longe mihi a tentatione dei uidetur abesse.

Sancta Apolonia pro dolore dentium, perpetuo cultu honos ratur, atq; pro alio nullo. Annosam eius uirginitatem & ardētissimam fidem, nemo est qui meminerit.

Sancta Scholastica, domina facta est tonitruū. Et plane hanc fidem in mulierculis scio regnare, quod in quacunq; re audierint aliquem sanctū uersatū, hunc in eadem credunt plurimū valere, ac uelut dominū constitutum. **E**t sacerdotes aliquot hanc superstitionem non reprimunt, maxime si & lucrum odoretur.

Igitur sicut dixi, permittit hæc deus, & largitur ea quæ petunt, nō quod magna sint, sed quia bonus & clemens tā infirmos ita fouens, q; indignos ita remunerans, quorū ignauus anius nescit meliora & æterna petere, quæ uerū deū decet & delectat peti & largiri. Nam qui rite deū & sanctos colūt, quærentes primo gloriam dei in illis, & imitationē, sicut facit ecclesia in suis collectis, talia non petunt, imo si habent auferunt ab eis, ut sola sapientia spiritualia. **N**ec melioris signo cognoscunt & discernuntur, ueri cultores a falsis, q; si illis auferantur, istis cōserantur copiæ temporæ.

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE.

lum. Sicut enim deus iustitiae exteriori cōfert exteriora bona, & aufert interiora, ita iustitiae interiori cōfert interiora, & aufert extetiora. Quod in omnibus sanctis patet, quibus si non in effetu, tamē in affectu abstulit temporalia. Ideo licet tales nihil mereantur in cœlo, tamen merentur in terra. Et in hoc beneficiū, quod nō a diabolo hæc perut. Sic enim & sacerdotes & religiosos multos, pinguiter & suauiter pascit, qui tamen in tota uita nihil agunt, q̄ quod horas canonicas & frigide & inuite legunt semper, & orant nunq̄. in quo ut sibi satificisse uidentur deo, ita deus sibi quoq̄ satificisse uideſt, si eos uelut altilia saginet in hac uita. Sed oīgannunt hic aliqui contentiosi, me temerariū esse, qui pro necessitate corporali sanctos inuocari prohibeam, cū ecclesia quoq̄ oret a periculis mentis & corporis per eorum intercessionem liberari, ut ibi. Et ab aduersitate liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mūdemur in mente, & similia. Deinde adornant suam piam, ut uocant intentionem, quod temporalia non querunt, nisi quatenus per ea cōmodius spirituālīa querere possint, & diutius ideo uiuere uolunt, & sani, ut peccinere, & boni fieri possint.

Tertio, qđ nōnullis sit p̄suasum, ut Ioan. Gerson sentit, sanctis in cœlo, sic esse distributa dona eiusmodi, sicuti in terris habuerunt dona diversa spiritus, iuxta illud i. Cor. xij. Alij gratia curationum &c. Ad hæc.

Primo illud Christi opono, Primum querite regnum dei iustitiam eius, & hæc omnia adjicientur uobis. Et iterum, Hæc enim omnia gentes inquirunt. Si Christus eos appellat gentes qui talia querunt, spero mihi licere eos infirmos Christianos appellare, aut certe ignatos & pusilli desiderij homines.

Secundo, Nec prohibeo sanctos inuocari pro temporalibus, sed quod solū pro temporalibus id faciant, damno, neglectis eorum uirtutibus & exemplis. Ostende tu unum ex oībus sanctis, qui pro humilitate, uel alia uirtute, tantū habeat cōcursum cultu & noīe, quātum habet sanctus Valentinus pro morbo caduco.

Tertio, fateor, quod ecclesia in litanījs a fulgure & tempesta te, alijsq̄ corporalibus necessitatibus, orat. Sed ordine recto id facit, primū misericordiam, & remissionem peccatorū. Nam & Paulus iussit orari, ut pacem & tranquillitatē haberemus in uita

Sic tu quoq; fac, & uites, atq; ex me nihil audies cōtrarium tibi.
¶ Quarto, fateor, infirmis in fide licere, ut sanitatem & uitā per-
tant, quo deinceps melius uiuant. Sed duo hic dicam. Qus scit,
aut de seipso audet affirmare, tam purum se habere cor, ut tam
simplici intentione illa petat? Quod maior pars sumulet potius
emendationē uitæ, exitus probat. Nam sere & semper efficiunt
peiores, qui ex plaga, aut castigatione dei liberatur importunis
suis tictis, ut hoc ipso deus stultitiam nostram videatur testari,
scilicet nos nō intelligere, quod dum flagellat, sanat, & dum re-
mitit manum ad nostrū uotum, potius magis sinit ægrotare.

¶ Secundo, si uis uitā emendare, nunc id melius feceris, qd si in
flagello, id est, uerissima emendatioe, & medicina uitæ, cōpro
perseueres usq; ad mortem. Hęc enim emendatio uitæ, tanto est
solidior, & constantior, quo non ex te, sed ex deo longe uotum
tuum praeueniente coepit. Aut quomodo possum nunc recitare
omnem gloriā & dignitatē uitæ passiū? Stulti sumus omnes
qui uitā præsumimus emendare in bona ualitudine, quam in æ
gritudine nō intelligamus eam esse emendati coepram, & longa
ge esse excellentiore, quam omniē uitā actiuam. **Quare** Christia-
nis id potius suadendū esset, ut nō modo ægritudines libenter
fertent, sed & ipsam mortē quantocius optarent uenire. Nihil u
tilius Christiano, quā mori uelocissime, ut S. Cyprianus docet.
At nos iuuenāē magis audimus, Orandum est, ut sit mens sana in
corpo sano, nō sic B. Augu. Quando nos sumus sani, tunc ma-
xime cōcupiscentiæ morbus est insanus. nō quod querenda sit
mala ualeudo, sed qd illata per deum, ut optimus nuncius dei
sit excipienda, quia nullū bonū sine uoluntate dei querendū est.

¶ Quinto, hoc ipsum qd deus optime prouidit, ut aliqui sancti
habeant formidabiles, & uelut uindices, propter obstinatos &
duras ceruices. Sicut S. Antonius, & nōnulli alij. At nos Christia-
nos docem⁹, quoq; est fiducia, ut sētōq; cōsortio aliquā copulen⁹.

¶ Sexto, scio nouā illam opinionem eorum, quod sicut in uita
sancti diuersis donis spiritus erant dotati. Ita & nūc in cōelo eos-
de habere, differentes gratias auxiliandi, sed ego nō video, quō
id possint probare, nisi arguendo a simili, qd argumentū in ihs
qua sunt fidei, est nocentissimū. Quid em̄ aliud facit diabolus,
cū in angelum lucis sese transfigurat, qd quod arguit a simili: aut

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

quot errores in ecclesia inundauerunt sub nomine Christi, & sanctorum eius, sub specie sanctitatis, sub pia, ut dicitur, intentione, & zelo catholicæ fidei, id est, a simili: immo quo ueritates reijs ciuntur sub pierate aurum nimis tenera sub nomine scandalis. **I**Id ego trideo, quod ecclesia non dicit, Sancte Paule cura mea inlinera, sed, Ora pro me. Ideo sciendum est, quod omnes sancti omnia possunt, & tantum per eos tibi a deo dari, quantum credis te accepturum. Quare omnia tua cōmendes ei, in quem magis es affectus, primum peccata tua & necessitatem animæ, sicut sancta Cæcilia fecit in nuptijs suis. Omnes sanctos per ordinem inuocans, pro sua castitate seruanda apud deum.

Quod sane etiā B. Aug. in quadā Epistola sentit, quod uidelicet deus per unū sanctū, immo in uno loco facit, qđ in alio non facit, non improbo. Quis consiliū dei nouit: si ipse distribuerit, recte distributū est. At nō ideo tibi salutare est in sanctos partiri negotia p̄ tua sumptiōe, unde nō dixit, q̄ martyres alia & alia dona acceperint i gloria, sed ait, Nō uoluit fieri in oībus memorijs sanctorū ista, quæ in illo fiunt &c. Etsi, ut dixi, deus ita suffert infirmos, q̄ talia solū querunt in sanctis, donans pro sua uolunta, qđ querunt, nostrū tñ est, Christianos erudire, & ad perfectiōnem inducere, & ea, quæ sunt salubria, & meritoria docere, ne aliqui ad id labant erroris, ut ex sanctis dei sibi idola singat. Neq; eīn est meritū sanari corpus, aut pecuniā augeri, sed infirmari & egere, id demum est pulchrum si meritum prudenter tuleris,

Hæc de honore sanctorum primo, id est, corporali,
& exteriori.

Secundo coluntur sancti uere & interne. Hic autē cultus consistit in laude cordis primum, deinde in uoce & opere foris, id est, quando deus laudatur in sanctis, & sancti laudantur in deo, sicut scriptum est, Laudate dominū in sanctis eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Sic Paulus Galat. i, fecisse scribit primitiuos Christianos, & in me, inquit, clarificabant deū, sic facit Psal. cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorū, & congregatione Magna opera domini exquisita in omes uolūtates eius. Vult eīn dominus enarrari gloriā suā, & annunciarī opera manū suarū. Sic ut dicit, Ut annuncient in Sion nomē domini, & laudē eius

P.TIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLARES.

139.

in Hierusalē. Et rursus, Narrabo om̄ia mirabilia tua. Itē, Vt enatrem om̄es pr̄dicatiōes tuas in portis filiae Sion. Et multa alia in Psalterio, ideo eī operā tor & tāta in sanctis, ut ip̄le glorifice. Rursus dicit, In domino laudabitur anima mea. Et alibi, Lauda mini in nomine sancto eius. Et Psal. XVI. Lætabimur in salutari tuo, & in nomine domini dei nostri magnificabimur. Sic eīn Apostolus docet, Quod qui gloria, in domino glorie. Quare non est dubiū, quin sancti nolint in seip̄sis laudari & glorificari sed in domino, & dominū in se. Et iste modus colendi non modo erit deo gratus, & ipl̄is sanctis acceptus, uerum & tibi salutaris, & incomparabiliter utilior, q̄ si propter te & tua, eos coiuferis, immo solum ille est salutaris, & alijs quilibet noxijs.

Vnde ut pro rudibus demus modū, ille scilicet colit uere sanctos dei in deo, qui opera & gratiā dei in illis intuitus, & meditatus, mouē & soluit in dulcē affectū erga deū, q̄ tanta, & talia largiri in illis dignar⁹ est, uelut diceret, Bñdico te & gratias ago tibi p̄iissime deus, q̄a xterna misericordia tua. Sanctū eīn hūc p̄uenisti, & de peccati, pditioisq̄ massa, tā eximiū gloria uas tibi p̄fecisti. Sic deū laudasti in sancto suo, Rursum & sanctū ip̄m in dño ita laudabis, O sancte dei. N. bñdixit tu in filijs hoīm, qui dignus deo uilus es, tā ineffabilis gratiæ, & gloriæ dei donis ornari. Quēadmodū S. Elizabeth benedixit beatā uirginē, dicens. Benedicta tu in mulieribus. Beata q̄ credidisti, p̄ficien̄t in te, quę dicta sunt tibi a dūo. Oportet eīn ut diuinæ gratiæ odorē, effusum in sanctos eius percipiās, & guttulas bonitatis eius p̄gustes ut & tu in amorē dei succendaris. Quid eīn aliud sunt sancti, nisi uelut guttulæ toris, sed guttæ noctiū in cincinnis & capite sp̄oſi sicut dicit, Aperi mihi foror mea sp̄oſa, quia caput meū plenum est rore & cincinni mei guttis noctiū. Sic eīn Micheæ v. sanctos appellat torem, dicēs, Erunt reliquiæ Iacob in medio populoꝝ multoꝝ, tanq̄ ros a dño. Quia totum qđ sunt & faciunt, ros & gratia coelestis est, spirans suauissimā dei misericordiā sup̄ filios hominū. Sic sic oportet omnēm gloriam sanctorum referre in deum, qui dedit eis hanc potestatem. Vide ecclesiam, quę de b. Virgine canit, Benedicta filia tu(fed)a domino, quia nō a te, sed per te fructum uitæ cōmunicauimus. Et in omniū sanctorū fētis, Ecclesia orationem ditigit nō ad sanctos, sed ad deum cum

Z

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

nominibus sanctorum, eorum merita ex deo uenisse protestata
deinde per eadem, preces suas deo commendans.

CIsto enim sacrificio laudis primū rite peracto, tunc demū subnectenda est petitio nostra, primum pro simili dei gratia, nouissime pro temporalibus.

Si tamen temporalia petere potest, qui sit spiritualia.

Verū ista inuocatio, & cultura sanctoꝝ adeo est neglecta, ut nō solū nō meditent̄ opera misericordiæ dei in sanctis suis, sed etiā nesciat eorū gesta, īmo & nomina, sicut ille, qui sanctā trinitatē nominauit drey falcken. adeo nō quid deus boni in illis fecit, ut glorificet, sed quid boni nobis faciant, ut nos lætemur, cōsyderamus. At spiritus sanctus & ecclesia Christi id intēdunt certe, in omī cultu, & festis sanctoꝝ, scilicet eleuare cor nostrū in deum, & diuina opera, & parare fiduciā ex contēplatione gratiā in illos collatarum, sicut Christus Mat. v. Sic luceat opera uestra bona. Ad quid: ut crux meū non doleat: non, sed ut glorificant patrē uestrū qui in cœlis est. Hic B. Aug. ut nō desperet, inquit etiā sibi, si uoluerint, posse praestari. Et sancti quidē hac regula, & eo fine, uixerūt, & bona fecerūt, ut lucerent ad gloriā dei. Et sit dia-bolo operante, ut eorū uita & opera nō eo fine prædicentur aut celebrent. Ipsi per oēm uitā quæsierunt, quæ dei sunt. Nos vero non solū in nostra, sed & in sanctoꝝ uita, non nisi quæ nostra sunt, quærimus, nihil solliciti de gloria dei. Et passim prædicant solum quid & quantū possint in nostris cōmodis, non quantū fuerit misericors deus in ipsis. Inde proceditur ad extremam te-meritatem & audacem contentionem, uter sanctorum in cœlo sublimior sit corā deo, quasi ipsi aliquid fecerint ac nō potius deus. Oculos omnino in carnem mersimus & a deo auertimus.

Immo nostra ætate (quod detestabilius) eo redactus est cultus sanctoꝝ, ut melius fuerit, neq; festa sanctoꝝ agi, neq; nomina eorum sciri. Quod ut cognoscas percurre superstitiones stulti vulgi & uide patrocinia illa diversa diuersorū artificiū. **A**urati fabri sanctū Elogiū, sutores Crispū & Crispinianū, fullones S. Seuerū pictores S. Lucā, medici Cosinā & Damianū, iuristae S. Iuonē, artistae S. Catharinā, aliquā & Aristotelē habēt patronos. Alij alios Et Franci suū Kilianū, quælibet natio suū. Sed quō hos honorēt aduerte. **P**rimū nihil eorū opera uel exempla curāt, deinde qn̄ ad summū honoris itur, mane missam celebrant, & eo toto die

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

190.

feriantur, nec alio quoq; indicio nisi ueste & otio, tantū feriam simulantes potius q; agentes, cæterū lasciujs, cantibus, moribus corde nunc tam alieno a deo q; eo die, tempus perdentis, imo sanctos illudentes, ac si Bacchanalia uel Saturnalia agerent. Atq; usq; in alterum diem potando, ludendo, & breuiter usq; ad caedes aliquando insaniendo, perdurant. Hęc enim est gloria festum dierum his perditis temporibus. Ita ut nec Anubis aut ullū portentum gentilium deorum, sit fœdius de honestatum, immo nec potius tuus ita se coli sustineret. Sed ita preualuit ira dei & tradidit in sensum reprobum, ut sint omnia peruersissima.

TQuanto rectius erat, humili & quieto corde, pacataq; domo parce refici, & pauperibus uocatis ministrare prandiū, imo melius erat laborare & omnia opera seruilia perficere, q; ita feriari. Non enim eo tumultu pompæ & luxuriæ, sed quietudine (unde & sabbatissime dicitur) & charitate in proximū seruitur sanctis. Quod si turpissimū tu ipse iudicares, si quis in festo paschæ uel natali Christi talia perpetraret, cur patronū tuū eo honoras, quem tunc maxime proposuisti honorare? An qui totum annū fuit quietus & securus a tuis irrisiōibus & ignominijs hoc die, quo minime oportuit eisdem uexatur? Cur execramur Turcas quod imagines Christi & sanctorū fœde conspurcare dicuntur. An nondū intelligimus quod illorū figura ostendit nobis deus quam sibi displiceat, quod nos Christiani sanctos suos in ueritate & fœdus conspurcamus? Quā pulchra religio & pietas, sanctos dei nemo fœdius blasphemat, q; ipse cuius est patronus, nec id alio die magis q; eo, qui cultui eiusdem sacratus est. Finge antea sustinere possis ab infimo homine cultū, id est illusionē.

Hic itaq; Pōtificibus esset summe uigilandū, imo saluberrimū fore, oēs dies festos abrogare, paucissimis seruatis, in qbus mane uerbū dei audiēt & missa. Nihil em̄ sunt sabbata nostra, nisi opprobriū ecclesiae, & non eusebia, sed asebia in deū, ut satis nimis ualde docet experientia. Potest & nobis deus multo amplius q; ludæis dicere, Odi & proieci solēnitates uestras, & illud Iſa, primo. Sabbathū uestra & Neomenias uestras odiuit anima mea.

Supereft adhuc geminus abusus in cultu sanctorum. Prīmus est in superbia & abusione per gloriā uanam, qua iniucem quidam cōcertant etiam de sanctis, dum quisq; eum qui

Z ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

uel sui studij uel ordinis fuit, nimirum ita celebrē facere, ut eum cæteris omnibus preferat, nō tam quod uelint sanctos dei honorificari, quam seipso, qui tales habeant patronos. Horum uanitas & si late patet, & plurimos occuper, nō tamen audeo latius prosequi, tum quod pulcherrima specie adornati, facile me temerarium iudicem proclamare auderent, seq̄ purissime excusare, tum quod ipsos proceres & optimates ecclesiæ quoq; ea res tangit, qui sunt multo impossibiores, quā cœlum ipsum. Nam coepit & hinc ferme turba fraternitatū quædam oriri, & nescio an tot fraternitatibus tandem efficiant, ut nec fratres nec sorores retineant. Sed sit hic aliorum iudicium. Species est bona, non licet acrius taxare, donec clarius seipsum prodat negotium.

Huc dicerem pertinere eos, qui festum Conceptionis beatæ Virginis uolunt esse primum & summū omnium, & qui nouorum festorum dignitate, privilegijs, indulgentijs, replent nos sermones. Nec frustra nōs quoq; uixisse uidebit posteritas, quia nouis festis fecimus uetera uere ueterasse, si nihil aliud fecimus, hoc unum satis est dignum æterna memoria.

Spero futurū, quod adhuc festum Ahrahæ etiam celebrabitur quia in fide eius fuit origo salutis & promissus Christus. Si enī Abrahæ non promisisset deus, nō fuisset Christus natus. Et forte diem Adæ & Heuæ quoq; celebrandum, est prædestinatū. Itaq; uenerūt dies in quibus omnia libentissime docemus & audi mus, præter ea, quæ sunt antiquæ & solidæ ueritatis, ut Apostolus ait. A ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas aut̄ conuertentur, coaceruantes sibi Magistros prurientes auribus. Non quod dannum affectum pium ad noua festa, sed quod uideamus non pauca agi & extolli, ad inuidiam usq; aliorum. Non egent sancti nostra superbia & discordia, immo nō ipsi, sed nos idola ex nobis facimus, & sub nomine sanctorū nos ipso colimus.

Alter abusus est auaritiæ. Eriguntur passim erectæq; sunt ecclesie super imaginibus nō consecratis, præsertim ubi concurrexit seductilis turba uulgi, nec ipsæ ecclesiæ cōsecrerantur, in quibus præter speciem & nomen pietatis, nihil nisi quæstus quæritur. Si enim sub nomine Christi diabolus mittit Pseudochristos, quanto magis sub nomine & imagine Mariæ aut alterius sancti, postest operari errorē & illusionē. Atq; eo liberius, quo negle-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

191.

Aius nos Pauli consilium habemus, **Omnia probate, quod bonum est tenete.** Et illud Iordanus. **Probate spiritus utrum ex deo sint nos uero specie bona contenti, statim sine probatione accurritis.** **Facit hos discursus diabolus.** Primo, ut populum a locis sacratis trahat, & affectu eius alienet a sacris, prophaniſq; distrahat, dum nouis semper & alienis accendit curiolumq; facit. Hoc enim meruerunt, qui fastidium ecclesiam suam domesticam.

Secundo, ut per hoc accipient occasionem uelut iustam, negligendi uerbi dei & parochialiū officiorum. **Omitto qd per vias perdunt tēpus, & substantiā profundūt, peccatis multis sese onerant, dū uana fabulanſ, uel audiunt uel uident, & domū, rem, familiā, negligūt, hoc est fruſtra laborāt, & multa mala cōmittūt.**

Quod aut̄ tales cōcursus sint ex diabolo, prater ea quæ dicta sunt, ipse etiā p̄aceps cōcursus uulgi declarat, ferūt enim uxores & famulos inter laborandū aut operandū raptos fuisse, ac uelut relinquere opus coactos. qd a spiritu sancto sit nequaq; sed est euidentissima dæmonis illusio. **Spiritus sanctus nō est spiritus temeritatis & p̄cipitationis, sed spiritus cōſilij, nec reuocat p̄ceptū suum, quo p̄cepit mulieri esse sub potestate uiri, sine cuius consensu etiā uota sua nulla sunt.** **Et seruis, ut dominis suis fideliter seruant, nihil fraudātes, quō ergo nūc eosdem raperet ad inobedientiā tam rigide prohibitā.** Vnde audini, ubi tales ecclesiæ fuerunt consecratæ & legimo dei cultu ordinatæ, cessaſſe talem cōcursum. **Sed & nunc dicim⁹ aliquæ ideo nō consecrari, si de finiat cōcursus, & areſcat lucrum.** O Christianos, qui ea impiate lucrū querunt, **Hoc ne ex deo est, quod crucem & benedictionem sustinere nō potest:** **Quis unq; crederet posse Christianos, uel ab astutissimo dæmons in hūc erroris barathru p̄cipitari?**

Sed ego noui hoīem, qui simile excelsum illusionis ceperit proſtituere, sub noīe uirginis Mariæ, quæ sibi in ſomniſ apparuerat (adeo ſancta & digna ſibi ſuperbia uidetur) ſed a maioribus ecclesiæ prohibitus, ſtatim ibi quietuit diabolus, & migravit alio, & ibidē p̄eualuit erigere lupanar ſuū. **Vete hæc ſunt ſigna & idolæ prostitutionis, quæ dñs per Prophetā arguit, in quibus fornicantur animæ fideles a ſuo Christo, qui prohibuit ne credemus hijs, qui cū obſeruatione locorū nobis p̄dican, Ecce hic eft aut illic eft Christus, Nolite inquit credere, ecce p̄adixi uobis.**

Z iiij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE.

Quare tibi sit merito suspectū tanq; negotiū perambulans in te
nebris, quantūlibet speciosum fuerit, qd in locis illis prophanis
agit. Non enim frustra ecclesia instituit, ecclesias & loca earū san
ctificari per uerbū & orationē. Quod si cuius uxor & seruus uo
ciseret, sese arripi tali peregrinādi spiritu, audi consiliū, arripe &
tu, quernā aliquā crucem, & sanctifica dorsum eius aliqt ictibus
fortiter, & uidebis qd hoc digito dei ejcītē dēmoniū illud. Mu
lieres enim sunt seductiles, solet familiarius istis nugis illudere.

Tertio. Vbi nō habet potestatem (sicut uere non ubiq; habet)
in locis prophanis, facit hoc in locis sacris. Hoc aut facit quando
relicta matrice ecclesia, peregrinari sollicitat ad dedicationes &
patrocinia aliarū ecclesiārū, uel in deserto uel pagis positarū, ubi
tamen uideas tot tabernas & ganeas, ut Babylonē credere pos
sis (sic enim hodie agunt dedicationū & patronorū festa) uesp
eri uero domū redeūt pleni indulgentijs, id est cereuisia, luxuria,
& alijs portentis peccatorū, quibus ibidem seruierūt. Si tameū
redeūt, nam ferme est uelut regulare, aliquos occidi, aut saltem
grauiter uulnerati in dedicationibus, adeo ut in prouerbiū tran
sierit, Indulgētias dedicationis distribui sero, cū sese trucidaue
rint, aut saltē leserint. Has diabolus miserrimas nobis assidue au
get ignominias, & adhuc melius ducimus esse tales dedicatio
nes nō tolli, q; illas fieri. det dominus Episcopis nostris aliquan
do gratiā, ut has indulgentias una cū dedicationibus reuocent,
& nō sinant diabolū etiam de cāde nostra nobis illudere, cui ni
mis fuerat permīssum, qd erroribus nos illudere. At hic mihi
objiciuntur, receptae illæ pegrinations ad S. Petrum in urbe, ad
S. Iacobum, ad Hierusalem, ad Treuerim, deniq; in diuersa loca
ad honorandas reliquias sanctorū & indulgentias obtinendas.
Respondeo. Non peccaret, qui omnes eas omittaret & domi
manceret, non præceptæ stant, sed uoluntarie assumptæ. Amen
ego non resistā tanto iam usui & consuetudini præualidæ, eant
sane qui uolunt, dum modo id discant, sese interim eisdem sum
ptibus posse incōparabiliter melius deo seruire, & salutem suā
operari, si domi seruiant pauperibus, immo sibi cōmissis, ut u
xori, filijs, familiæ, dominis, deinde si flagella dei patienter tule
rint, & qualcumq; aduersitates. Quasi uero nō satis nobis pugnē
relictum sit domi cū diabolo, nisi & foras cū Dina egressi plus

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

192.

occisionū corruptionis quæramus. **Q**uanti enim resistūt cauileationibus & curis, quibus in domestica ecclesia impugnat cor da nřa: deinde crupulis, lusibus, & otij p omnes dies nos uexat oia tentans, ne purus sit apud nos dei cultus, & integra salus nřa **I**d quoq; nuper inuentā est a nostra philargyria, quod septem aureæ missæ (scilicet ab aureo nummo sic dictæ quo persoluuntur) certis cereolis, certisq; alijs ritibus celebrātur, nescio pro quo certissimo euentu. ita iniquissimus hostis, nec hoc saltēm sacrificium nobis reliquit syncerum.

Quid si fatus ille avaritiæ pertusus & insatiabilis huc pertinet at ubi ad structuras ecclesiæ offerēt, mendicatur, corradiſt thesau rus sine fine, & reliquijs & indulgētijs in hanc rē uaferrime utū tur, ut ubi cōgesta fuerit pecunia, nec structuræ, nec paupib⁹, sed p bello, aut litib⁹ uel p̄sentibus expendan̄ uel futuris reseruenſ.

Sic enim & clavos Christi fecerūt avaritiæ ministeriū, tamē sub sanctissima pietatis specie, ut aureos & argenteos nummos perforent. Cur si sola deuotio quæritur, nō potius papyrum aut tabulam perforant? Sed quid ego Lernā avaritiæ in ecclesia describere tento, de qua propheta ipse desperans, omniaq; in unū concludens dixit. Omnes sequuntur avaritiā a maximo usq; ad minimū. **S**it tandem summa summag. Omnes h̄j sanctorum cultores contra hoc primū peccant præceptum, qui nō quæ dei sed quæ sua sunt, in ipso etiam deo & sanctis eius quærunt, sunt q; sibi ipsis huius operis sui ultimus (ut dicitur) finis, & idolum, utentes deo, frumenta seipſis, de quibus potest illud dici Psalmo. lxxvij. Cum occideret eos, querebant eum & reuertebantur, & diluculo ueniebāt ad eum, & rememorati sunt, quia deus adiutor est eorum, & deus excelsus redemptor eorū est, sed quo corde id fecerint, sequitur, & dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum nō erat rectum cū eo, nec fideles habiri sunt in testamento eius. Et illud Christi. I. oan. vi. **A**men dico uobis, quæritis me, non quia signa uidistis, sed quia manducastiſ & saturati estis. **I**adem causa & illum repulit, qui dixit, Magister, sequar te, quoq; ieris. ipse uero, Vulpes, inquit, foueas habent, & uolucres cœli nitidos, filius autem hominis nō habet ubi caput suum reclineret, scilicet ostendens, quod non propter Iesum tantū, sed propter suam cupiditatē hęc dixisset ille.

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

IStat ergo sententia fixa, Qui uult uenire post me, abneget, nō pecuniā, non uestē, nō deniq; sanitatē, sed seipsum, & tollat crucem suā & sequatur me. Item, Qui nō renunciauerit oībus quae possidet, nō potest esse meus discipulus. Itē, Qui non odit patrē & matrē, adhuc aut & animā suā, nō pōt meus esse discipulus.

Porro cū illi etiā corpus suū querāt, & quae corporis sunt, certum est, quod non sunt digni Christo, sunt tamen digni aliquibus donis mercenariorū, sicut filij Abrahæ ex Cetura, sed nō hæreditate cū Iſaac. Si autē non sunt digni Christo, clarū est, quod non faciunt uoluntatem eius, ergo nec seruāt mandatum eius.

Non hæc dico, quod uelim omnes esse damnatos, qui tales sunt, sed ut discant solū suam miseriā, & non fese ideo Christianos esse confidāt, qui si honorant, & colunt deum, & sanctos, imo imperfectū suum uidētes intelligāt, quid ille gemitus significat, quem nos Christus docuit cōfiteri, deinde iussit orare nos, Dimitte nobis debita nostra. Et, Fiat uoluntas tua, &c. quia sciliēt tales non sumus, cū tamen esse debeamus. **I**deo si consiliū dei liceat capere, non ista bona dat ut ihs uelit satiare, sed magis irritare paruis his ad maiora petēda, uel ipsos imperfectos, uel latē filios suos, qbus talia nō tribuit. Et hæc sat sint de hac materia.

Verū ne Pighardi hæretici infelices, suas partes a me adiutas confidāt, qui præ niūnia ruditate nobis Teutonicis (supbissimo fastidio indignati) imponūt, qd sanctos dei colamus, & idola faciamus, & ideo cōtra nos aceruū uersuū scripturæ cōgregant, in quibus prohibet, ne adoret qs nisi unū deū, & ut nobis apud suos iustissimā inuidiā conflare uideant, insidiosissime omittunt qd scribi rex Dauid & Salomō & multi alij adorati, siml' impij peruersores scripturæ, & subdoli calumniatores nostræ pietatis Ita enim rustici illi nos tandem docent, quod solus deus sit adorandus, & gloriantur, ac si nos id ipsum negauerimus unquam cum tamen negare nō possint, frequenter aulicos regios honoriari, ac uelut adorari, ut facilius ad regem perueniat. Propter hotum itaq; rudissimā & insulsissimā rusticitatem. **D**ico ego, ad sanctoꝝ suffragia recurrentū omni modo, sicut in Iob dicitur, & ad sanctorum aliquē conuertere. Et sicut Salomon suum patrem allegat, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sed & Iacob patriarcha dixit de Ephraim & Manasse,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

195.

Inuocetur nomen meum super pueros istos, & nomina patrum
meorum Abraham & Isaac. Sed de ipsis suo tempore, si deus uollet.
Hic fiducia quoque indulgentiarum taxanda fuisset, nisi iam plus
satis illa, multis modis a me taxata eset.

CONVENTUS de altera specie transgressionis dicendum, scilicet eorum
qui pro uero deo, idolum sapientiae & iustitiae suae colunt. Hi sunt
filii superbiorum, quorum rex, Behemoth ille diabolus, vocatus a deo, Job
xli. Horum est libero arbitrio confidere, non esse male habentes, non
egere medico. His solis Christus gratis est mortuus, quia sine ipso
potest bene uiuere. Sic olim Pelagiani percipie, deinde heretici oes
prediti sunt. Porro hodie quoque sunt, qui Pelagiani quidem non sunt
sapientiam tamen idem uel peius, quam Pelagiani. Nam Pelagiani deo
saltum id tribuerunt, quod per doctrinam legis, eruditum liberum arbitrium.
Hi uero habent dictamen recte rationis, quae deprecatur
ad optimam, ut legis eruditione, non pro necessitate, sed pro clementia
ditate tantum utantur, dissentient tamen a Pelagianis, quod sine Christo,
non posse bene uiui meritorie concedunt, & ita Christus non
est mortuus propter peccatum, sed propter non meritum. Non fuisset
necessarium eum mori, ut inferni poenas solueret, sed tantum ut meritorium
coeli contingenteret. Nam singe parvulum adolescere sine peccato
mortali actuali (id enim & si difficile, tamen afferunt possibile) huic
non est necessarius Christus redemptor de potestate diaboli, sed ad
iutor duxerat ad coelum, quia si is moreretur, nec ad infernum, nec coelum
ueniret. Quia theologia mihi uidentur afferere, neminem nasci
filium irae & filium diaboli, nisi filium irae, diabolique dixeris, id esse quod
non meritorium. Et dum sacerdos exfluit Satanam in parvulis batizans,
ut locum det spiritui sancto, intelligitur, solu facere, ex uase non
meritorio, meritorium, sic enim uasa irae Apostolus cogiturn
demus intellexisse. Et Baptismi sacramentum confert gratiam non in
remissionem peccati, sed initium meriti duxerat, & illud symboli,
Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, noua glossa
oportet intelligi, non de peccatis damnationis, sed de peccatis non
meritorum. **A**clic peccatum originale nullum damnum intulit mundo,
nisi quod priuauit merito & uisio dei. **E**t ea priuatio uisionis,
id est, oim bonorum, non est malum, nisi uoce tantum, scilicet priuati
ue. **S**ic enim Theologizamus hodie. **I**n Christus pro nobis factus
maledictum & peccatum, ut de maledicto & peccato nos liberaret,

a

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRÆCÆ

non aliter intelligitur, quam quod est factus non meritorium, ut de non meritorio nos liberaret, denique vocabulum illud, peccatum, per totam scripturam, nouam accipiet significationem, id est scriptura induet confusionem. Sed mittamus has tenebras, aliisque temporis reseruerimus, quia & alias saepissime de his diximus & egimus.

Igitur, sicut supra diximus, Cū sumus iuxta B. Augu. una massa perditionis, nemo iustificatur, nisi per puram suam meritum gratiam Christi. Ideoque necesse est, ut superbiat, sibi que aliquid esse videat, qui nondum de se, sua ratione, pia intentione, suis operibus interius & externis desperauit, & ad thronum gratiae tremens & miser accessit. Nam oes illae virtutes morales, & scientiae speculativae duplo malo conficiunt hominem. Primo, quod non sunt uerae virtutes & scientiae, sed peccata & errores, quia sunt necessario ex corde malo, & nondum sanato per gratiam, quod non potest nisi seipsum querere in oibus, & sic faciunt hominem vacuum & inanem.

Altero, quod fallunt & inflant, ut homo sibi non malus nec stultus videatur. Quibus sit, ut sit securus, & nihil, uel minus sollicitus de gratia querenda, dum scit se nihil mali facere, licet faciat se nihil meriti in tot bonis facere.

Inde procedit malum latius, ut omnes despiciat, iudicet, damnet, mordeat, zelet, arguat, detrahatur, qui sibi dissimiles fuerint, quia cum pharisæo non est sicut ceteri hominum, nec unitus ex ipsis.

Hi sunt qui domum suam super harenam ædificant, horrendo periculo & æternam ruinam casuram.

Veri autem servi iustitiae, sciunt & confidentur se totos esse peccatum, totumque suum bonum, non intra se, sed extra se, in deo & misericordia eius situm esse uolunt, quia iustus ex fide uiuet. Non autem iustificatur in conspectu dei omnis uiuens, unde suis malis pressi, nemine indicant, nisi seipso, nulli detrahunt, neminem contemnunt, nisi seipso, & implet hanc diffinitionem iustitiae, Iustitia est accusatio sui in principio, & iustus primus est accusator sui. Hi habent uere unitum deum, ex quo, per quem, & in quem iustificantur, & sunt sine peccato per misericordiam dei ignoscentes, non per suam iustitiam operantem. Sic glorificatur deus, & colitur uere, dum eius operibus tribuitur quicquid sumus, immo dum opera nostra non sunt nostra, sed dei, sicut Christus ait, Doctrina mea non est mea, ita nihil nobis relatum est, nisi peccatum,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

199.

Stultitia, malitia, perditio, & confusio. ac per hoc nō possumus nobis in ullo placere, aut idolum facere, redacti in nihilum, ex quo & uenimus, remanente solo deo, omnia in omnibus.

Sed quando hæc dicimus, obijciunt, ergo non sunt facienda bona: Sicut Apostolo quoq; hæc ipsa docent, obijciebantur, statim mala, ut ueniant bona, quorum damnatio iusta est.

Ideo illis respondendum, Primi, quod non prohibentur, sed quā maxime docentur bona fieri, controuersia duntaxat in uocabulo bona consistit. Nam sine fide impossibile est placere deo & omne quod nō est ex fide, peccatum est. Illa sane bona, quae illi uocat, naturaliter & moraliter facta, ideo sunt mala coram deo quia non sunt ex deo, nec propter deum, id est, nō cognoscuntur nec referuntur in deum, sed homo sibi ea tribuit, & in eis tanquam suis, placet, cum non sint sua. Illud enim additamentū Leuiathan, facit, ut omnia sint apud deum mala, quātūlibet speciosa sint coram hominibus, unde Paulus libera uoce tam super gentes q̄d Iudæos clamat, Non est iustus, non est qui faciat bonū omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Ut autem homo agnoscat opera sua esse dei solius, gratia eum illuminat, natura non docet. Inde sit ut talis homo sit patiens & mitis, siue uituperentur siue laudentur eius uerba & opera, sciens, quia nihil amittit, cū non sint sua. At natura fuit, ubi uituperat, & insanit, ubi laudatur. **R**atio omnium est, quod fides & spes nō habet aliud fundamentū, nisi solum deum Iesum Christum, petram ipsam, & nullam prouersus creaturam. **R**atio autem & natura habet fundamentū harenam, opera sua bona & sapientiam suam. Inde sit ut homo tuentibus suis operibus bonis, si per diffamiam, irascat, si per cōscientiæ & iudicij diuini reuelationem, desperet in eternum. Iustus autem etiam si cadit resurgit, & contra cōscientiam, in dei misericordia nititur, sicut scriptum est, Quoniam tex sperat in domino, in misericordia altissimi non cōmouebitur.

Quo circa diffinitio spei apud Magistrum Sententiarū, uel est falla, uel est obscure, & nō intelligibiliter posita, quia spes non p̄uenit ex meritis, sed contra, merita prouenient ex spe, quia sicut fides, ita spes, ita charitas, necesse est, ut sint ante omne opus meritit priora. Prouenit enim spes nō nisi ex misericordia & infundente deo. Nec habet obiectum uel materia seu fundamentū aliud

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

quam ipsam nudam dei misericordiam, nequaquam opera nostra, quæ sunt potius obiectum, & ex quibus prouenit desperatio Christus nobis uixit, & meritum nostrum est, si credimus in eum. Credentes autem in eo, iam non sibi uiuunt, nec sua merita cumulant, sed Christo seruiunt, & uicissim Christo merentur. Sic enim Apostolus docet Roma, xiiij. Siue uiuimus, domino uiuimus, siue morimur, domino morimur, ipse spes nostra, & nos, ut ita dixerim, spes seu expectatio eius, sicut filius est spes patris, & pater spes filij, cui omnia prouidit & thezauisauit.

Quomodo aut de superbia rerum spiritualium, dixi, ita & de corporaliu rerum superbia intelligat, ut sunt diuitiae, forma, gloria, potentia, fons, genus, uoluptas & similia. In ijs enim qui confidunt, & superbit, aliosq fastidit sui dissimiles, manifestum est, quod haec sua facit, deoq rapit, & sibi in idola transmutat. Quae si solius dei esse cognosceret, non distingueret inter se, & quemlibet per dissimum hominem, nihilq plus sele habere fatetur, nisi quod filius Iesus Christus eius fiducia est. Sic fieret, si hoc preceptum seruatur, ut nulla superbia, id est, nulla radix, nullum initium peccati, ac per hoc nulla peccata essent. Sed pax, amor, imititas, largitas, patientia, & oīm uirtutum plenitudo, quod non in hac uita sperandum est, ideo semper manemus peccatores, & huius precepti transgressores, solo hoc sacrificio salui, quod hanc transgressionem non ignoramus, neq negamus, neq cu impijs verbis malitia in peccatis nos excusamus, sed confitemur, & geminus auxilium gratiae, & regni futuri accelerationem. Quia humilitate meremur nobis ignosci, in ijs quæ minus facimus, sicut B. August. ait, Omnia mandata implentur, quando quicquid non fit, ignoscitur.

Ignoscitur aut confidentibus, quia humilibus deus dat gratiam.

Vnde cauenda est illa punitio & adulatrix glossa, imo totius humilitatis expultrix, & uastatrix, qua dicitur, Deus non requirit hoc preceptum impleri in hac uita, facit enim hec glossa securitatem innocentissimam, dissoluit manus, & remittit genua strenuorum belatotum. Et est unum de puluillis, & cervicalibus, que in Ezechiele damnat dominus. Nisi sane intelligatur, scilicet, quod non requirit quidem ab ijs qui ipsis a seip sis requirunt eiusmodi plenitudinem, & dolent, atque confidentur se esse non implore, & ideo festinant egredi & cupiunt dissolui, ne sint diutius cum peccato, & inobedientia hu-

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLARES.

185.

ius præcepti, sed cū Christo & iustitia, & plena obedientia præcepti, iis inq, non imputat, nec requirit. Verū qui ipsi non requirunt, & exigūt a seip̄s, sed consuunt sibi puluilloſ ſub manibus & ſine timore incedunt, certi, qđ non requirant, ab ihs certe exi- get uſq ad nouiſimū quadrantem. De ijs dicit Psal. ix. Propter qđ irritauit impitus deū: dixit eñ in corde ſuo, nō requiret. Qui eñ nō agnoscit ſe præceptū nō debere, quō ſe agnoscet eſſe peccatorē: qui aut̄ non agnoscit ſe peccatorē, quō timebit deum & iudiciū eius: qui aut̄ nō timet, quomodo humiliabitur: qui nō humiliatur, quō gratiā conſequetur: qui gratiam non conſequitur, quō iuſtificabitur, qui non iuſtifica, quomodo ſaluu erit:

C NON ASSVMES NOMEN DOMINI.

DEI TVI IN VANVM.

Hoc præceptum, ſicut & omnia alia, fluit ex primo, ſeruato enim primo, & hoc facile ſeruat, imo ſeruatū eſt. Quia ideo ponitur, ut cæcitat̄ nostræ manifestetur inſipiētia noſtra, cum nō eſſet neceſſariū, ſi Adam ſteriſſet, omnia eñ illa ſciuiffemus. At nunc nec ipſa ſcimus, quæ neceſſaria ſunt foris fieri nedum intus. Igitur in primo præcepto, cor & interior homo erga deum iuſtitutus eſt, in hoc oſ iuſtituitur. Tribus eñ rebus peccamus, corde, ore, opere, cōtra deum, ideo ſuper ſingulo, ſin- gulū eſt præceptū, & ſunt omnia tria negatiua, ſiue prohibitiua. Nec eſt in toto decalogo, niſi unum præceptū affirmatiuum scilicet, Honora patrem & marrē &c. Nam terrium, qđ eſt, Sabatū ſanctiſices, ipſe dominus exponit negatiue, dicens, Non fa- cies omne opus in eo, quod & nomē indicat, ſabbatū, id eſt, re- quies, id eſt, uacatio ab operibus. Nullum eñ opus in illo præci- pitur, unde & ſolū lectioni legis intendebant illo die, Igitur ma- lum in omnibus prohibet, ideo & nullū aliud habet promiſſio- nem, niſi unum, ſcilicet affirmatiuum de honore parentum. Cæ- tera uero, quia malum prohibent, poenam minantur.

Ideo, ſicut qui corde non peccat, nec ore, nec opere peccat. Ita qui corde peccat, nec ore, nec opere iuste facere potest.

Qui primū præceptū nō ſeruat, nec ſecundū, nec tertiu ſeruat. Qui uero primū ſeruat, & ſecundum & tertiu ſeruat. Non eñ eſt metuendū, qđ qui in deū ſuā fiduciā posuit, deū ſuper oia dili- git, ſperat, quaerit, ſitit, nomē eius in uanū & irreuerenter nomi-

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

net. Sicut nō est timendū, qd subditus principem diligens, non etiam nomē eius uelit ubiq̄ clatū facere & habere. Vnde & pro maiori parte, in primo mandato dicti sunt, qui contra illud peccant, scilicet duplicitis generis hoies rudissimi & stultissimi, per omnia similiter hic dicenda sunt. Hoc enim præcepto nō prohibetur maledictio, nisi quādo sit per nomen dei, sed nec blasphemia in hominē, nisi fiat per nomen dei, sed infra, Non occides.

Ild aut̄ in primis notandum, qd hoc præceptū subindicit affirmative, nomen dei esse assumendū in os uere, uel in necessitate salutis, & qd solum ibi prohibetur, ne in uanū assumatur. Vnde in scripturis frequenter præcipitur nomen dei inuocari, laudari confiteri, benedici. Sic R.O. ix. Omnis quicunq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Videamus itaq; primū radiiores, integros primo occurruunt superstitioni, sortilegi, & quidā ex Iudaicis fabulis superstitione quādam de noīe tetragramaton singentes. Quod iij nomen domini inuanū assumant, patet, quia nec ad salutem animae, nec ad gloriam dei assumunt nomen dei. Sed ad curiositatem suā, ad pactum dæmonū, in signis, uerbis, gestibus, ut supra dictū est. Non enim id curēt ad salutem animae inde consequant̄, multominus an deus in hoc glorificetur, sed tantum ut suae satisfaciant cōcupiscentiæ. Igitur sicut illi deū abiecerunt de corde suo, & uanum fecerūt in semetipſis, contra primū ita & nunc nomine eius poluerunt in ore suo, & frustra assumūt.

Cfrustra aut̄ & uanum dicitur, quod sine necessitate & causa fit. Et aut̄ necessitas uel utilitas nominis dei assumendi duplex scilicet salus nostra, & gloria dei, imo sola gloria dei, quia nec salutem nostrā debemus per nomen eius querere, nisi ad gloriam ipsius. Assumere autem intelligitur, ut cum aliquis sumit uel intendit facere, uel dicere, uel adhuc adhibet nomen dei. Sicut in corde assumit perfidem gratiā dei ad salutem suā. Ita in ore assūmit, per reuerentia nomen dei, ad salutem suā & aliog. De istis ergo satis persuasum est ut abstineant, in præcepto primo. Nec per hoc se excusent, quia sancta uerba, & orationes adhibent, cū per hoc magis turpiter peccent, ut in simili. Nonne furiosum putes eum qui sacris uestibus, officijs dñinis aptatis, ad choreas spectacula, uel bella procedat, & iocum h̄mōi ex eo serio faceret. Si ergo hunc grauiſſime reprehenderes, cur nō multo magis re-

prehendis te uel illū, qui sancto, plus q̄ oēs uestes, imo quo san-
ctificant, & uestes, & omnia, nō ad choreas, sed ad stupra, ad dæ-
moniacā opa abutaris, uel saltē ad corporis salutē, contempta &
nima. Talis est ergo illorū excusatio, qualis est eius, qui sibi sacrī
abusus corrīpit & dicit, Eia res tñ sacra & bona. Quid em̄ huic
dicitur: q̄ illud quasi ego nesciam, eam esse bonā & sacram: hoc
me nūc doces: cū ideo te arguam, qđ sacris ita abuteris. At nos
nunc ijs sumus Christiani, qui calceos nouos, ne polluamus cal-
podia emīmus, & uestes bonas nullo modo in lutū trahimus,
nec aureis uasis contumeliā facimus cū urina, imo aqua immun-
da. At sacrū dei nomen ad quæcūq̄ indigna trahimus, sine om̄ni
fronte. Quod si hoc nullus in suis facit, fungē aliquem ita furio-
sum, ut in suis idipsum faciat. Quid si de alienis: & eius qui uult
sua mūda haberi, Quanq̄ gratā rem faceret, qui principis titulū,
& nomen, & insignia ad lutū traheret, & inuolueret, ipso scili-
cet uidente, & prohibente, imo præcipiente in sublimi loco sta-
tui. At nos cū audiūmus Turcas templa prophanare, altaria, & o-
mnia sacra polluere, miro stupore accendimur ad irā, & cogita-
mus iniuriā bello uindicare, & querimur, qđ principes nō con-
tra Turcā bellāt, sed palpa sinū tuum, & Turcā palpasti. Interim
deus eo magis, in pœnā, prīncipes in mutua bella tradit, ut nos
magis, quā Turcas puniat, quia peius polluimus sacra quā illi.

Secundo, nobis occurruunt, periuri, mendaces, dolosi, fraudu-
lenti, & quicunq̄ ueritatem relinquent, ubi deum testem adhi-
bent & nomen eius, imo & per deum maledicentes, iniuste ex-
cōmunicantes, iocosi quoq; ac blasphemī in deum, de quibus su-
pra aliqua dicta sunt, & infra plura dicent. Hic uero uideamus
qui iurando peccent in nomen domini. Notandū itaq; quod
duplex est iuramentū. Bonum, de quo Deut. vi. & x. Dominū
deum tuum timebis, & ei soli seruies, & p nomini illius iurabis
Ita em̄ deus ipse iurat s̄p̄ius in prophetis, d. Vito ego dicit do-
minus. Et psal. cix. Iurauit dominus, & non pœnitabit eum, &
cxxxi. Iurauit dñs Dauid ueritatem. Sic Christus iurat in Euā-
gelio. Et patriarchæ, prophetæ, apostoli, & omnes sancti iurant
ac iurauerunt. Et hoc est opus meritoriū, quia fit in ijs quæ perti-
nent ad salutem. Vnde quoties aliquis dicit uel facit, quod expe-
dit ad salutē, ut credatur, ubi timetur non credi, deberi iurari. Sic

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRABCE

iurat Apost. ad Ro. qd s̄epe proposuit uenire ad eos. **Quar** iurandi nisi quia expeditius eis, id credere ad salutē, ut eum fides lem pastore, non quæstuarū agnoscerent, & charitatem uerā in eo esse cōsiderent. Sic psal. lxij. Laudabuntur oēs qui iurant in eo
CRatio, quare hoc iurare placeat deo, quia per ipsum inuocatur ueritas eius, & creditur in eum, ac propter eum sit pax & cōcordia iurantium, ideo sancte colitur in eo opere, quia destruitur opus diaboli, scilicet dissensio & lis. Quia qui tibi non credit nec quiescit, propter nomē dei tibi credit, quod inuocas, & qui escit, ideo hunc honorem soli deo debemus. Vnde Apostolus Hebræ. Omnis controversiæ finis est iuramentum.

CAliud est malū. It hoc duplex, Aliud enim est, qd ex consuetudine fit, & hoc est malū, quia sic uilescit assiduitate reuerentia nominis dei, Sic Teuto. Bey got, vuerlich, furuuar, als vuar als got im hymel ist, Bey gott vnd allen heiligen, p deum uiuū, per deū sanctū, vff mein theures creutz. Vff mein theures bluot. Bey dē creutz gottes, Es ist marter grosz, Marter schon, id est, per passionem Christi ita est. Itē sic detestari, der teufel hol mich, brech mir den halsz, gott helff mit nȳ mermer, als mir gott helff, Vff mein seel, In conscientia mea, bey meiner treuu vnd eer, bey meiner priesterschafft. Ista & multa similia heu proh dolor, tā sunt assidue multis in ore, ut prope secundū uerbū sit, iuramentū hmōi. Hic patres & matres familias uigilare super liberis, & seruis, ac familia deberēt. Quia est pessima cōsuetudo, & cōtra hoc p̄ceptū.

CSed propter rudes querit. An nomen dei tangatur, quādo iuratur in hac uerba, uere, ueritatē dico &c. Respondeatur, quod sic, **Quia** ueritas est nomen dei, cū ipse sit ueritas. Sic enim Apostolus iurat Roma. nono, per ueritatem & cōscientiam suam. Et quamvis hoc ideo possit uideri prohibitū, quia conscientia non est nomen dei, cum æque sit peccatum iurare uane, & nō iurare per deum, seu per aliud q̄ deum etiā uere, tamen Christus Matt. vii. hoc totum, refert ad deum, quādo dicit, Neq; per cœlū, quia thronus dei est, neq; per terram, quia scabellū pedum eius, neq; per Hierosolymā, quia ciuitas regis magni est, neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillū facere album aut nigrum. Ex quo patet, qd qui iurat per ea quæ dei sunt, uel ei applicata, etiā per deum iurat, ex quo, in quo, per quem omnia sunt.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POP VLARES.

19A.

Alterum est iuramentū falsum, Vbi quis ex propōsito iurat & scienter falsum, secundū formas prædictas, hoc est uehementer graue peccatū. Et raro transit hoc peccatum impunitū, etiam in hac uita. Quod si dubitas, interroga piuros. Sed grauissimū est quando hoc sit in facie ecclesiæ, cū solennitate & præscripta forma, ut faciunt contrahentes matrimonia clandestina, & in pœnam peccati, postea odientes sese separant̄ piurio, horribilis culpa, sed horribilis & pœna. **V**nde inter omnia mādata, solū hoc habet additā pœnæ minationem, d. Non enim habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei sui fruſtra, licet & primū, habeat cōminationem, quod in quartā generationē uisit̄t iniquitates eorum, qui oderunt. **S**ed quia Aposto lus promissionē, quæ in hoc continetur non numerat, sed quæ in quarto, quā dicit primā, ergo & haec cōminatio primi præcepti, non uideſ numeranda. Et grande peccatū est profecto periu rium, quod primo patet ex detestatione scripturæ, quia præcipit dominus in lege, nō peierabis. **E**t prophetæ uehementer periu rium arguunt, unde Oſeæ. iiij. non est ueritas, non est misericor dia, nō est scientia dei in terra, maledictum & mendaciū, & homicidiū, & furtum, & adulteriū inundauerunt, & sanguis san guinem terigit. Deniq; adeo sanctū id uoluit, ut etiā regi Babylo nis nō seruatū a Zedechia uindicaret. Item nec Gabaonitis li cuius nocere, licet falsi ab eis iurassent. Itē nec filijs Beniamin, filias suas dari ausi sunt, propter iuramentū, & potius gentile sanguinem p̄misserūt miliceri fraterno sanguini, q̄ iuramentū soluerent.

Secundo ex re ipsa, **Q**uiā iurare, est deū testem adhibere, & me dium, quo uniuint sese discordes. At sic falso iurans, deum ludibrio exponit, imo q̄d est horrendū, quando dicit, Sicut deus est, uiuit, uerax est, corde dicit quod non sit ita uerū. Ac per hoc deū negat ore, immo & corde, quo cōsentit in negationem oris. Et ista negatio est pessima, quia scit deum esse, & corde credit, & tamen simul etiā corde consentit in negationem eius, quia nō negaret foris, nisi uellet negare. Et tamē contra cor suum, & conscientiam negat, ideo grauissimū est hoc mendaciū, & directe contra deum, quia uult eum non esse, ut suum mendaciū ster firmū. **T**ertio, a simili, **S**i principem permoueres, ut pro fide tua lite ras & sigillum suum appendereret, in tua causa, ut sic pro nomine

a v

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

eius tibi crederetur, & tu postea nequiter denegares, & principē
in confusione relinqueres, quid putas de te cogitatet? An putas,
qd fidei suorem habeas? Aut si, ut adesset pacto tuo cū alioroga
res, & in faciem uenientē neges esse principem, & proīcias? At
deus quanta maiestas, solus dñs est. ¶ Pro planiori intelligentia
notandum, contra hoc mandatū in iuratione dupliciter agi. Pri-
mo in iurando. Secundo, in soluendo iuramento. Iurando, ut
qui scienter in actu peierant, dolose dicentes se facere, quod uo-
lunt facere ut liberentur, uel negantes dolose quod sciūt, ut sit in
negotījs depositis, quæstionibus iudicialebus. Hi grauius peccāt
quam superstitionis illi, quia ī nomen dei assumunt inuanum, hi
aut ad mendacium, quod longe grauius est, & hoc in negotio-
nibus sit potissimum. Psal. xxij. Nec iurauit in dolo proximo suo
¶ Soluendo, ut qui sine dolo quidem iurauerūt, sed tamen po-
stea mutantur, & non soluunt, quod in affirmationibus sit, ut
Psal. xiiij. Qui iurat proximo suo & non decipit. Verum si non
potest soluere, nō ideo periurauit. ¶ At dicas, Quid nisi iurem da-
minū uel periculum, uel mortem incurram? uidetur quod redi-
mendus sim, ut si latro, uel hostis cogit fateri, quicquid habes.
¶ Respondetur, Nullum peccatum est faciendū, pro quaunque re,
neq; pro æterna, quanto minus pro temporali. At dicas, quis mi-
hi reddet? Respondetur, deus pro quo ueritatem dixisti. Sed nō
omnes casus huius monstri percensere possum, quia uere hodie
inundauit & nihil curatur. ¶ Si paucitatē saluandorū attendete
mus, & timeremus, q; cito ista securitas de salute cessaret a nobis
¶ Dicit itaq; dominus Marth. quinto. Audistis, quia dictū est an
tiquis, Non periurabis, reddes aut domino iuramenta tua. Ego
autem dico uobis, Non iurare omnino. Hoc loco sudatum est
a multis, an liceat iurare. Et alij quod a malo pœnæ, alij a malo
iurantis sit, si iureretur. Sed inspicio Christi sensum, uult utiq;
nequaquam iurari, quia dicit, Non iurare omnino. Est ergo sen-
sus, Iudeis præceptū est ne periurarent, iurare autem permisum
est ad libitum. uobis autem præcipio, nullo modo iurare, neq;
per cœlum &c. In quo utiq; hoc uult, ut nullus uoluntate sua iu-
rare debeat unquam, libidinem scilicet & uolūtatem propriam
iurandi prohibuit, & inquantū in eo est, Non debet iurare quis
ideo si ultra dicat quam est, est, non, non, peccat, & malum est.

PTIS DECLAMATIVNC VLAE POP VLARES

128.

C Per hoc tamen nō prohibet, quin exactus iurare debeat quilibet fidelis, siue inq exactus ui alteri⁹, aut necessitate fratri. **Q**uin potest ex me extorquere uel hostis, uel amicus, ut orem, ut faciat omnia que uult, dūmodo sint lícita, sicut dixit sequenter, qđ auferenti palliū, & tunica dimittēda, & etiā alia duo millia passuum eunda. Iam enī non ipse iurat, quia nō est suæ uoluntatis, sed serui per humilitatē alienæ uoluntati, uel per charitatē alienę necessitatē. Cessantibus ergo ijs, nullo modo licet iurare, quin sit peccatum & a malo, qđ ex mera uoluntate iurat, sine necessitate. Christus enī eo in loco iñstituit hoīem interiorē, qui nō tantum p̄iuriū, sed etiam iuramentū uitare debet. Iudeis prohibet. Ne falsum iurent, Christianis aut etiam ne uerum iurent, quia pfectior & integrior esse debet honor nois dei in noua lege, qđ ueteri.

C Secundo. Quia Christianus temporalia nō debet amare, ideo propter ea num debet iurare? Quoniam qui nō debet querere quae sua sunt, quō etiam pro eis iurare pmitteſt, pluris itaq; nō mē dei qđ sua estimare debet. qđ tūc apud Iudeos dissimulatū est.

C Ubi uero alteri seruendū fuit, ibi sine scrupulo, tñ cum timore dei, frater fratri teneſ facere, quae sunt pro eius necessitate facienda. Et ratio est prohibitionis, quia scit qđ nos nō assumim⁹ nomen domini, nisi in uanū semper, prāterq; ubi in charitate & humilitate pro alijs, uel sua salute assumuntur, qđ fundamētū est huius prohibitionis. Primo Corin. vii. Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto &c. Vel melius, Non iurare oīno, diciſ contra eos, qui effugiū querunt, quia iurant, sed non p̄ nomen domini, sed per cœlum, terrā, Hierusalē, caput, animā, quasi ideo non sint rei, si periurent, quia non per nomen dei iurant, ac sic iurare eiusmodi, quasi pro nō iurare reputant. Quod hæc sit mens Christi, uidet ex hoc, quod statim secutus exponit quō non uelit iurari omnino, scilicet neq; per Hierusalem &c.

PR AE CEPT V M TERTI V M MEMENTO UT DIEM SABBAT V M

SANCTIFICES.

H Oc est præceptum meū, ut diligatis inuicem. Io. xv. Charitas plenitudo legis, ait Apostolus. Qua habita, nulla est lex necessaria, Sine qua nulla lex satis est. Igitur in hoc tertio præcepto, iam opus præcipitur, immo quies, ut nō offendatur

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

deus operibus. Neq; enim aliquod in eo præcipitur opus. Quæ re hæc tria præcepta parat hominem deo, uelut pura materialia ut quiescat corde, ore, opere, id est, interiori & exteriori, & me dio homine, qui sunt sensualis, rationalis, spiritualis, & sit pura quies. **H**ic ante omnia duo notanda sunt.

Primū, Quod Sabbatum fuit Iudæis præceptū in figura, sicut expresse significat Apostolus Colos. ii. Quæ sunt umbra futu rum, corpus autem Christi. Vnde opera seruilia seu manualia, cum sint utiq; bona, significant opera peccati, & illicita ueteris hominis. Nam sicut quædam animalia erant immunda, tantū significatiue in seipsi bona, mūda, sana, quia creata a deo, & ta men immunda & mala significabant, ita & opera corporalia, quæ de se sunt bona, tamen prohibita sunt, ad significationē futuorum, id est, malorum reuelandorū. Sic sabbatum significat ipsum spirituale tempus, qd sol iustitiae Christus illuminauit, qd non habet nō stem. **V**nde Isaiae. lxvi. Erit mensis ex mense, Sab batum ex sabbato. **A**póstolus Galatas arguit, qd dies & meis obseruant, & tempora, & annos secundū ritum Iudaicum id est, externe tantum. Ideo istud præceptū cessauit proprie, imo omnia, quo ad pfectos Christianos. Quia iusto nō est lex posita.

Veruntamen ecclesia festa retinuit, propter necessitatē uerbī dei, pro imperfectis, nam iustus uerus, sic deiformis est, ut sicut deus indifferens est ad omnem diem, omnem locum, omnem personam, ita & ipse, omnis dies est illi festus. **V**erum infirmis, qui non dum sunt mortificati secundū ueterem hominem, illis opus est, ut certis officijs, diebus, modis occupentur, uigilijs, ie junijs, laboribus, orationibus, disciplinis, & similibus, quibus p ueniant ad profectum interioris hominis, ut ubi corpus castiga tum, & in seruitutem fuerit redactum, & mortificatæ passiones tum ipsa cessent paulatim, & tantum minuantur, quantum pro fecerit interior homo, adeo ut si perfectus fuerit, illa omniō cef sare debeant, hoc est, quod Apostolus ait, **L**ex pædagogus no ster fuit in Christo. Nihil enim ad perfectum duxit lex, Ioannes autem præcessit parare domino plebem perfectam.

Proinde, qui illis operibus factis, uelut magnū aut totum se se cisse putat, & ibi stat, cōfidens in illa, securus, nec aliud p ea quæ tens, ipse est uetula Ephraim docta diligere tritura, qui hoc putat

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POP VLARES.

199.

esse bonū hominē, bona operari. s. cū hoc sit, hominē parari, ut bonus sit. Est eñ baptismus aquæ tantū. De quibus in tota scriptura, multa īmo fere omnia dicuntur, sunt enim hypocritæ, iusticiarij, qui & scripturā ad hæctorquent, nescientes (ut ait Apostolus) neq; de quibus affirmant, neq; quæ loquuntur. Sicut artificij cuiuscq; discipulus, ea facit, quæ artifex nō nisi libeat facit, sed per hæc ad magisteriū proficit. quod si in ijs stet, uelut omnia sciens, stultus & ridiculus omnibus erit. Sic hic per bona opera, nō efficiuntur boni, sed perparamur. Non enim operando, sed patiente do boni sumus, cum patimur diuinæ actiones, quieti ipsi.

Igitur hoc præceptū Ecclesia, & multa alia figuralia tenet pro infirmis exercendis, ut proficiat, nō ut ibidē stent, ijs factis securi. Secundo notandū, quod B. Grego. hic querit, Quare dominus id unū mandatū adducat, cum omnia scripta plena sint mandatis. Verum omnia mandata (ut dixi) requirunt charitatē, cum sine charitate, id est, facili, prompta, hilari, libéte, uolūtate, si impletur, nō implenit, manet eñ iniuita, ideoq; & rea uoluntas, licet opus faciat manu & extra. **S**ic enim, Qui offendit in uno, factus est omnium reus. Sic psal. i. Beatus uir dicitur, cuius uoluntas in lege domini sit (id est, qui habet charitatem, & diligit proximum.) Et psal. cix. Populi tui spontanei. **E**t apostolus, Hilarem datorem diligit deus. Non enim placet deo coacta seruitia, sed libera, & uoluntaria, ut psal. liij. Voluntarie sacrificabo tibi. **V**oluntas ipsa est charitas secundum beatum Augustinum.

Quare ergo non dedit, & sufficit in uno illo?

Respondeo, sufficit quidem, sed ostendendū fuit homini, in quibus charitatē habere deberet. Ne falsa opinione & fiducia se ipsum seduceret, charitatē sese habere putans, cū nō haberet. Facile eñ optimæ de nobis, & pessima de proximo sentimus, cū desbeamus cōtra. Ideo decalogus præceptor, uelut speculū est, in & homo se ipsum cōsideret, in quo & quantū deficiat aut pficiat. Nam in illis omnibus, non oportet attēdere, ut faciat, sed oīno quo corde & uoluntate faciat. Data sunt inquam in cognitionē nostræ uoluntatis, deinde & in exercitationē eiusdem, quæ oīa fiunt in onus ijs, qui iniuiti, & difficiles sunt. **N**am ecce ut id ipsum declaremus, primū mandatū omnia alia in se continet. **Q**ui enim hoc seruat, omnia seruat, & qui aliqd non seruat, hoc

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

non seruat, quia cor eius aliud q̄ solum deum respicit. **V**erum Adam ille uetus noster adeo peruersus superbus est, ut sepius uel sapientior & sanctior uideri, quam omnes sancti. Idcirco fronte posita audet dicere, se primū mandatum seruare, & sibi nō esse consciū. Non idolū habere, nihil iuxta deum amare. ideo remittendus fuit ad opera & uerba, quæ ei testimoniu perhibeant de seipso, & eum conuincant superbę temeritatis, uel mendacij. Ut si præsumit quod nō habet deum alienū, querat linguā, si iuret: si inuianū assumat nomen dei: **Q**ui ex abundantia cordis os loquit̄, facilis est error in opiniōe cordis, & lubrica temeritas. Neq; facile potest sciri an seruet primū, nisi opera & uerba interroget.

Igitur, si iuret, aut uane deum nominet, sciat se mentiri, aut falsi. Si dixerit se deū amare, & primū præceptū seruare, Non recte discussit & probauit cor suū. Sed ecce, seruare uideatur sibi & secundū. Non est sibi conscius, interroget se in terrio, an prompte sanctificet sabbati, an aude uerbū dei audiat, oret, meditetur, legat disputatione deo, intersit diuinis. Si hec nō facit, uel difficilius facit, q̄ alia sua, si dixerit se seruare primū & secundū, fallitur, opera enim testimoniu perhibet de eo. An potest fieri, ut quis assumat nō uane nomen dei, qui ipse uanus est: **Q**uomodo uanus aliud agat, q̄ uanum: uanū loquitur, uanum cogitat, etiā si deum cogitet, loquatur. Vanus aut̄ est, qui alia agit, q̄ quæ dei sunt, & in uitius quæ dei sunt, præ ijs, quæ sua sunt. Et omnis homo uanitas

Tertio, uideat sibi & hoc seruare, crassius signū prober, uideat quō suscipiat uicarios dei, q̄s uidet, parentes inq̄, & praesidentes. si hos uiliter aestimat & cōtemnit, quos uidet, quō audet dicere se deū aestimare, & non aliud præ illo, quem tamen nō uidet.

Quarto in ijs, quæ ad proximū, quem diligi utiq; est uoluntas dei, quæ in primo precepto intelligitur semper. Si dicas quod diligis proximū, & eum odis, mordes, detrahis, lædis, despicias, occidis, maledicis, contumeliaris, ecce opus tuum testimoniu dat contra te. Itidem, si nō defendis læsum, excusas, benedicis. **Q**ui dilectio facit hæc, si est uera. Vide ergo hoc speculum bene.

Quinto. Sinec ex illo te cognoscis: sicut uere non satis ex illo cognosci potest, quia uaria est cōcupiscentia, & nulli satis etiā sui ipsius cognita, ideo p multa, imo per oīa, ducenda, examināda. **I**gitur nō læsist̄ proximū in corpore & persona, quid si in cor-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

150.

pore uxoris suæ, quæ eadem caro est: Si eam concupiscis, impudice inspicis, tractas, alloqueris, aut talia facientem non reuocas, adiuuas, reducis, quō diligis eum quæsio, sicut teipsum: cū hæc omnia uelis tibi ab illo fieri, quia sic utiq; te diligis, tibi faues.

(Sexto.) Esto & hic tibi nō sis conscius, & Adam tuus sibi totus integer uideaſ, sicut solet secundū cæcitatē suā, cū in nullo sit puerus, cogita qd in bonis eius externis pecces. s. an fueris: id est, qua cūq; fraude ad te aliquid pducas: fallaq; merce, pecunia, mensura, usura, dolo, rapina, furto, cōſilio, cōſensu ei noceas, aut nocueris.

(Septimo.) Quid in bonis famæ: An detrahas, mordeas, & nul lo linguae peccato in eū reus sis: An gaudeas alios facere, quod ipse omittis.

(Octavo.) Si in operibus & uerbis integer es (quod rarissimum est) intra nunc, discute cordis secreta & pondera defyderia eius. Et nisi mentiaris, inuenies, quod sis plenus cōcupiscentia. Nec dicas tibi, Non cōcupisco, quia contra scriptura dicit, Quis gloriabitur, se mundū habere cor: Nullus est mundus intus, nam non satis est, ut concupiscentiā frenes, sed & nō concupiscere debes, de quibus suo loco latius. Ideo ultima duo præcepta sunt maxima, quæ sola Apostolus ad Romanos adducit, dicens, Non cōcupisces. Quare qui dilectionē habet, id est, sanā & plenam uolūtatem in legem dei, & diligit eam, hic implet legem dei. Non enim est timendū, quod diligens deum, nōmē eius in honore, aut aliū deum quærat, aut polluat sabbatū. Et qui diligit proximū, non est timendū, quod contemnat parentes, occidat, mœchetur, fureſ, falsum testimonii dicat, aut etiam cōcupiscat. Cū potius quærat, ut benefaciat proximo. **Dilectio**, inquit Apostolus, proximo malū nō operat, neq; uerbo, neq; facto, neq; uoto,

(Verum ad materiā huius præcepti tertij reuertamur.) Sabbatū dixi, olim fuisse, sicut & nūc, figurale & ceremoniale propter infirmos. Nunc uero oēm diem esse festū, in quo & nullo sit peccandum. Quia si ille olim lapidibus obrutus est, qui ligna colligit in die sabbati, Num. decimo quinto, quid erit, qui in tēpore gratiæ, enormia ppetrant criminat maxime etiā festis diebus. In terrorē nostrū hoc scriptū est. Quia ligna colligere, non est malū tantū, sed significat malū, sicut & alia opa eiusdem diei seruilia.

(Primi igit̄ sunt, q crasse & ruditer peccat in die festo. s. luxuria

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE,

ebrietate, ludis, ira, homicidijs, maledictis, rapinis, insidijs, fraudibus, dolis, & similibus, de quibus dicit Mala. ij. Dilpercā super uultū uestrū, stercus solennitatū uestraꝝ, & assumet uos secū. Vide, stercus appellat solenitates taliū, quia & stercorāt in illis, sicut porci immundi. Et Amos. v. Odi & proieci festiuitates uestras.

Hi enim similiter cum ludæis (de quibus hic loquitur) totum decus festi statuunt in ornatu uestriū, & uictus splendore, & otio laboris. Quæ tria si sola sunt, sine eo quod significant, iudaicam solennitatem faciunt, & non nisi prouocamenta sunt libidinis, & uitiorum. Nam uenter repletus, & anima otiosa, deinde obiectis ornamentis, coram oculis, quid faciant, nisi utin luxuria ducant & mala defuderint. Et non cogitan, t̄qui sic sabbatiscant, quod si hoc esset sabbatissare, quilibet meretrix hoc posset, & quilibet Turca, aut paganus, immo equus & sus, scilicet comedere & bibere, deinde otari, tandem pompose adornari.

Hic inuenias aliquos, qui uigiliam ieunent, nō nunq̄ in pane & aqua, sed diem in crapula, & luxuria cōsumunt. It factum est uniuersaliter, ut sabbatum celebrius agatur, quā dominica, quia abstinetur a carnis saltem & otio, & pompa, quae in domini ca prodige aguntur. & uniuersæ uigiliæ sunt sanctificatores, q̄ ipse dies celebritatis, mera scilicet peruersitate.

M Y S T E R I A.
Cotium corporale significat otium spirituale, ut cesser a cupiditatibus & cogitationibus malis, ut capax possit esse uerbi dei, quod requirit animā uaciam. Quare quilibet Christianus se debet interrogare, quare hodie otiaris? Et sic monimentum & memoriale sibi habere, quod uacandum ei sit, ad deum audiendū.

Cornatus uestimentorū, significat bona opera, ut audire mis̄am, orare, eleemosynas dare, & alia misericordiæ opera facere ut Christus contra Phariseos docuit, de quibus latius infra.

Beneficia dei.
Lautus uictus significat passionem Christi, & ruminare uerbum dei.
meditari, legere
Peccata propria. De quibus infra.

Secundi sunt, qui operibus alias licitis, operantur, ut sunt op̄a necessitatis & substatiæ nostræ parandæ. Et ij minus peccant q̄

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES 151

præcedentes, & adeo minus, qd etiā in multis casibus excusent.

Quorum primus est Necesitas. Hæc autem necessitas quomodo intelligenda sit, ambiguum est, quia mire variat. Est autem non melius estimanda, qd secundum regulam Saluatoris, qui in Euangeliō dicit, non esse peccatum, asinum uel bouem de puteo leuare & adaquare. **E**x quo sumitur talis regula. **Q**uod si damnū iminuerit tantum, uel etiam minus, quantū alius uel ualor eius penitus potest opus fieri, quo tale damnū cauetur. **Q**uod tamē intellectum est, si tale aliquid, nō uoluntate eligente, sed necessitate casus accidente contigerit. Hoc enim addit, ne auari sibi licentia data arbitrentur uendendi, uel emendi, quia scilicet si nō uenderent uel emerent, eius diei tantum lucrum, periret. Sic enim nullus esset potius dies festus, quia quilibet fraudat lucrum, dum impedit negotiū lucri & labores. **P**robatur regula, **Q**uia si illud ludaeis promisum est, & nō fuit peccatum, quantum magis Christianis, quilibetios sunt a ceremonijs iusticialibus. **E**x ihs nunc particularia aestimantur. Ut si mercator in die festo, emerit uel uendiderit, qd altero die uel hora, nō sine magno damno emere uel uendere potest, ut quia emptor aut uendor transitorius est, neq; expectare uult, hic ideo excusat, quia non quæsiuit opus & lucrum, sed oblatum accepit, ut damnū caueret, alias nō facturus ex intentione, malens quod altero tempore offerretur. Tunc enim sicut oblatum est insperate, ita potest & cito expedire, & ad feriandum reverti. Par ratio est de quibuscumq; alijs damnis etiā minoribus, sub ea tamen conditione, ut diuina scilicet missa & uerbum dei non omittantur, nisi sit necessitas magna, quam arbitriū boni viri excusat. **S**ed ut dixi, de damnis intelligitur, quæ nō propter nō usum negotij uenient, seu propter intermissionē negotij, sed causa. Nam damnū intermissionē negotij, potest omni hora fieri.

Cecundo, de coquentibus, & paratis uictū, hæc ēm̄ necessaria sunt, & non est hic iudaica superstitione insaniendum, qui non coquunt die sabbati, licet uorent, crapulent, & luxurientur. **S**ic etiā afferrī potū & cibū licet, & ut nostris moribus accedā, **V**as cereuisiæ in cellariū locare, non est peccatum, hoc autem magis est peccatum, quod tot modijs & cantharis educitur, ut etiā usq; ad uox mitū inebrietur. **S**ic maius est peccatum, ex coquina & cellario nimis afferrī, qd inferti, hoc iudæi nō curant, illud autem curant, qd se-

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE

quintur multi. Mira aut stultitia, qd cibum nō parant. Cur non & amictū omittunt & nudū incedunt: quandoquidē induere est labor & opus. Deinde cur ambulant & uadunt, stant: cur nō sedent, dormiunt: cur comedunt & bibunt: An haec nō sunt opera Quō ergo sabbatissant, id est, quiescunt: Deinde, non est paruuſ labor, stare ad missam & sermonem, & diuina officia, qd probo per omnes, qui inuite hoc faciunt, quorum multi sunt hic & alibi. Ergo dicunt illi, feriandū mihi est, nō laborandū. Et ex præcepto contra præceptū agunt, huc enim puenit sapiētia iudaica:

C Sic enim aliqui descenderūt ad minuta, ut etiam sertā facere, dicant prohibita. **Q** uod si intelligent de ijs, qui uendūt illa, ueſt est. Virgo aut bene potest mane facere sertum suum, pro decore suo, quia potest illud ruptum reficere, ergo & efficere. Immo ueſtes induere & ornare ſe, ueſtes excutere & purgare, p induendo cōponere peplū, & alia ornaienta, nō est contra hoc præceptū niſi ſiat more quorundā, quæ a ſpeculo non pñt recedere, & ſic p hæc diuina negligant. **Q** uæ uero ad superbiam, uel concupiſcentiā ſele ornant, nō contra hoc peccant præceptū, ſed tanto grauius peccant, quod cōtra aliud præceptū dei, in die ſancto peccant.

C tertio de animalibus prouidendis in uictu & ſtrato, mulgen do, paſcendo, curando &c.

Cuarto de tabernarijs, lanijſ, piftoribus, pifatoribus, & alijs artificibus, pro uictu & amictu aliorum agentibus. Non peccat hij, niſi ubi ebriosis & ludentibus, per hæc patrocinentur, & auxilientur, aut ſueant.

C Quinto, in communi utilitate, ut in refiendo ponte, prohibendo fluuij, repugnando hosti, incendio extingendo, & alijs publicis neceſſitatibus prouidendo.

C Sexto, de medicinis, cursoribus, nuncijs neceſſaria ferentibus fabris equos ſufferrantibus, molendinis &c. Hæc omnia in neceſſitate excusantur, dūmodo tñ per hæc diuina nō negligentur.

C Septimo, de nundinas quærentibus, quia alio tempore noui poſſunt. Et ex ijs iudicetur de ſimilibus.

Verum hic mouetur quæſtio, An Vuitenbergenses ſint excuſati, quod die festo exercent balistarū artem pro aue deiſcienda de haſtili erecto, cum id æque poſſint alio die facere, cumq; non ſit hic neceſſitas, nec pietas, nec modicitas, ac dimidius ille dies

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

152.

Festus post prandium, possit deo dari, sicut & ante prandiu. Si
mille iudicium de armorum ostensione, quasi non & alia die fie-
ri possit æque bene. Hic domini consules uigilare deberent.

C Alterū est modicitas seu paucitas. Ergo omnia opera hic face-
re licet, quæ alijs diebus, dūmodo sint pauca. Ut si futor par uel
duo paria calciorum sciaderet, sartor tunicam, mercator uende-
ret aliquid, quod nō expoluit uenale. Sic de similibus per omnia
officia & opera curre.

C Tertium est, pietas, ubi subueniſ pauperibus & indigentibus
item ecclesijs. Sic enim balneare infirmū, lauare immūdum, ues-
tis, lectum eius lauare, parare, seruire in uicta & obsequio, est es-
tiam sanctum, alioquin & eleemosynas petere & dare non lice-
ret, cum id fratres mendicantes, nunquā in diebus festis agant, si
militer & alijs omnes. Sic uehere eis frumentum, ligna, potum,
cibum, licitum est, dummodo tamen fiat ex pietate, & nō ex cu-
piditate retributionis aut gulæ, ut nunc passim habetur mos.

C Tertiū sunt, Qui sanctificant diem literaliter, sed non spiritua-
liter, ut qui faciunt quidē opera externæ sanctificationis, sed sine
corde. Et quanq̄ satissimant ecclesiæ, & minus peccent, q̄d præce-
dentes, tñ sunt Cainista, offerentes nō personā, sed opus plonæ
tantū cauēnt scandalū, & utinā tñ oēs tales essent, qui peius agūt.

C Sunt autem quinq̄ facienda pro sanctificatione festi, ut colli-
gitur ex decreto, scilicet audire missam, audire uerbum dei, ora-
re, offerre secundum aliquos, & conteri de peccatis.

C Primū. Audire missam. Hic nimiū stulte quidā interpretantur
canonē, uolentes ideo missam legendā altiore uoce, qđ non ui-
deri, sed audiri sit præcepta, quasi non magis præceptū sit. Cano-
nem missæ, qui solus proprie est missa, pressa uoce legi, ne audia-
tur. cætera aut sunt orationes, & paramenta ad Canonē missæ.

C Quod si propter euangelium uolūt eam altius legendā esse, cur
nō cogitant, qđ aliud est præceptū de uerbo dei. & aliud de mis-
sa. Sed cessent ista uana somnia, cū per oēm ecclesiam nullus nisi
sacerdos solus, missam audiat totā. Magno scilicet eo sacra-
mento, quoq̄ Christus uerus sacerdos, quanq̄ multa operat in eccl-
esi, p extera sacramenta, & uisibiles ceremonias, in quibus ei si-
deles cōcīnunt & cooperant, sicut clerūs nunc facit sacerdoti, in

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE

cantu, oratione, responsione, tñ plurima agit invisibiliter p no-
bis apud deū, quæ populus & ecclesia eius nō uidet, neq; pcpit.

Deinde anceps quæstio est, an satis sit, audire missam matu-
ram. Item, An satis sit, in monasterijs eam audire. Hic distinguit

Si est necessitas (de qua supra dictū est) tunc satis est audire ma-
turam priuatam, uel etiam monastica missam. Quia necessitas
non habet legem. Vbi autem non est necessitas, distinguitur se-
re semper, quod si nō omittatur parochia ex contemptu, sed ex
deuotione perititur monasteriū, licet in monasterio audire. **S**ed
meo iudicio dicam, saluo uniuscuiusq; sensu, in hac perdita tem-
poris miseria, prouersus nō est tutum, relinquī unumquemq; præ-
sertim simplicioris & rudioris animi hominem, suæ deuotioni &
discretiōi contra apertos Canones. **C**uius ratio est, quia ideo
sunt positi Canones patrū, ut dirigant populū. Et debet unicui-
q; sua deuotio semper est suspecta, & tanto magis, quanto magis
placet, cū est contra cōmuniem usum, uel decretū patrū. Cū scia-
mus, qd angelus Sathanē in lucis angelū sese transfigurans, sum-
me sit timendus & cauendus. Qui sub specie deuotionis facile o-
mnia decreta solueret. **E**t illud Deut. xij. & Iud. xix. ubi pcpit,
imo prohibet, ac reprehendit, ne quilibet faciat, qd sibi rectū &
bonū uidetur. **A**lioquin, primo auferet timor ab hominibus, &
reuerēta ecclesiæ suæ, & cōmunitatis. **D**einde nutritur securitas
etia paulatim ad maiora alia pmittenda. **T**ertio, Redit illa anti-
qui populi licentia in excelsis, & lucis, & extra templū religio, q
summe prohibita fuit. Nam de facto uidemus, hac deuotionis
licentia permissa, non tantū parochias, sed etia monasteria ciui-
tatis dimitti, & ecclesiās campi, & uillarū, eadem deuotionis si-
mulatioē pferri. Et sic ecclesiæ cultū, in tabernac redigi frequen-
tiā, ac nundinag negotiatiōē, prætextu dedicationis, patrono-
rum, uotorū &c. **D**ico igitur mea sententia, **Q**uicquid sit de ali
bi audienda missa, nulli esse licitū in hoc ipso suum iudicium, su-
am opinionem, suā deuotionem sequi, sed autoritatem eccles-
iæ, & captiuandum sensum in obsequium Christi, quia scriptū
est, **S**tultus est qui confidit in corde suo. Et ecclesia non potest er-
rare, quilibet aut potest in sua deuotione errare, cū & multi pro-
phetæ, sancti, reges similiter errauerint, nobis in monitionē &
terrore, **N**e ergo ulli credas glossæ, super decretū istud, qui enim

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

153.

sic glossat, ignarus est in lege dei, & nondum cognovit, quid sit diabolus & homo, multo minus, quid sit deus. Et mira peruersitas glossæ, quæ uagam concedit deuotionis licentia, quam testus data opa, uoluit coercere. Immo semper, quicquid tibi te ipsum dederit ac permiserit, tene suspectum, quia facit ut inuenia tur uoluntas tua in ieiunio tuo, ut dicit Esa. Sic illusit Micheas Athab dicens, ascende &c. Quicquid autem tibi te ipsum abstulerit, hoc sequere Matth. vi. Esto cōsentiens aduersario tuo &c. Mich. viij. Ab amico custodi te. Item, Ois amicus fraudulenter incedit.

Secundū, Est audire uerbū dei, quod iterum sub præcepto est in parochia audiri, sicut & missam, nisi ubi intermititur, propter dedicationē aliarum ecclesiæ, uel monasteriorū. In quibus post prandiu audire, est de consilio quidem ecclesiæ, sed tamen de præcepto dei, qui uult uerbū suum omni deuotione ubiqꝫ audiendi. Et hoc secundū est magis necessariū, qꝫ primū, immo primū est propter hoc secundū, ut ex Christo patet, qui dicit, Quotiescumqꝫ hæc facietis, in meā memoriā facietis, q. di. nō celebrabitis missam, nisi prædicetis Euangeliū. Et Apostolus, Quotiescumqꝫ enī manducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortē domini annunciabitis &c. Ideo nō licet missam p̄ficere sine Euangeliō, priuatā priuato, publicā publico. Immo in primitiva ecclesia, etiam excōmunicati, p̄cēnitentes, catechumeni, energumeni, intererant missæ usqꝫ post euangeliū, que & missa catechumenon uocabatur, ut ex Dionysio patet, qđ utinā adhuc fieret, ut saltem uerbū dei audirent excōmunicati, quo facilius intelligerent, ac cōpungerentur. Atrox esset nimiu excōmunicatio, etiā ab auditu uerbi dei, qđ tamen oībus creaturis p̄ceptū est p̄dicari.

Hic iterum quæstio est.
Can satis sit audire Euangeliū missæ priuatae. Respondetur, qđ sit satis, si est intelligens simul, & coactus proficiisci. Alioquin etiā si intelligat, tenetur tñ uocale audire solēniter, alioqui cuilibet liceret publicā prædicationē relinquere, & fieret ipsa contemptibilis. Immo si fuerit necessitas proficiisci, etiam si non intelligit, immo si nō audit, est excusatus. Debet tñ quilibet nō solū cogitare quāta necessitate cogatur absens esse, cū sit corporalis, sed etiam quanta necessitate uerbum dei sit habendum, cum sit spiritualis. Ideo pietas coelestis debet semper uincere cupiditatē terrenam.

b iiij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Hic tamen notandum, quod si populus tanto rigore, ad audiendum
verbū dei est astrictus, quanto quælo sunt astricti sacerdotes, ut
etiam uerbū dei dicant, & dici procurentur. **Q**uod cum sit super oīa
præcepta instantissime mandatū, nescio qua miseria, hodie ni-
hil minius curatur, in multis locis penitus obnittitur, in plurib⁹
ea prædicant, quæ obmitti salubrius erat. In alijs locis predican-
tur humana, & doctrinæ iuris ac philosophor⁹. **E V A N G E-**
L I V M, id est, memoria Christi tam rara, ut horror sit hoc at-
tendere. **C**ogitetur populus ad parochiā, & non obedit, quia co-
gunt sacerdotes euangelizare, & non faciunt. **Q**uid ergo mirū,
si uagantur populi licentia superstitione ad alias ecclesias, quando
sacerdotes nugantur, crassa ignorantia, per fabulosas & uanas do-
ctrinas. Tu non prædictas euangeliū, & grande crimē putas, quod
populus discurrat ad idolox⁹ excelsum. **C**um tu absit ecclesiæ, &
officio & uerbo, quid sequeris, nisi ut populus absit & obsequio
& auditus. **T**u ad literā es intus inutilis, spiritu foris. Ideo & po-
pulus corpore migrat foris pariter & spiritu, tanto minus peccās
quod tu, quanto promptior est audire euangeliū si dices, imo si di-
cisses. **T**ui occasione igitur euacuat ecclesia. & pascua & uictū
ouibus, dum cogis pecus in caulas, negas. Ideo dispergunt ouses
Christi in montibus, quia non erat pastor, dicit dominus.

Terriū est, Orare, de oratione multa sunt dicēda, hic tñ de uo-
cali uult intelligi, quod non est negandū, sed tñ ea debet esse mi-
nor & modica ad orationē spiritualē. **O**ratio em̄ est ascensio
mētis in deū, uerba sunt scāle, sed uox est apparatus scalarū. Ideo
dixi, quod hi sanctificat̄ diem literaliter & male, qui uoce tantū
orant, imo non orant, sed orationes tantū proferunt alioꝝ, nō
aliter & sicut liber, alterius scriptiones & uerba ipse mortuus ni-
hil intelligēs. **V**el sicut organū profert cantū cleri, ipse nihil senti-
ens, aut intelligēs illū, quod hodie magnū est mysteriū, quale est
em̄ organū, talis & clerus, id est, boator sine sensu, uox sine uer-
bis, sicut organū non nisi telut mutam & elinguē uocem, ac so-
num refert. De spirituali autem oratione postea in quinto.

Quartum, secundum quosdam est offerre, sed hoc abolitum
est, licet in Ecclesia primitiuā fieret hec oblatio panis & escarum
in communi, de quo offerebatur, & reliquum in pauperes con-
ferebatur. At inince uice huius, dotatae sunt ecclesiæ, monasteria,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

155.

hospitalia &c. pro pauperibus.

¶ Quintū, quod est maximū & oīm primū, scilicet reconciliari deo, per examinationē conscientiā, & cōtritionem peccatorū.

¶ Hæc aut̄ contritio sic paranda est, ut non tantū ex odio, quantum ex amore procedat. Ex amore aut̄ procedet (ut rudibus exempli gratia dicā) si homo secū ruminet beneficia dei in se per totam uitā collata. Tum illis opponat suā ingratitudinē, & uitia, in abuso taliū bonorū, ut quod dedit v. sensus, tot periculis servauit, tot bona corporis, mentis reḡ dedit. Quæ oīa non bestijs non lapidibus, non deniq; plurimis homī dedit. Post hæc fiat ascensus ad spiritualia, quod filiū suū misit in carnē, crucifigi, mori, & alia infinita dignitatis, tandem promissa æterna bona. Hæc oīa ruminata, & peccatis cōposita proprijs, mire excitant odiū ac detestationē sui, amorē uero & laudem dei. Hæc est uerissima cōtritio, uiua & efficax, ubi illa, de timore inferni, & peccati turpitudine, est literalis facta & breui durans, quia non radiata amore, sed incussa timore tantū. Sic de quodā legitur, qui p̄ totam uitā pessime uiuens, miris tamen beneficijs, ac donis dei prouehebat, tandem etiā ad episcopatū prouectus est. Tunc ad se reuersus, & admiratus dei benignitatē erga suā indignitatem exclamauit. Viciſtī dñe, & conclusisti me nimia bonitate tua, id eoq; Ecce amodo totus tibi seruiā, & ita fecit. Neq; contemni debet rudis ille ascensus a primis corporalibus bonis &c. Nāles git, in historijs, q̄ tēpore Cōcilij Constan. duo Card. ad Concilium equitantes, pastorem in agro flentē uiderunt. Vnus aut̄ eorum animo misericordiore, nō possum(ait)abire, nisi auditio illo homine & cōsolato, & accedens, causam fletus percunetaſ. Ille disimulat tristis, instat Cardi, & cogit fatari. Tandem, ecce inquit, hanc bestiā (buffonem intuitus) tam eximiam creaturā fecit me deus, hominem erexit, decorū, rationalem, & nunq; gratias egī, quod non me quoq; tam deformem buffonem fecerit, hoc est quod amare fleo. Tunc Cardi, insolita contritione hominis percussus & sua maiora beneficia, maiore ingratitudine sua, subito conspiciens, de mulo examinis cecidit. Tandem leuatus cura famulorū, & in ciuitatem perductus, semp exclamauit. O Agustine sancte, quā uere dixisti, Surgūt in docti & rapiunt cœlū, & nos cum doctrinis nostris, uolutamur in carne & sanguine,

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Hæc sunt opa ueræ sanctificatiōis, q̄ significant̄ oībus exterio-
ribus. Sic Tren. iij. Memoitia memor ero, & tabescet in me ania
mea. Sine ijs duobus, non accenditur mens & cor. Corde aut̄
non succenso, oīa alia frigide, uane, & noxie fiunt, quia sine fr̄
stu. Et hæc duo debēt ex Euāgeliō audiri, auditq̄ ruminari.
Sunt em hæc duo, scilicet dei bona, & nostra mala, scala ipsa in
deū, in qua descēdimus in nos, & ascēdimus in deū, sicut figura
tum est Geū. xxvij. Sunt etiā duo illa sacrificia, laudis & cōfessio-
nis, de q̄bus, Sacrificiū laudis honorificabit me, & q̄ ille sit ascē-
sus in deū, sequit̄. Et illiciter, q̄ ostēdā illi salutare dei, i. reuelabo
ei æternā salutē. De altero, cōfessionis scilicet, sacrificiū deo spi-
tus contribulatus, cor contritū & humiliatū deus nō despicies
Et hæc duo simul oportet offerri, ut sint eo perfectiora.

PRAECEPTVM QVARTVM.
HONORA PATERM ET MATREM, VT SIS
LONGAEVVS SVPER TERRAM.

Hoc præceptū Iudæi fecerūt irritū per traditiones suas, sicut
& om̄ia alia, Quia honorē hunc exponebant solū in uer-
bis & signis, irritatores facti uerboꝝ legis. Quia enim ho-
norare significat signū reuerentia exhibere, acceperunt illud se-
cundū huius significationis corticem, ut solo exteriori signo ho-
norādos docerent. Sed ut saepius dixi, Lex domini est spiritualis
immaculata, cōuertens animas, ac interiorem instituens homi-
nem. Ideo cor primum obligat & requirit. Quare procedamus
secundum hunc duplēm sensum, scilicet literā & spiritu.

Honor parentum spiritualis, est exhibitio cordis, & reueren-
tia prompta uoluntatis. In quo includuntur duo.

Primo, prompta obedientia ac uoluntas ad omnia, quæ uo-
lunt parentes. **S**ecundo, digna aestimatio & opinio parentū.
Honor em̄ cordis, est magna pietas, & maior q̄ charitas in pro-
ximū, quia charitas solummodo diligit, prompta seruire prox̄
imo, & preciosum eum existimās. Ideo istud præceptum statim
post præcepta primæ tabulae ponit, quia est de illis, qui sunt uica-
rii dei, quare sicut deus colendus est honore & timore, ita & uicariorū eius. **P**atet itaq̄, quod qui spiritualiter honorat parētes
exhibet eis primo promptā obediētiā & uoluptatē. Ac per hoc

non solum succurrat eis in necessarijs, sed etiam in omnibus obedit eorum beneplacitis. Et qui tale cor suis parentibus non exhibet, sciat se non implere hoc praeceptum, quanq; & nunc quoq; in ista intelligentia cæci, in nuda superficie uerborum laborent plurimi. Ergo honora dicit, scilicet corde intimo, & affectu pleno, parentes tuos &c. Quomodo enim parentibus inobedient sit, qui cor eis non solum obtulit, sed & cum honore obtulit.

Secundo (quod maius est) exhibet reuerentiam (non in litera foris, sed in spiritu intus) id est, magnifica opinione in corde de illis habens. Ethoc potissimum in hoc præcepto commendatur, per quod & differt (ut dixi) a charitate, qua quilibet alteri obedire & seruire iubetur Gal. v. Sed unde nascitur illa sublimis opinio de parentibus in filijs: Maxime, cū quandoq; sint pauperes, ignobiles, infirmi, deformes, aut alias minus reputabiles. In ijs em multi offenduntur, ut fastidiant, & erubescant parentes suos, dolentes, quod non de diuitiis, potentibus, nobilibus &c. nati sunt. O cæcitas magna. His tradenda est regula. Opinio parentū grandis sit respectu dei, & uoluntatis eius. Sic enim pius filius cogitat. Ecce si summa maiestati nō fuit indignū uisum, quod talem hominē uoluit parentem meū esse, cur mihi indignū uideatur? Si deo summo placuit in illo operari, & me creare, cur mihi displiceat in illo fieri, aut factum esse? Nam quid faciunt parentes ad formationem filij: qui nec si sit masculus, foemina, oculatus, auritus, pedatus, uiuus, mortuus, albus, niger, capillatus siue non, futurus unq;, cogitant. Ergo officinam dei mei, artificis mei uerberor. Non aduertam oculos in paupertate, deformitate, ignobilitatem parentū, sed in deū operatorem. Sic sic fluit reuerentia ex deo in parentes, nō ex parentibus, dū altius intuentur, q; ut sunt caro & sanguis, sed ut officina summae maiestatis. Quis em contemnet officinam principis: q;d fabrefactum opus odit officinā suam in qua factū est: Cum igitur deus uelit parentes honorari, & iustissima sit causa, scilicet, quia uicaria & officina dei est. Solo hoc differt istud mandatum a p̄cedentibus, q;d deus in illis honorat ut in seipso. In isto, ut in alio scilicet regentibus, qui sunt sedes, officina, altare, propitiatoriū eius. Hic ergo est uerus honor. Honor parentū literalis, est in uito corde, & contemptore animo, sola scilicet formidine poenæ, exterius signo honorare pas-

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

rentes. Nam qui sola formidine pœnæ honorat, scilicet ne confundatur cora hominibus, uel puniatur hic, aut in futuro, tam diu honorat, q̄ diu timet, & pœnam cogitat. Semper autem intus corde contemnit, oblitus autem pœnæ, etiam opere foris contemnit, ut in multis exemplis probatum est, & quotidie experitur.

Dictum est, quo modo se filij debeant habere erga parentes. Sed oportet, ut illi rursum se exhibeant parentes, ut digno nomine sint parentes, ne honor filiorū conferatur in idola, & mortua simulacra parentum. Immo forte sunt peiores aliquando q̄ latrones, quia souent carnem illorum, & interficiunt animas eorum.

Sæpius enim sit, ut filius in parre peiorem homicidā habeat, & utilius fuerit, filium a latrone occidi, q̄ a patre souerti. Aut cur putatis quod pestis potissimum sauit in partuulos: nisi quia deus implet in eis, quod Sap. iiiij. ait. Raptus est ne malicia mitaret in tellectum, aut ne siccio deciperet animā illius, propter hoc prope rauit illum educere de medio iniquitatū. Et infra, Condemnat enim iustus mortuus uitios impios, & inuentus celerius consumata, longam uitam iniusti &c. Sed de ijs latius postea.

Nunc ut videamus, quid eis debeant, ut sint parentes. Apostolus Ephe. vi. postq̄ filios iussit, ut parentes honorarent, & præceptum illud commendasset, atq̄ interpretatus fuisset, dicit, Filii obedite parentibus uestris in dño. Vt tq̄ uolens, ut sunt non tantū in carne parentes, sicut gentes, sed in domino, & illi obedient etiā in domino. Statim de parentibus dicit. Patres, nolite ad iracundiā prouocare filios uestros (quod Colos. iiiij. exponit, Ne pusillo animo siant) sed educate illos in disciplina & correptione domini.

Primū, quod eis impendi uoluit, ad animū scilicet pertinens (nihil enim de corpore eorū prædicauit) ut non prouocent eos ad iram, & deiectionem, hoc est contra eos, qui furiose regunt filios, & dum animus adhuc mollis est, in totū timorem & pusillanimitatē ueritur, ita ut odio parentū, tandem ausigiant, & faciant quæ alias nunq̄ fecissent. Quæ enim spes hominis, qui dissidentia in parentes & odio, de illis desperat. Non enim uult Apostolus, ut filij nō offendantur, aut uerberentur, sed ex amore castigentur, nō ut illi furiosum animū expleant, nihil solliciti, quō emendent filiorū errorem. Factus enim pusillo animo, ad omnia inutilis & desperatus efficitur, timidus omnia agere & ag-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLAES

156.

gredi. Et quod peius, quod talis timiditas, teneris annis imbibita, uix unque postea eradicabitur, quia enim ad omne uerbū didicerunt terret, ideo postea etiā ad foliū arboris timent sonantis. ¶ Sed & illæ nutricule, quæ pueris illudū terrilibus formis & gestibus præcipue de nocte, sunt compescendæ. ¶ Omni studio puer est formidus ad timorē bonū, ut timeat, quæ timenda sunt, nō autem ad esse timidū, sicut parentibus quibusdam satis est, si timidos tantummodo habeant, quod est nocentissimū futuræ ætati. ¶ Hoc pro declinatione ad sinistram, nunc ne etiā in alterā partem peccetur, dicit Secudo, Sed educate eos in disciplina, & corptione dñi, id est, docete eos docenda, & corripite nō seruantes ea. Ut trung illis necessariū, & eruditio eorum, quæ ignorant deo, & correptio, si cognita non sequant. Vide itaq ut ante omnia, filios uelis institui in spiritualibus, ut prius deo tradanci q̄ mundi negotijs. Et heu q̄ ista nunc sunt oia peruersa. Nec nūrum quādo nec parentes ipsi sunt eruditī, aut correptiōē probati. ¶ Fuit autē una spes reliq̄ in Scholarū magistris, ut saltē ibi, sub literis erudirent̄ in pietate, sed & hēc perijt. Omnes gētes, p̄fertim Iudæi, diligētiū instituunt pueros suos, q̄ Christiani. Ideo & ecclesia pessime habet, quia tota eius uis consistit in successoribus qui in prima ætate negliguntur, sicut hortus in uerno tempore. ¶ Igitur in ecclitione domini sunt educādi. Est autē eruditio domini, qua docent̄ cognoscere dominū Iesum Christū, infigere eis recēti memoria, quō ipse p̄ nobis passus sit, ac q̄ fecit, q̄ p̄misit, sicut filijs Israei præceptū fuit, ut nota facerent filijs suis, ut cognoscat generatio altera mirabilia, quæ fecit cum patribus eorum in Aegypto. Et hoc cognito, si nō discat amare dominū, & gratias agere, & orare, & sequi Christū, adhibet correptio domini, id est, terror iudicij dei, & minationes iræ dei super malos. Hoc enim qui ab ineunte ætate didicerit, scilicet b̄ficia dei & promissa, unde diligat, deinde plagas & cōminatiōes, unde timeat dominum, facile haec tenebit factus maior. Nam in ihs duobus uult dominus coli, Amari ut pater, ex beneficijs præteritis, præsentibus, & futuris, Timeri ut iudex, ex plagijs præteritis, præsentibus & futuris, sicut dicit, Si ego sum pater, ubi est amor meus? Si sum dominus, ubi est timor meus? Sic ergo discant filii domino cantare misericordiam & iudicium. Haec duo enī Apostolus inten-

c. ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

dit, quando dicit in eruditione & correptione domini. **A**d eruditio-
nem pertinet ut dicas ei, quomodo deus oia creauit, ei sen-
sum, uitam, animam dedit, quotidie omnibus bonis iuuet, que
creauit, pro eo passus est, & mirabilia fecit, predicauit, adhuc ma-
iora promisit, ut pro his gratius sit deo, & patre agnoscat, ac di-
ligat. **T**ad correptionem pertinet, ut ei dicas, quantis olim pla-
gis percuaserit Aegyptios, gentes, zodomitas, filios Isarel, denis-
q; omnes in Adam. Item quot adhuc ante oculos percutit peste,
patibulo, gladio, aqua, igne, bestijs, morbis, & quanta cõmiseret
in futuro, in gehenna cum diabolis. **E**t uult hæc potius adhibe-
ri, quam correptiones hominū, id est proprias. Non sine causa,
scilicet ut discant semper sursum ad deum aspicere, & nō homi-
nes sed deum timere, **N**esi parentū rugas timeant, tandem etiā
in ihs quæ dei sunt, homines timeant, hoc est, ne pusillo animo
fiant. **H**oc enim agendū est cum filijs, non ut parentes timeant,
sed deum offendere se sciant, si parentes non timeant. Sic enim
non sient pusillo animo, quia ubi parentes etiam proprios, non
nisi deum timendo, timere didicerint, postea etiam in aduersis
& prosperis, non a deo recedant, timore uel amore quo cunq;.

Quod aut gratum sit hoc deo sacrificiū, in filijs erudiendis, pa-
tet in Gen, ubi dominus Abraham nō potuit celare, quod factus
erat, sola hac causa motus, dicit, Scio em quod docturus est fi-
lios suos, ut timeant dominū, **E**cce quō correptionem domini
super zodomias, dicit profuturā per Abraham in educatiōe filio-
rum, ad timorem eorū. Similiter Ionadab, pater Rechabitarū,
eximie laudatur, & filijs benedicit, quia eos pie & religiose edu-
carat intimore dñi. Sic Thobias, Ioachim uxor Susanna, educa-
ti sunt. **I**contra Heli. i. Reg. iiij. qd meruit, filios suos negligendo
ibidem patet. Item, quid ille puer quinquennis apud B. Grego.

Et uere stultissimi sumus. **E**cce in proprijs filijs pñt mereri uel
uitam, uel mortem, & non aduertunt. Nam quid prodest, si tua
culpa malos filios educes, etiā si tu sis in teiplo irreprehensibilis.

Multi alienis studijs, deo senire prepostere nituntur, ieunando,
uestes portando asperas, & alijs affectatis obseruantijs. Et
hanc domesticam pietatem cæci non minus transeunt, quam o-
lim Iudei, relicto templo dei, in excelsis immolabant. Primum
erat attēdere, quid dominus a te requirat, cuius officij tibi onus

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES 15A.

imposuit, ut Apostolus ait, in qua uocatione uocatus quisq; sit. Hoc enim ante omnes indulgentias, orationes, ecclesiastum uitiationes, uota quæcunq;, curandum fuit & agendum.

Dictum fuit, quō parentes se gerere erga filios debet, ut digno noie parentes uocent, ne ex parentibus fiant pudentes, & pereunt es simul cum filiis. **V**ideamus igitur, qui sunt isti pudentes, ac per ditores filiorum. **P**rimi scilicet, Qui omissūt, & scienter sinunt eos crescere sine eruditione, & correptione domini quanq; nullo malo exemplo noceant, tamen permissione eos perdunt, ut qui nimis carnaliter eos diligunt, ac tenere souent, dicentes, pueri sunt nō intelligunt, quid faciunt. **I**t uerum dicunt, **S**ed nec canis, nec equus, nec mulus intelligunt, quid faciunt. At uide, quō discunt ire, uenire, sequi, facere, omittere, quæ non intelligunt. **S**ed nec lapis, nec lignu intelligit, quam sit incepta res ad domū, sed formatur ab artifice, & statim intelligit, quā tomagis homo. **A**ut si aliorum pueri intelligunt, cur tui nō intelligunt? Hi ergo peccata filiorū portabunt, quia faciunt eadem, ut sint sua. An nō puer ille quinquennis, de quo B. Grego, fuit non intelligens?

Secundi, Qui uerbis impudicis, & maledicis, deinde exemplis ac gestibus malis, eos præcedunt. Sunt reperti, & utinam iusq; adhuc sint, sicut ego noui, qui prostitutæ filiatum lucro uictabant & iussu parentū, filiæ ac uxor fornicabantur. **Q**uis dubitet hjs filiabus pro parentibus, utiliores fuisse latrones? Sunt adhuc tam stulti, quibus mire placet, si filios habent Mauortios, & per cuſſores faciles, tanq; laude dignissimos, quod nullos timeant. Horum stultiæ præmiū finale solet esse, luctus & dolor, de subita filiorum occisione, & iuste. **N**unc filij (ut iuuentus fert feruenda) proni sunt, ad concupiscendum & irascendum, ideo cauenida exempla paréatum, in uerbis & gestibus. **Q**uid enim filius disfat maledici ac impudici, quā maledicere & impudiceloqui?

Tertij, Qui occasionem dant filijs ad mundū diligendū, ut q; nihil sunt aliud solliciti, q; quō discant incedere, saltare choreas, ornari, hominibus placere, cōcupiscentias irritare, mundo conformari. Vbi sunt nostra ætate, qui tanta cura filijs prouident deum, quanta prouident uestes, luxus, diuitias, honores &c. Mare hic plenū reptiliū maiorū & minorū occurrit. Vide, quæ portenta uestiū, hęc licentia attulit in utroq; sexu, præcipue in mulie-

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE

ribus, deus custodiat viros, ne lineum peplū portent, quia mulieres birtheta nudis capillis portant, sicut masculi, forte in vindicta, quia uiri porrare cooperūt reticula capillaria, quæ mulierū erant, ideo mulieres receperunt a uiris birtheta. Et quare utrumq; mūdus pulchre detere putat, nisi quia placet nouus mos. Sed cogita tecū, quid sit uiri caput in uolui reticulo muliebri, & mystrium simul, qđ Apostolus tetigit, quādo caput nō uelari uoluit.

Ced primū distinguamus. Aut ornatus eiusmodi sit uolentibus maritis ac iubentibus, hic possunt mulieres certe excusari, si tñ inuitat faciunt solum ut placeant uiris, uiris, iniquā sensatis & habentibus, ut S. Cæcilia foris in aurea ueste incedebat, intus induita cilicio ad carnē. Et Anastasia similiter. Item Hester olim in Vete, lege. Quin S. Aug. grauiter arguit quandā Editiam, qđ ab iecerat inuito viro, uestes matronales, & habitū uidualē lumpsērat. His ergo omisis, quia viro obediendū est in ih̄s, quæ sine peccato fieri possunt. **N**e ih̄s videamus, q̄ inuitis & coactis maritis expostulant hos luxus, de quibus nō me, sed primū Apostolū P̄etrū audite, qui pastor fidelis omn̄m constitutus est, i. Pe. iij. Similiter & mulieres uiris suis subditæ sint, ut si qui non credunt uerbo, per mulierū conuersationem sine uerbo lucrifiant, considerantes in timore sanctā cōuerstationem uestram (spiritualiter & corde subsint, qđ est in timore seu reuerentia subesse, ut magnifice opinientur de eis) **Q**uarū non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimentorū cultus, sed qui absconditus est, homo cordis, in incorruptibilitate, quieti & modesti spiritus qui est in conspectu dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in deo, ornabant se, subiecte proprijs uiris. Sicut Sara obediēbat Abrahæ, dñm eum uocans. Cuius estis filiae benefaciētes, & nō pertinentes ullā perturbationē. **H**æc uobis lectio recitatūt mulieres, hoc latitium (ut pueris) uobis proponitur, discite & altnertite. Episcopus, Papa, Apostolus, pater, pastor uester, hoc dicit, & seruandum tradit. Postea & uiris, quid tradat audiamus.

Ac primū, ne quis de mulieribus, in hoc præcepto, nō dicendum paret, sciat, qđ omnis superior potestas humana hic præcipitur honorari, ut & antea dixi. Vir aut caput & dñs mulieris est ac superior. **S**icut econtra potestas omnis hic manetur, ut se di-

gnā honore præstet, Quare post filiorū eruditōne, imo cū eōe eruditōne, recte ac proxie, de coniugatis etiā inter se, dicendū est.

Vide aut̄ quanta suauitate & modestia, quanta quiete & lenitatem docendi, procedat piissimus Apóstolus, Non est turbulētus non fulminat, non minatur, sed leniter ac suauiter docet, ita ut uel ipsa dicendi gratia permouere debeat, ad seruāda ea quæ docet nedum utilitate rerū, quas docet, ac solum docere intendit.

CPrimum uult, ut mulieres sint subditæ uiris suis, cui cōsonat Paulus Colos. iij. Mulieres uiris subditæ sunt, sicut oportet in domino. & Ephesi. v. Mulieres uiris suis subditæ sunt sicut domino quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, Ipse saluator corporis eius, id est, non corruptor. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, Ita & mulieres uiris suis in omnibus. Ista autem subiectio, quid sit, iatis exponit sequenter, quādō conuer sationem eōe in reuerentia & timore ergo uiros cōmendat uiri lem ad uirorū salutem. Ergo subditas esse, est reuerentiū, & honorare, in oībus obediēre. Nam ad hoc inducit exemplum, Saræ quod subdita uiro suo fuerit, quia dñm eum uocauerit, & p hoc eum timuerit, ac reuerita fuetit, parata in omnibus obediēre & cedere. **Q**uod si Petrus maritis infidelibus sic subdi præcipit, quā tomagis id fidelibus præstandū. Sicut & rursum Paulus, Vxor uirū suum timeat, id est, reuereatur, Ephes. v. Contra hoc agunt cōtemptrices, contentiosæ, pertinaces in uiros suos, quæ nouissimū uerbum habere uolunt, aut quæ agunt sine scitu & uoluntate uirotū, dispensantes &c. Haec omes huius præcepti sunt reæ, quia nō sunt subditæ suo maiori, nam Apóstol. i. Corin. xiiij. dicit, qđ mulieres subditæ uiris lex dicat. Lex quidē Moī in multis locis hoc habet, sed prima est Gen. iij. præceptū dei ad Heuam, sub po testate uiri eris, & ipsa dominabit̄ tui, hic expressa est diffinitio domini super mulierem. Si ergo nō licet filio contra patrem, ser uo contra dñm populo contra principē, aut sacerdotem cōtendere & erigi, ita nec mulieri contra uirū. Et notate hoc primū, grande enim est, & ratissime tenetur. Sic sancta Monica faciebat & suo uiro tacuit & cessit. Alijs uero quæ a uiris uerberabant̄ dicebat, oportere memores conditionis suæ, nō superbire contra dominos suos quādō rectitatis tabellis matrimonialibus intelligere debuerat se ancillas esse factas. Igī, aut subdita sit uxor, aut

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECH.

non nubat. Si nō uult habere dominū, desistat accipere uirum,
quia sic deus in apostolis & scriptura sua præcipit, & ordinat.

C O R O L L A R I V M .

Quæcunq; habet morosum uirum, non præsumat par pari,
uim ni repellere, sed moribus contrarijs ac placitis mutare. Sic
enim hic docet Apostolus, ut ad fidem cōuertantur uiri, per bo-
nam conuersationem mulierū. Quod aut̄ de fide, hoc de quoli-
bet alio minore bono facientū est. Sic & Paulus i. Corint. viij.
Sanctificatus enim est uir infidelis per mulierem fidelem. Malū
enim malo non uincit, sed augeit & roborat, uincitur aut̄ bono

Secundū, qd ornatus eorū non sit in exteriori capillatura, aut
auro, aut indumentis. At iste nunc est potissimum ornatus Christia-
narū mulierū, & usq; ad monstra p̄ductus hodie, quod. d. Apo-
stolus. Iste externus cultus sit gentilium mulierē, Christianæ alio
ornentur. Quis autem potest in tanto abusu tacere? Primū, Scio
aliquot mulieres (nam nō sunt omnes stultæ illius uanitatis cu-
pidæ) quæ cogunt̄ invitæ se ornare istis cultibus, ac mire fastidi-
unt, sicut Hester regina, Sicut S. Elizabeth regina. Et frequenter il-
læ sunt tales, q; abundant ut possint ornari. Illæ enim magis cu-
piunt, q; non possunt. Sicut nūc nobiles, & citius, quo sunt egen-
tiores suis auis, eo sunt in cultu effusiores. De istis itaq; dicamus,

Sancta Agatha cum esset ex nobili genere, non tantū in uelo
sicut mulier incessit, sed etiā in seruili ueste, & de hoc reprehensa
gloriabatur se alicillā Christi, ut patet in eius legenda. **A**c pri-
mū nescio magis ne maritos an uxores arguam, aut certe magi-
stratū ciuitatis, quod mulieribus talia permittat, quibus extenu-
entur eorū res scienter ac uolenter. **C**ur enim ille nō ponit leges
ut alibi sit, aut cur maritus uxorem, non compescit, cum sit dñs
eius. Aut si hoc sustinet uolens, quid miratur exactionem princi-
pū? **E**t uidete, nisi mutaueritis, nō cessabit, sed crescat exactio, de
quo uos uolo certificare, quia ista finita, ueniet maior alia, qui
sic prouocatis deum & prouocatis. **N**onne deber pudescere ho-
nesta matrona, quod tanti precij habet uela, & calyptra, ut mo-
desto ciui, ad integrum rem familiarem sufficeret? **Q**uid dicam
de tunicis, & sumptuosissimis abusibus sericoru, purpurarum,
auri, & argenti? **E**t sane mitius damnum est, quod in fibulas, ca-
thenas, & annulos uertitur argenteos, q; quod in aureas uitias,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

159.

reticula, fimbrias, texturas, plumaria, ac polymita sit ex serico.
Hæc em̄ usu cōsumunt̄, illa p̄manent̄ utibilia, & si nondū utilia,
Sed quid de illis nouis, nescio an questus, an dñmni magistris:
qui ad plananda uela & cætera linea, rotarū sumptuosas machi-
nas ædificant, ut xvij. xx. flore. constent uela, xl. uel. l. cōstet ma-
china planatoria, portuit fulmen rotas sancte Catherinæ paratas
perdere, & nō potest & has uanissimas ac mundanissimas ma-
chinas tangere. **Sed hæc** omnia sunt signa, quod interior cul-
tus displiceret, qui non ita displiceret, si exterior non ita placeret.
facile contemnit honesta matrona externum cultum, que stu-
diosa est interni cultus, neq; possunt uterq; ex æquo curari.

Redijt itaq; tempus Synagogæ quod Esaias ca. iij. describit, di-
cens, Pro eo qđ filiæ Sion eleuatae sunt, & ambulabant extento
collo, & nutibus oculorū ibant, & plaudebant, & ambulabant
pedibus suis, & composito gressu incedebant. Decaluabit dñs
uerticem filiarū Sion, & dominus crinem eorum denudabit, in
die illa auferet dñs ornamentiū calcimentorū, & lunulas &
torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, &
periscelides, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annu-
los, & gēmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, &
linteamita, & acus & specula, & syndones, & uitras, & theri-
stra. Et erit pro suavi odore foetor, & pro zona funiculus, & pro
crispanti crine caluitiū, & pro fascia pectorali cilicum &c. **Ecce**
quot & quanta mulieſe luxus congregauit. xxi. ornamenta mu-
lieri nō satis sunt. **Q**uis nō horreat uxorē ducere, nōne optimo
uocabulo, tam Græci q̄ Latini, ornatū mulierem appellant mū-
dum: quia uelut cōgeries rerū, ita illa mundū quendā constitui-
unt. **L**ege etiam Theophrastū, B. Hiero. cōtra Iouinianū, & Plan-
tum in Aulularia, & uidebis quod mulieri silicentia detur, insi-
nita cupiditas est ornatus, ideo non explenda, sed præcidenda
oibus uiribus. **E**t quid agit honesta Matrona, aut uirgo, ut tan-
to studio cupiat meretricibus cōformari: aut quid quāris orna-
tu tāto: ut irrites animos alienorū uitorum: An significas, quia
inuitā habes castitatem: An meretrix optas fieri: **Q**uid quāris a-
lij placere q̄ uiro tuo: **Q**uis non habeat suspectū hoc uotum pla-
cendū: **M**ulier satis abunde placet, si ita est ornata, quod uiro pla-
cat, huic em̄ soli debet placere, huic data est & subiecta. Similiter

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

& uirgines, cur stulte cupiunt placere iuuenibus? An nō cogitas quod terretur duceret, si cogitet, quod tanto sumptu te cogatur ducta ornare? Si uis iuuenem amore capere, audi utilissimum cōsilium. Esto pudica, paucis ornata, paucis uerbis loqueris. Nec oculos aliquando in faciem eius iaciens. Maximus cultus uirginis & mulieris est, pudica ueracundia, hæc enim prouocat & capitanimos uirorum, super omnem ornatum. ¶ Insuper neq; stabile facit matrimoniu, ubi amor carnis, ornatu excitatus, cito fastidire facit nuptias quia non moribus bonis, sed futili nixus est ornatus. Sic fac, & uirum acquires (etiam deo benedicente) citius quam dissolutissimæ illæ noraginiæ rerum, lupis & meretricibus similimæ, de quibus Psal. cxliij. Filiæ eoru compositæ, circum mortua ut similitudo templi, id est præ alijs eminenter decoratae, sicut templū præ ceteris domibus eminet, ornatur & spectatur &c.

¶ Dictum est, quo modo mulier se erga uiru habere debeat, ut honoret suū maiort, secundū hoc præceptū, duplice scilicet cultu obedientiæ & reverentiæ, ut sit prompti cordis, ad eius uolūtatem agi, deinde honoret eum ex corde, magnifice de eo sentiens. ¶ Si querar autem, quó possit uiru habere in honore, qui sit difformis, morosus, ac proflus nec amore quidē dignus, nedū honore. Respondeo, sicut de parentibus dixi, quod deus in illo suspiciēdus est, quia deo placuit, ut uir eius sit, & uices eius gerat ut ait Apostolus. Vir imago dei est & gloria dei. Mulier aut gloria uiri. Ideo non debet sibi displicere, qd deo cernit placuisse & placere. Magna dignitas uiri, quod nomen dei, & officiū participat, ideo honorandus est ab uxore, deus enim uir est ois ecclesiæ & animæ, qd sacramentū maximū, etiam causa est, cur uiru honorare debeat mulier, timere, & audire. Auerte ergo oculū a carne, & deū in uiro agnosce, & cole, & facile erit honorare eū. ¶ At contra, Ut uiri etiam se præbeant dignos uiri & maioris nomine, nunc dicendum est, sequitur ergo S. Petrus ubi supra. Viri similiter cohabitent secundum scientiam, quasi insutiori uasculo impartientes honorem, tanq; etiam cohæredes gratiæ uitæ, non impediunt orationes uestræ.

¶ Primum docet uiros, ut non simpliciter cohabitent mulieribus, sed secundū scientiam, id est, non secundū passiones & sensum tantummodo uoluptatis causa, nihil discernens inter uxore

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

160

& meretricē, nam sic & bestiæ cohabitant, gentes. Erudit itaq
oculum uiri, quo uxorem inspicere debet, nempe non oculo cō
cupiscentiæ, sed scientiæ & cogitationis, Quia scientia duo iubet
scire & agnoscere uitum in uxore. Primū, inquit, quasi infirmio
ri uasculo. Secundum, tanquam cohaeredes eis sint mulieres. Et
sic seipsum exponit, quid uelit, per cohabitationem secundum
scientiam intelligi, scilicet ut uir agnoscens uxorem, & infirmia
us uasculum, & tamen cohaerē gratiæ, habeat eam in hono
re, & non in passione defyderij, Declaremus autem latius.

CScire debetis uiri, qd mulier sit infirmi⁹ uasculo q̄ uir, ideo se
cundū hāc scientiā eis cohabitatis. Vasculū uocat, & quo ad cor
pus, & quo ad animā, nam & uir eodē modo uasculo est, sed siq
mūs. Mulier em sicut est mollioris corporis, ita & animi, ideo ei
impartiendus est honor a uiris firmioribus. Vasculum omnes
dicimus, propter animam in corpore, ut in uase morantem.

Est aut̄ iste honor uasculi, honor corpori muliebri impartitus
qui nihil est aliud, nisi casto amore uxori diligere, ut i. Thes. iiiij.
Vt sciat unusquisq; uestrū, uas suū possidere in sanctificatione &
honoore, non in passione desyderij, sicut & gentes, quæ ignorat
deum, hoc est, abstinentia ab uxore est, & non satisfaciendum
concupiscētiæ. Sanctificatio em illa est castitas. **S**ed Apostolus
hæc docēs, per obliquū etiā uxores uiris cōmendare uolens, ut
patientiā cum ipsis habeat, uelut epitheto breuissimo, patientiā
uirorū tagit, dicens, infirmiori uasculo muliebri, q. d. Mulier est,
infirma est, uasculo est, habēs animā nobilissimā. Hæc igit̄ scien
tes impertite eis honoře propter eas, tum etiam propter uos, ne
impediant orationes uestræ, passiones em concupiscentiæ, quæ
simunt orare: imo aliquod honestum agere. Cum oratio maxi
me requirat animū abstractum a passionibus carnis. **S**ed cum
sit infirmius uas mulier, etiam ferenda est, & dissimulanda eius
culpa, & non exacte semper punienda, pro rebus leuibus, sicut
aliqui uiri nimis tempestuosī facillima causa tragœdiā agunt
Sicut Psalmista dicit domino, Si iniq;uitates obseruaueris domi
ne, domine quis sustinebit? Ita impossibile est in te familiari, du
rare pacem inter uitum & mulierē, si alter alteri nihil condonet
ac dissimulet, sed omnia ad unguem obseruet. **Q**uis enim non
offendit aliquando: ideo dissimulanda sunt multa, ignorantia

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECE

plurima, ut pacis ratio possit constare. **I**gitur virum moueat ad uxorem caste seruandam, quod est infirmius uasculum propter corpus, scilicet mollius & animum molliorem, deinde magis, quia est cohabitans tantæ gratiæ. Tertio maxime & virorum suus ipsa impediatur. uide, efficax persuasio & uehemens.

TSimiliter Apostolus Paulus Ephesi. v. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. **E**t unusquisq; uxorem suam sicut seipsum diligit. Vxor autem timeat viuere suum, id est honestatem ac reuerentiam. Puchre distinxit, viri diligat, uxor timeat, utrumq; caste, castus amor descendat, castus timor ascendat, hunc inferiori superiori, illu superiori inferiori debet. Et Col. iij. dicit. Viri diligite uxores uestras, & nolite esse amari ad illas, hoc est, quod supra dixi, ne nimis exquirant & obseruent materiam obituram.

Quomodo ergo Christus dilexit ecclesiam: utiq; spiritualiter, cu non inueniret qd amaret, sed qd odiret in illa, tñ tradidit semet ipsum pro ea, sanctificans illa &c. Ita vir si inueniat in uxore minus amabile, oportet ut ipse mutet, & tradat se, id est relinquit suum desiderium, quod nō impletur propter defectum uxoris, ut sic tantummodo ea, in illa aspiciat, quæ amabilia sunt, & sic mundet eam sibi ipsi, ut exhibeat eam sibi absq; ruga. **Q**uod non fit, nisi ut dixi, in bono uicerit malu, & discat diligere, etiā non diligibilia, ut faint diligibilia, uel ipsis mutatis, uel ipso. Nam cu omnes res sunt indifferentes, possunt tu diligi, tum odiri, secundu quod mutat animus, ut honor mundi idem manens, diligitur & oditur ab eo dem homine auerso & cōuerso. Et iste est modus optimus mutationis, ubi nō res, & obiectum, sed potentia mutatur hoc enim est stable. Christianorum est hec mutatio, & dexteræ excelsi, sed mundanoru est, solu querere mutationem obiectoru.

Satis de isto, **N**unc de Familia.

Honora patrem & matrem, quod sub patre etiā intelligatur dñs domus. patet ex. iij. Reg. v. ubi serui Naaman uocauerunt eum patrem. Inde deniq; est nomen paterfamilias. Quare honandi sunt seruis sui domini, eadem expositione, qua supra, scilicet honore spirituali intus, prompte eis obediendo, & sublimiter de illis sentiendo propter dñm, cuius & nomen & officium in illis lucere uident, cuius & uoluntas hoc uult. ut i. Pet. iij. Serui subditi sitis (ecce obedientia) in omni timore (ecce reuerentia)

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

161.

dominis. Non tantū bonis & modestis, sed etiā discolis, id est difficultibus, prauis, morosis, obliquis, tortuosis &c. Quanquam hic Apostolus de seruis propriis loquitur, nō conducticis, tamē eosdem tangit idem mandatum. Igitur serui, qui res dominorum studiorū fraudant studiose ac uolenter, non secus q̄ fures reputantur, & tenentur ad refusione, quia mercenarij sunt, ut sint fidèles. At nunc tota querela totius mūdi est contra familiā. Ideo hoc præceptū eis diligentissime est notandum, quia hoc nō est honorare dominos, appellare eos dominos, sed ex corde obedire & timere. Et pulchre isto uerbo Apostolus cōsolatur familiā, quæ de dominis suis queritur, quod sunt mali seu discoli, id est, difficiles, dicens. Hæc est enim gratia, si propter conscientiā dei sustinet, quis tristitia, patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes colaphisamini, & tunc suffertis? Et Paulus Colos. iij. Serui obedite per oīa dominis carnalibus, non ad oculū seruientes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes dñm, quodcumq; facitis, ex animo operamini, sicut domino, & non hominibus. Scientes, quod a dño accipietis retributionem hereditatis, domino Christo enim seruitis. Ecce q̄ pulchre ducit Apostolus hoc præceptū in spiritualem intelligentiam, quod ex corde honorandi sunt domini, quia nō illis, sed domino seruit in illis. Si ego hæc tam expresse dicerem, nemo crederet. Sed seruitur quoq; cōsolatio eorum, sicut & Petrus fecit, dicens. Qui enim iniuriam facit, recipiet id qd inique gessit (ecce patientiam eorum format) & non est acceptio personæ apud deum, id est nō uos turbet, quod illi sunt dñi, uos serui. Idem est apud deum qui bene uel male opera, accipiet. Eadē Ephe. vi. Serui obedite dominis carnalibus, cū timore & tremore, in simplicitate cordis uestræ, sicut Christo, nō ad oculū seruientes, quasi hominib; placētes, sed ut serui Christi (id est quia Christo seruitis) facientes uoluntatem dei ex animo, cū bona uolūtate seruientes, sicut dominus & nō hominibus (in hoc enim non homim, sed dei uolūta tem facitis, & deo seruitis) Scientes quoniā unusquisq; quodcumq; fecerit bonum, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. Et Tit. iij. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes. Sed oēm fidem bonā ostendētes, ut doctrinā saluatoris nostri dei ornent in omnibus

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE;

Contra, dominos oportet etiam se non tyrannos exhibere, quia ut supra dictum est, impossibile est, ut seruus non aliquando obmittat, aut comittat, oportet multa dissimulare in bono seruo. Nam si illi debent obedientiam & reuerentiam, utique domini etiam debent clementiam & benevolentiam. Vnde Ephe. vi. & uos domini eadem facite illis, remittentes minas, Scientes quia & uester dominus est in coelis, & non est personarum accessio apud deum. Quis enim potest seruire ei, qui ad omnem auditum increpat, iurgat, totiusq; turbulentus est.

Chos sequuntur, & alij mercenarij & operarij, ut manuales, murarij, fabrilignarij, & similis generis, de quibus & fraude eorum, ubique grandis est quaestio. multo precio conducuntur, pigrerantur, & maiore parte fraudant dominos, quibus seruit. & heu nullam conscientiam sentiunt in hoc ipso, quasi non manifeste sint latrones & fures alienae rei, quam iniuste accipiunt dum non satis laborum pro ea faciunt.

Cnouissime hic pertinent Episcopi, & Principes, Plebani, & Senatus, utrumque scilicet dominiū, qui sunt quod maxime timendi quia gladium domini portant, quibus cauendum est, ne obloquatur ullus. Quia lex dicit, principi populi tui ne maledicas. Et iterum. Dijs tuis non detrahias. Et heu nullus liberius detrahitur quam illis. Nullus timor est dei in illis presidentis. Omnis enim potestas a deo est, & licet exactiōnēt, & premant rusticos, aut ciues suos, aut sacerdotes, tamen sunt ferendi, non secus ac manus domini prementis peccata nostra, & demerita.

Chiis quia, præpotentia non possunt nocere in operibus, nōcent in uerbis, ideo lex præcipit, ne detrahatur eis, neque maledicatur. Hoc est enim iudicare suum superius, quod omnino repugnat ordini. At quo illorum uita magis est in lice, eo magis iudicatur & reprehenditur, sed minus catholice immo orthodoxe.

Concludamus.

Cludæi hoc præceptū irritum fecerunt, quādo pro sua avaritia docebant, Munus quod per me, tibi prodest, id est, si obtulero il lud pro te deo, erit utilius quā si tibi cederō. Quamuis & nunc illa stultitia passim regnet agente eadem avaritia sacerdotum ut plus tribuant ad mortuos lapides & ligna, & paratiore animo, quā proprijs parentibus, ac proximis uiuentibus. Quare ut di-

xi saepius) ne cū ludaeorū uanissima hypocrisi, legem dei oblitū, arguamur. Primi honoremus dei præceptū, & sic honoremus ut spiritualiter illud operemur, & intelligamus. Hoc est, ut ante omnia istis externis bonis, seu corporis, seu rerum (quia deus illorū non eget, nec ullum uerbū de ihs sibi conferendis in primis præceptis posuit, ut dicit apud Hieremiam septimo) parentibus obsequiamur, si egeat, deinde propinquis postea pauperibus & egenis. Tandem quibuscumq; opus fuerit, mutuo uel gratis demus proximis & fidelibus. Et nō sic, ut illis pratermissis (ut nūc furor regnat) templa, imagines, uela, uasa, in illis sumptuose cōparemus. Hæc sint nouissima & modica, quia nō necessaria. Ne cessarijs enim caremus, quia superflua struimus. Non enim nesse ut superfluis studeamus, cū tot sint necessaria ad salutem, ut nemo sufficiat ea perficere. Alioquin si illa sunt necessaria ad salutem, ubi pauperes saluabuntur, qui hæc non habent? Sed nunc miserrimo tempore, ita illis instatur, tanq; hæc sint & necessaria & sola ad cultum dei pertinentia, cum ad hoīm consolationema data sint, & deus non egeat, sed homo illorū, & non dantur hominibus sed deo, mira cætitate. Et sunt qui dicāt, Scimus, quod nō eget deus illis, sed nō respondent, si dixeris eis, Cur ergo das illa deo, non cupienti, & subtrahis eadem fratri indigenti, cōtra uolūtatem dei præcipientis? Et tantū de illo præcepto quarto.

PRÆCEPTVM QVINTVM.

NON OCCIDES.

Dictum est de præceptis, quæ reipicunt deum tam in seipso & suis locū tenentibus. Iam sex sequentia respiciunt proximū. Et uide mirū & aptuni ordinē. Incipit enim prohibitio a maiori usq; ad minimū, nam maximū damnum est, occisio hominis, dein de proximū, uiolatio coniugis. Tertiū, ablatio factatis. Quod qui in ihs nocere nō possunt, saltē lingua nocet ideo quartum est, læsio famæ. Quod si in ihs non præualent omnibus, saltē corde lœdunt proximū, cupiendo quæ eius sunt in quo & inuidia proprie consistit, de quibus uidebimus. Talis processus est & in primis. iiiij. Nam maximū est corde, ore, operæ abiçere deum, deinde saltē ore inuanum nominare, quem corde & ore cōsiteris. Tandem, quem ore & corde colis, opere nō colere. Et nouissimū, in suis uicarijs despiceret, quod leuius sit

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE
inter quatuor illā, tamen est maius, q̄ cætera quæ sequuntur, eo
qd non deus pròprie in illis impetratur, sed homo & proximus.
Hoc aut̄ p̄ceptū, sicut & omia alia ad literā traduxerūt Phaſ
tisæi, tamq̄ nullus contra ipsum faceret, nisi manu propria occi
deret aliū. Sic docebant, & ita quoq̄ uiuebant. Quod aut̄ sic do
cebant, patet per om̄es Prophetas, Vnde & Psal. xvij. intuitus,
quod docerēt opa illa externa tantū, nō ex corde, tedio affectus
dicit, Cœli enarrat gloriā dei, & opera manuū eius annūciat fir
mamentū. q. d. isti solūmodo docent opera hominū, nō opera
dei. Quibus sit ut legē dei corrūpant, quæ est īmaculata, conuer
tens animas, sed illi solas conuertunt animas. **E**t ratio est, quia
lex est spiritualis. Et hic notandū, q̄ qn̄ lex dicit̄ spiritualis, intel
ligit̄ non q̄ sit mystice intelligenda, sicut intelligunt̄ figuræ, &
mysteria, aliud em̄ est mysticū, & aliud spirituale, sed spiritualis
dicit̄, quia solo spiritu implet̄, & spiritu requirit, hoc est nisi cor
de, & hilari uoluntate impleat̄, non implet̄. Sed talis spiritus nō
est in nobis, sed datur per gratiā spiritus sancti, quæ facit uolunta
rios in lege domini. Vnde qn̄ audīt̄ lex quæcunq̄, præcipiens il
la, semper oportet cogitare, & subaudire, quia præcipit uolunta
te talia facere, id est libere, sine timore pœne, & ex hilaritate, qd
cum in nobis non sit, statim intelligit̄, quod lex cogit ire ad gra
ciā, ut impleat̄. Sic Psal. i. Sed in lege domini uoluntas eius. Qui
aut̄ mysticū & spirituale idem intelligunt, oportet ut decalogū
legis non spiritualē intelligat̄, sed tantū ceremonias legis, cū nul
lum sit mysticū p̄ceptū in illo. Ac p̄ hoc Apostolo resistat R.
v. Lex spiritualis est, & loquitur decalogi, ut patet expresse in te
xto. **Q**uare mysticū & spirituale differunt, sicut superior & infe
rius, Omne spirituale est mysticū, sed non cōtra, quia spirituale
est nihil aliud, nisi quod est uel significat uitia uoluntatē ad faci
enda vel obmittenda. Mysticū aut̄ saepe significat externas ope
rationes, ut īmolatio passeris significat carnis macerationē. Sed
haec est adhuc literalis, licet mystica, quia potest fieri sine spiritu,
& uoluntate, quia & euangelij p̄cepta s̄epius in litera seruant
ur ex timore, & nō ex uoluntate, quanq̄ uere secundū euange
lii uiuere, sit p̄cepta ex uoluntate libenter facere. Et qui aliter
uiuit, non secundū euangelium uiuit, sed secundū literam legis.
Quo circa, qui intelligentiā spiritualem, & doctrinā spiritus,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

163.

Intelligunt ipsum euangelium & hoc secundum opera exterio-
ra, prope sunt Pelagiani, quia talia opera etiam ab impijs fiunt,
sed opera euangelij non nominantur secundum suum exterius,
sed secundū suum interius. Ideo sunt opera abscondita, licet fo-
ris luceant, uoluntas tamen latet. Eadem causa etiam uocantur
opera dei, quia sunt opera gratiae, & spiritus, cū homo ex se non
habeat uoluntatem istam, ac per hoc nec opera ipsa. De istis er-
go operibus in scriptura frequens est mentio. Et opera hominū
acriter arguuntur, quod sunt similia quidem ueris, sed uera non
sunt, quia sine uoluntate gratuita sunt, sed semper habent, uel ti-
mōtem poenae, uel amorem commodi pro fine. ¶ Taliter enim
Iudei uiuebant & docebant, ut dixi, Nam cum Christum ad Pi-
latū ducerent, nolebat eum interficere ne peccarent, sed tradide-
runt eum ad occisionem. Sic Saul quoq; de David, Non sit ma-
nus mea in illum, & tradidit illum, in manibus Philistinorum,
quasi ideo esset innocens, quia non manu occideret, sed corde.

¶ Quo circa Christus Marthæ i quinto. Nisi abundauerit iustitia
uestra plusq; scribarum & phariseorum, non intrabitis in regnum
cœlorum. Et quare hoc? Quia accipiebant legem secundū dicta
& sonum syllabarum, id est, non secundum intentionem legis-
latoris. Ideo dicit, Audistis, quia dictum est antiquis, quasi dice-
ret, dictum, sed non intellectum, uerba tantum audierunt, intel-
lectum autem non cognoverunt, ideo secundū literam uixerūt,
& hoc totum, quia fuerunt antiqui, carnales, Adamitæ, terreni.
Ego autem dico uobis, quibus uobiscutiq; non antiquis, sed nouis
eccelestibus Christianis, spiritualibus, spiritualiter dico. Igitur au-
diamus, quomodo Christus hanc legem spiritualiter exponit.

¶ Et uidebimus quot genera contra hoc mandatum peccent.
¶ Primi itaq; sunt, qui irascuntur in effectu, qui occidunt ad lite-
ram & in opere, de quibus dicit. Qui autem occiderit, reus erit
iudicio, uel potius, reus erit iudicij, aut iudicio, in dandi casu, p-
eo quod est, obnoxius iudicio, Hoc facile omnes intelligunt, ni
si quod sub opere illo comprehendunt omnes, qui hortati sunt
consilium, auxilium, aut quocunq; alio modo causam mortis
dederunt, aut socij & participes fuerint.

¶ Secundi sunt, qui irascuntur in uerbo, de quibus dicit, Omnis
qui dixerit fratrem suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. In uerbo aut-

d

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRÆCEPTIS

fatuæ, intelliguntur omnes maledictiones, cōtumelias, blasphemias, quæ procedūt ex ira deliberata. Tales enim, & si opere uero occidunt, tamen uerbis ea super ipsum dicunt, quæ si fierent, ut ille moreretur. Quomodo enim uiueret, si diabolus auferret, si pestilentia occideret, si fulmen percuteret, imo aliquando usq; ad animæ mortem maledicunt, dicentes, ut absorbeat te ignis inferni. Assumit autem Christus uerbū modestius, scilicet fatuæ, ut intelligamus, quid sit de illis, qui diuinius maledicunt, & hoc ex ira plena, & quæ optet interitum illius, quem maledicit.

Tertiū sunt, Qui irascuntur in signo, de quibus dicit, Omnis qui dicit fratri suo Racha, reus erit concilio, in quo intelliguntur omnia signa alia, quæ ex eadem ira mortali procedūt, ut sunt a uerti facie, tacere salutationē, aut responsione, granularijs uerbis malum eius protestari, & indignabundis prospéra eius prosequi, de quo philosophus ij. Ethicoru[m] fecit uirtutem Nemesis. Nam hoc signū leuissimum Christus ponit, ut iudicandū relinqueret de prioribus, imo quia parce & uerecunde exprimit spiritus mala hominum, sed profunde uult intelligi. Racha certe, si meo iudicio sentire liceat, etiam usitatū uidetur apud omnes linguas, nā & nos cū indignamur, fragore quodā gutturis proferimus, uelut caninū arch seu rach. Talem enim fragorem & asperitatem gutturis, puto dūm significare uoluisse, per dictiōnem istam, & hoc esse quo d. alij interiectionē indignantis exponunt. Non est enim alia interiectionē indignatis & quidē uehementior, rach seu rarch ut notū est. **T**alis itaq; licet nec uerbo, nec opere occidat, tñ id signat, quo cupit eum nō esse ira motus, ideo occidit signo.

Quarti sunt, qui irascuntur affectu, & is gradus est causa, qua supra dicti sunt peccata, quo sine, etiam fierent, & possent fieri, nō essent peccata. Ipse enim affectus ira est caput & uita irae uerbalis, signi & operis, sine quo non essent ira, de quibus dicit, Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Tales enim licet nō occidant opere, uerbo, signo, tñ corde, de quibus Ioann. in Ca. sua. Qui odit fratrem suum, homicida est. Quare quia nō fauet ei uitā, sed mortem, ideo quo ad cor est occisor fratribus corā deo. **I**gitur hoc præceptum est profundissimum, nec ullus est, qui id impleat sine gratia, cum nullus sit, qui habeat cui irascatur, si recte seipsum consideret, alioquin falsa erit oratio dominica, quæ

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

169.

dicit. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

CSine charitate enim impossibile est, ut hoc præceptum non transgrediatur, aut enim diligit, aut odit homo proximū suum licet nunc nati sint neutrales quidam, dicentes, quod potest nec diligere, nec odiſſe, uerum tu ne illis confidas suadeo.

CQuare, qui uult hoc præceptū implere, studeat omnibus modis, omnem hominem dulci affectu diligere, immo perat a domino gratiam dilectionis. Et nō sibi fruſtra palpet, quod neminem odiat, ualde enim mitis & humilis est homo, qui hoc præcepto nō peccat. Quia spiritualis illa ira, quæ prohibetur in isto affectu, ita profunda est, ut etiam foris non apparente signo uel uerbo, intus uehementissime uiuat, de quibus Eſa. x. Ve uobis, qui profundi eſtis corde, & quorū sunt in tenebris opera eorū.

CEſt autem & ira alia spiritualis & bona, quæ uocatur zelus dei Nam nifi dñs etiam uellet significare iram bonā, absolute dixiſſet. Omnis qui irascitur, nūc dicit, Omnis qui irascitur fratri suo, ne contradicat ſibi pſi, ubi ait, Qui odit animā ſuā in hoc mundo &c. Quare ira & odiū ſuipſius eſt nobilissimū, de quo alias

CSuffici itaq; nobis huius præcepti iſta expositio domini, præter hoc qd & multos mouit, cur dñs hūc ordinem fecerit, ut ſim plicem iram iudicio, Racha concilio, fatue geennæ deputarit. Nam id facile patet, quod per iudicium, quod dicit lex, Qui aut occiderit, reus erit iudicio, intelligātur hæc omnia tria in spiritu ſicut ipſe dominus legem interpretatur, qd ſicut ſub, Non occides, cōprehensa eſt uniuersæ prohibitio iræ, ita ſub iudicio univerſa poena iræ, Cur ergo nūc iudicium diſtinguit a concilio, & geenna? Primus Lyra ſentit, quod textus ſit transpoſitus, cū con cilium prius uideatur q̄ poena B. Aug. li. i. de ſer. do. dicit, Quod ordo grauitatis hic oſtenditur in poena, ſicut & eſt in ordine cul pæ. Sed quō id peragatur inuisibiliter in animabus, nō poſſe dici, itaq; relinquit in cognitu, ſolum afferens, qd peior & grauior poena illis gradibus eſt expreſſa. Nam in iudicio adhuc datur de fenſionis locuſ. In cōcilio uero tractatur de conuicto, qua ſententia ſit pleſtendus. In geenna uero, eſt certa & definita damnatio rei. Per illum itaq; processum iuridicū exprimitur grauitas diſſentiuſ criminū, quæ quo modo vindicentur, cū id B. Aug. non expreſſerit, nec poſſe exprimi dicat, ego quoq; deſiſta exprimere

d ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Nam si dominus differentes pœnas uellet illis gradibus significari, ita quod reus iudicio, non sit reus concilio, aut geennæ, lequitur, quod mortalis inuidia, non sit rea geennæ ignis, neque maledictio, neque detractione, quod est falsissimum. Immo sequitur, quod occidens opere, peius mereatur supplicium, quam geennæ ignis, quia peior & grauior illis tribus est, cum non sit peius supplicium.

Quare ut meditari liceat, sine temeritate omniū istorum quatuor, seu sint plures gradus occisionis, etiā in opere, quod utique uerum est, quia grauius occidit, qui patrem & matrem, aut uxorem occidit, & alium hominem, una est pœna, scilicet æterna damnatio & geenna ignis. sed differentibus gradibus inferenda, quod significatur illis ordinibus graduū. Nam sicut remotior est a pœna, & tardius ad eam uenit, qui iudicio tantu[m] sistitur, in temporibus, ita tardius, id est, minus intense, ac leuius puni[atur] in inferno qui solū iratus fuit. Nam quod in tempore est, tarditas, aut celeritas hoc in æternis est intensio, aut remissio. Immo tarditas & celeritas in corporalibus proueniunt ex intensione & remissione spiritualium, ut patet in feruidis & ignauis animalibus, quae multa breui, & modica longo tempore perficiuntur. Segnis enim anima, modica agit, ubi intenta facit plurima. Ita sic ut qui cōcilio reus est, propior est malo suo, quam qui iudicio, & tamen remotior, quam qui gehennæ, ita intensius in illa puni[atur] hic quam ille. Reus uero gehennæ sine mora est, id est, intense nimis puni[atur], & non remisſe-

Qui uero occidit, & peius quam occidit, utique intensissime puni[atur]. Hæc ira dixerim, ut nihil affirmauerim.

Sed sunt quidam occulte, superbi, qui secure sibi persuadent, se non esse reos huius præcepti, quia non occidunt, non irascuntur nec consciū sibi sunt odij, quod potest fieri, & uerū esse, sed non in hoc se iustificatos putare debent, & hoc præceptū penitus euacuasse ac implesse. Quia lex immaculata, & igne examinata, ac septuplū purgata. Idcirco non ante se quis gloriebit, non peccare in ira contra fratrem, quam se senserit ita mitem, & pacatum, ut si auferantur ei etiā omnia cum uita, uon uelit irasci contra auferentem, ac non irascatur cum fuerit ita factum. **O** & grande & profundū est uerbū hoc. Facile est non irasci pacificis, & ijs qui non laedunt, hoc & gentes, hoc bestiæ quoque faciunt, & bestiæ etiā immaniores. Quam egregia ergo est iactantia iustitiae, quod non irasceris pacifi-

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POP VLARES

165.

cis, scilicet usq; ad serpentū & leonum peruenisti mansuetudinē. Verū si auferatur tibi pecunia, domus, pater, mater, frater, soror, filius, ager, corporis membrū, & ipsa uita, hic uide si possis, non solū non irasci, sed etiā gaudere, & benedicere dū, ac benefacere hæc facientibus. Si hæc potes, gratias age, quia gratiā dei habes. Si nō posse te inueneris, intellige radicalē illam irā, ipsam spiritualē occidendi uoluntatē intus latentē. Hanc em lex prohibet & expugnat, ideo gratiā hic opus est, quā sic cognita impossibilitas per legem cogit querere. Dicis itaq; mihi, Ita ne purū esse oportet hoīem, ut ne uelit irasci quidem in oībus malis sibi illatis? Respondeo, ita purū utiq; quia nihil inquinatū intrabit in regnum coelorum. Quā diu enim ista manet uolūtas in nobis, quæ data occasione, ruit in irā, sumus īmundi. Oportet ergo ita mundari fieri, ut non solū, sicut dixi, non irascatur, sed etiam benedicit maledicentibus, benefaciat persequēntibus, gratias agat deo in aduersis, & opter plus aduerſitates, ut solum peccatū odiat, & non pœnam, secundū illud, Benedicite lux & tenebre dñm. Et benedicam dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo Ideo quod Iudæorū sancti tales nō essent, dictum est de eis Psal. viiiij. Destruas inimicū, & defensorem. Ideo dixi, quod lex est spiritualis, qui enim aliter hoc præceptū intelligit, ludaice & literaſtū intelligit, & non abundat iustitia eius a iusticia phariseorū. Inde B. Aug. lib. i. de ser. do. sex gradus colligit in hoc mandato. Primus est, lædere etiam si non sis læsus, quæ est summa iustitia. Secundus est, lædere grauius quam sis læsus, quod accedit ad legem Mosi. Tertius est, lædere tantum quantū sis læsus. hucusq; lex Mosi processit, quæ dicit, Dentem pro dente, oculū pro oculo. hæc enim donat aliquid, cū maiori pœna dignus sit nocens, q; innocentis omni iure. Quartus est, læsus nō lædas tantum quantū sis læsus. Quintus est, Læsus omnino non lædere, hic appropinquat præcepto domini, sed nondū est ibi. Sextus est, læsus, paratus ut sis amplius lædi, hoc est, alteram maxillam præbere. Vide itaq; quā funditus iram extirpari uelit, ut non solū nō irascatur, sed etiam opter lædi, hic enim mundus est. Nonne qui hæc audis, cogitas illud psal. Latum mandatū tuum nimis? Quod si quis nō læditur ab alio, necesse est, ut seipsum lædat, & irascatur sibi multis cōtritionibus. Ideo nō est melius, nisi ut sicut
d ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

præceptum est, diligi proximū sicut seipsum, ita quisq; odiat se ipsum, sicut proximū, ut sic om̄ia reducan̄ ad iustum formā.

¶ Quocirca, uis irascibilis, quæ hoc præcepto occidit & mortificatur, ipsa est inimica crucis Christi. Ideo quonia ip̄a est homicida, & occidit, oportet ipsam quoq; non uulnerari, sed prolsus occidi & mortificari, & legem taliōis in illam exerceri. Qui em̄ occidit occidetur, occiditur autem ista lege, id est, significatur occidenda, gratia autē sola occidit eam in effectu. **Qua** occisa, homo fit mitis, patiens, suauis ad quoscunq; etiam paratus inimicos diligere, & eis benefacere, gaudere in tribulationibus. **Quæ** omnia impedit impatiens illa, ac cruda uis irascibilis, quam heu quam pauci attendunt, tecuri de alijs suis bonis operibus, ignorantēs quā uehementer sit spiritualis, & imaculata lex domini.

¶ Igitur qui amat crucem, & gloriatur in cruce domini, hic est qui non occidit, non irascat. Nam hæc est uera differentia spiritualis, ita bonæ & malæ, qd̄ ira mala, propter mala pœnæ tantummodo irascatur. Bona aut̄ solum propter mala culpæ, ideo sibi tatum displaceat, & seip̄am odit propter peccata, omes alios diligit, & non odit ullum, propter res ablatas. **¶ At dicas.**

¶ Si hoc ita esset, nullus saluus fieret, uel nimis pauci. Respōdeo, ideo dixi, quod ualde spiritualis est lex, & eo conandum, ut sic impleatur, nec mirū quod pauci saluantur, nec tamen ideo desperandum, quia quod impossibile est nobis, deo possibile est ut Lucas xviiij. **Quæ** impossibilia sunt apud hoies, possibilia sunt apud deum, hoc est quod dixi, lex recte & spiritualiter intellecta terret hominem, & cogit humiliatum ad gratiam cōfugere, ac de seipso desperatum, oculos in cœlum leuare, & dicere, Ad te leuavi oculos meos in montes, unde ueniet auxiliū mihi. **¶** Quia hic nulla est fuga, huc em̄ oportet hoiem uenire, ut sit ita mūdus, siue hoc fiat in vita, siue in morte, siue in purgatorio. Noli ergo superbire, quod non pecces, si sentis te irasci pro temporalibus, quia nōdum es in spiritu iustus cum Christo, sed cum Mosaicis in carne. **¶** Quod aut̄ de isto præcepto dixi, de omnibus intelligendum est simili modo, quo dlibet enim illorum est spirituale immaculatum, fidele, probatum, purgatum sepruplū, licet raro sic exponatur, ut Psal. xi. de eiusmodi conquerit. **Vnde** quod in Grec.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

106.

dicitur. Omnis qui irascitur fratri suo, sine causa, merito per B. Hiero. iubetur eradi. tollitur enim (ut ipse ait) oīs occasio iræ in isto præcepto. & illud additū est, quia in ueris libris non habet.

At obīcitur. Tu de perfectis loqueris, non autem omnes damnantur imperfecti. Respondeo, uerum est. Sunt gradus in isto & quolibet præcepto, ut isti quatuor a domino in euāgelio isto distincti, & sex per B. Augu. ut uisum est. Primiū est enim, ne occidas opere, tamen prospiciendum, ne etiā uerbo, ac deinde ne signo, inde ne corde. Quod si nūc mereri etiā uolueris, oportet ut etiā libenter optes aduersa, & feras cum gaudio. Scio non oportere statim esse perfectum, sed gradatim ascendendum. Verum oportet tandem perfici, & tendere semper ad profectū, & non stare ac contentum esse in aliquo graduum prædictorum, sicut multi faciunt, peius peccantes propter non proficere, q̄ alij propter nō incipere, eo quod illi superbiant de incepta iustitia.

Inde deniq̄ sāpius uenit, ut pessimi peccatores ac meretrices, compuncti statim ita perficiantur, ut in supremū gradū euolent parati omnia amittere, & sustinere cum gaudio, ubi alij multis annis laborantes, nec secundum attingunt. Quod si dixeris, nō mirum quod magni peccatores sic compungantur.

Ecce ecce, hic te audio pharisee, tu nō es magnus peccator, nō es sicut cæteri homini, inuenisti uias tuas bona. Et cæcitas nimis profunda, & lata, quasi ista superbia nō sis peior illis omnibus. **I**gitur, cogitandū semper, ut non tantū ira, sed fomes ipse iræ, & totus Adam occidatur, arbor cū fructibus & radice. Ira enim uiri iustitiae dei non operatur. Non em̄ præcepta sic tantū sunt discenda, ut scias confessionem facere, quia iste fomes nō pertinet ad confessionem, sed tantūmodo opera, neq̄ tollitur p confessio nem, quia neq̄ p baptismū. Sed cognoscendū peccatū, & quid faciendū tibi sit, & quid a deo petendū, per legē enim cognitione peccati. Quia præceptū dei plus requirit, q̄ possumus. Sed hic clamat, ergo impossibilia præcipit. hæc est blasphemia, ergo iniuste, dānat. Respondetur nō, sed ideo præcipit, ut misereatur, & humiliet ad gratiam querendam. Qui enim solum dicit ea, ut possit cōfiteri uadit p̄fumeis facere, quæ didicit, & peius semper ruit, nihil aliud faciens, nisi qd conscientiā auger, & magnificat.

C O R O L L A R I U M .

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Quod homo non est perfectus, sicut debet esse, peccatum est, sed imputatur alijs non imputatur.

Imputatur ihs, qui stant, quia tales peccatum suum non odiunt, qd est in eis, scilicet somite, ac per hoc diligunt, & sedis cum gentibus Cananeis ineunt. Non imputatur eis, qui studio assiduo il lud expugnant, propter hunc enim feruore & profectum, non imputatur eis, licet sit in eis, quia licet sit in eis, tamen non est in eorum uoluntate, sed contra uoluntatem in carne. Ideo non est in eis, qd est in eis. Vnde Apostolus dicit, Scio qd non habitat in me, id est in carne mea bonum, habitat in eis, sed non regnat in eis, sicut Iesu Christus inter filios Israel, sed non regnabant. Et Rho. vii. Nihil damnationis ihs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Quare quia qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis suis. Ambulant enim assidue contra carnem, non secundum carnem, id est, expugnat somitem, quem illi sterentes secure omittunt, de operibus contenti bonis.

Quid enim putas significat passio & mors Christi, nisi mortem ueteris hominis ac totius Adam, qui licet non subito occidatur, tot tamen alapis, colaphis, flagris, spinis, tandem clavis pungendus & fodiendus, donec expiret inclinato capite. Caput est ipsa fomes, intima radix irae & concupiscentiae, qui non occidit nisi multis aduersitatibus fractus, tandem quietcat mortuus.

Idem significatur est, quod olim filii Israel omnes mortui sunt in deserto, praeter Iosue & Caleph, & non nisi alia generatio intra uitam terram pronissionis, quae secundum circumcisionem in spiritu figura bat, ut non tantum a temporalibus, sed & a spiritualibus bonis abstineretur.

CN VNC uideamus THEOLOGOS nostros, qd de preceptis istis lentiatur. Dicunt itaque, qd interior legislatoris non fuerit, ut in charitate seruerentur, nisi quis uelit uitam ingredi, secundum illud, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Alioqui (inquieti) sequerentur, qd peccaret, qui non occideret, & hanc obmissionem sine charitate prestatet. Ecce haec dicunt ihs, qui nobiliores in Theologis. Quid autem dicunt, nisi quod Iudei etiam sapient, & dicunt, scilicet literam & traditionem facientes ex spiritualissimo mandato dei. Non occides enim, intelligunt (id est, non facias opus homicidij) quod utique cum facile contingat obseruari, statim truunt, & dicunt, preceptum

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES [68.]

esse seruatum, nisi forte non in charitate, sed hoc non est peccatum
nec transgressio huius præcepti. **Quid faceremus istis Pharisaicis**
interpretibus, si non ipse dominus hoc præceptum exposuisset
prompti enim essent negare, quod in illo ira cordis etiam prohibita
bitasit, nisi quando non irritatus, ex malitia irascetur homo,
quod tamen nescio an hoc pertinere sentiant. **Si ergo scirent, qd**
ista malignitas iræ radicalis radicitus hic prohibetur, utiq non
negarent præceptū in charitate fieri iussum esse, nisi dixerint alii
quē suis viribus posse iracundiā in mititatē mutare, sine gratia.
Secundo, illud quoque uel somniant, uel somniare cogunt.
Quod nō occides &c. referatur ad tempus quietis, in quo si quis
irascetur, peccaret, qd ille nimis vult, qui glossauit, sine causa.
q.d. si fuerit non pullatus iniuria &c. quasi non peccet, si Iesus in
dignetur lēdenti, non enim hucusq; intrant in præcepti cogni-
tione, ut uiderent, quoniā omnia referuntur ad tempus tentati-
onis, & probationis, ut homo ibi agnoscat spiritum eorū & car-
nalitatem suā, dū senserit sese rapi uiolenter ad peccandum & non
inuenit in carne sua bonū, ut gemat pro gratia sanitatis, hic em
sine gratia homo nō potest iram obmittere, & impatientia, ut
patet experientia. Alioqui, non doceretur homo hic aliam iram
ponere quā diabolicā, quæ est, non irritatū irasci ac nocere, quæ
nullis ferme bestijs ineſt, aut quā paucissimis. **Similiter somniāt**
de actu diligendi deum super omnia, scilicet in tempore quietis
& non cogitant quam impossibile sit in temptatione & passione.
Hoc totum illi pulchre abscondunt, quādo disputant solū de
operibus præceptorū secundū faciem syllabarū. tunc em inueni-
unt Iudaicæ illius cæcitatris monstra, scilicet qd gratia non est ne-
cessaria nec intenta in præceptis, nisi cōditionaliter, & hoc non
propter defectum homī, sed propter intentionē præcipientis,
ut gratia fiat odiosa cunctis, dū potius uelut noua exactio impo-
nitur supra legem, & impossibiliorē faciat salutem, q; lex ipsa &
non sit potius adiutoriū & consolatio ihs, qui legem debent im-
plere. **Sic sic cogunt imaginari THEOLOGI** monstrā igno-
rantiæ, & prodigia tenebrarū. Igitur in gratia fieri præcepta, nō
solum est intentio præcipientis, sed indigentia facientis. Nam ue-
rum est, qd ille peccat, qui non occidit, existens extra gratiā, non
aut peccat, qd non occidit ad literā, sed quia intus occidit corde

R. P. MARTINI LV-THERII DE X. PRAECE

in spiritu ubi sine gratia, non potest esse sine ira, & somite indignatiois, ut patet experientia tentatiois & occasioe data per aduersitates. hoc enim latens malum irae facit, ut non possit non occidere, ergo reus est præcepti spiritualis, licet sit non reus eiusdem præcepti literalis. Patet ergo quod de lege loquitur ad literam.

Tertio, ex eadem caligine cōcludunt, quædam esse præcepta tantū negatiua, quædā affirmatiua, hoc iterum nō est uerū, nisi corticem syllabarū teneas. Nam illo præcepto, Non occides, exprimit uehementissimā affirmatiuā, scilicet illā, Esto mitis & ex corde misiuetus, ac patiens, & quietus, ac pacificus. **N**egatiua enim in scripturis ideo ponitur, quia affirmatiua nō est tam uehemens, ut ibi, Maria optimā partē elegit, quę non auferetur ab ea (id est) in æternū ei cumulabit. Et Psal. cix. Iurauit dominus et non poenitebit eum, id est, maxime & eternaliter placebit ei. Et illud Psal. i. Beatus uir qui nō abiit, id est, maxime hic inter pios profecit. Et sic de multis alijs. Nam & Apostolus Rho. viij. expōnit illud, Non concupisces, affirmatiue, dicens, Quod uolo bonum, id est, contrariū cōcupiscentiæ (scilicet castitatē & amore) non facio, facere enim positiue significat. Igitur hoc præceptum est quidē negatiuū secundū literā, sed affirmatiuissimū, secundū spiritū, quia dominus requirit, ut sint mites & pacifici. Illi autē relinquent internā fœditatē, quā Synagogæ improperat dominus, dicens. Sordes in pedibus eius, Tren. i. & Deut. xxij. Peccauerunt ei, & non filii eius in fôrdibus. **S**ic & illud, Non mœchaberis, negatiuū est, sed secundū literā, habet autē hanc affirmatiuā spiritualissimā. Esto castus, continentis, temperans, sobrius, modestus. Et hoc ex intimo, prōpto, gratuitoq; corde. Hic autē gratia utiq; opus est, non propter deum intendente præcipiendo, sed propter carnalitatem nostram impotentem faciendo.

Sic illud, Non furrū facies, litera est negatiua, sed spiritus affirmatiuus, scilicet, esto pauper spiritu, cōtentus p̄sentibus, ac modestus &c. **Q**uin & illud primū, Nō habebis deos alienos, est affirmatiuū, scilicet, dominū deū tuū diliges & coles, unū super te, & omnia, alioqui nō erit unus, si aliud cū eo diligif. Et illud secundū similiter. Non assumes nomen dñi dei tui in vanū. Hec est litera, sed spiritus dicit, Sanctū & terrible nomen eius. Et iterum, Omnis qui inuocat nomen dñi saluus erit. Vult ergo assu-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLAES

168.

mi nomen dei assida reuerentia, & timorosa inuocatione, magis aut glorificari & benedici humili sue ignominiae confessione

Et illud tertiu, Sabbata sanctifices, id est ad litera nullu opus in eo facias, litera est negatiua, cum ibi affirmentur nobilissima, & maxima opera dei, in audiendo, docendo, meditando nerbo dei in spiritu intus, foris quies, intus maxia actuositas dei operantis

Et si haec tria præcepta exponas spiritualiter (id est, de internis operibus) inuenies, quod primu sit Charitas dei, Secundu fides, Tertiu spes. Nam no habere alienu deum, est deu diligere super oia. Non assumi nomen eius in uanu, est credere in nomen eius & ipsum in fidei spiritu intus inuocare & glorificare. Quomodo em inuocabunt, in que non crediderunt, omnis enim qui inuocat nomen dei saluus erit. Porro sanctificare quiete, est se se passibilem deo p̄stare, ut in illo deus solus operet, hic patientia & spe est opus. Nam hic in caliginē intratur, ubi homo no operat, sed ducit via passionis mirabiliter. Quoties ergo pateris, toties operaris non tu, sed quiescis, & deus operat in te, sed tu nescis quid, quia pateris & es iuxta materia. Hoc est quod ait, uacate & uidete, quoniam ego sum deus. Spes sola hic regnat in charitate per fidem. Reste itaque B. Aug. dicit, quod cultus & latria dei est in fide, spe, & charitate. At haec sunt affirmatiuissima, & tres Theologicæ uirtutes, sub litera istorum trium uerboru significatae negatiue.

Vnus restat affirmatiu, Honora patrem & matrem, sed & hoc quomodo sit spirituale, dictum est supra. Licet litera solummodo honorem signi externi docere videatur, sed subtus affirmatum timoris & obedientiæ promptitudinē requirit, quæ sine gratia, non est possibile fieri, ut patet in probatione temptationis ubi occasio uenit ipsum obseruandi, contra uotum uniuscuiusque.

Clam illud quartu satis notum est, Non falsum testimoniu dices, literam esse negatiuam, sed affirmatiuam esse in spiritu, ut proximo tuo sis ex corde paracletus, excusando, defendendo, & omnina, quæ tibi uelles fieri in famæ periculo, & conscientiæ. Reliqua duo similiter nota sunt, quod no concupiscere ad literam hoc sit ex corde sauere proximis omnia bona, & nolle ullu malum. **P**er quibus oib[us] patet, quod decalogus ad litera sonans, recte in spiritu exponit a Christo & Apostolis, ubi docent fidem, spem, charitatem, obedientiam, reuerentiam, humilitatem, mansuetudinem,

e ij

R. P. MARTINI LV THERII DE X. PRAECH

pacem, patientiam, modestiam, castitatem, paupertatem, bonitatem, benignitatem, hilaritatem, mutuam benevolentiam &c. Hæc quidem sunt affirmativa, sed sunt spirituales sermones decalogi oīno.

¶ Reuertamur itaq; ad propositum.

¶ Incipit aut, a mansuetudine ac suauitate spiritus instruere hominem, ut deo similis esse studeat homo erga proximum, sicut uult deum erga se esse. Nam bonitas summe commendat deum, ideo ut homo sit mitis, benignus, suavis, mansuetus, clemens, facilis, tractabilis, bonus, id est, deo simillimus, dicit. Non occides non sis occisor, non sis crudus, asper, durus, amarus, difficilis, indignabundus. Hoc autem efficit spiritus gratiae, qui hoc præcepit quæri & peri cogitur. Hoc idem dicit dominus Matthæi. v. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

C O R O L L A R I V M .

¶ Frustra sibi blandiuntur, qui non occidunt, & tamē ut sint benigni ex corde, non querunt, quia per hoc solum speciem præcepti, & literam habent mortuam, quibus uelut umbris protegitur interior umbra Behemoth. ¶ Et demus simile.

Calx apparet frigere, ac sine calore, sed effusa aqua, fuit ardore solo autem oleo quietissime extinguitur. Sic homo adustus fornace materna concupiscentiæ, occultam habet radicem iræ, quæ erumpit, data tentatione, nec sanatur nisi p oleum gratiae.

¶ Aliud.

¶ Latro vel homicida, aut alius graffator, si non occidit, aut percutit de facto, nunquid contentus est in eo princeps, si arma nō ponat: suspicabit enim, quod dara occasioe percutiet. Ita homo & si nō irascatur de facto, tamen habet intus gladiū iræ, & si in uagina reconditū, sed non placet deo, nisi ponat gladiū & abiectat. Nec satis est quod in uagina sit, timor est de futura occasioe. Nam iste est gladius, quo occisus est filius dei. Ideo etiā si non occidas, tamen coram deo occisor es, quia in armis occisionis filii sui inueniris. Quis enim corā principe securus gladium porteret, quo constiterit filii principis occidum, ideo iram tam longe fieri oportet & ex intimo corde, ut nō possibile appareat aliquando ipsam erumpere. Sic canis, etiam si opere non mordeat, nunquid ideo nō est mordax: immo eo peior, quo insidiosior. Sed heu has insidias nostras cordis q̄ pauci obseruant. Vnde psal. v.

Interiora eorum insidia, qd nos (cor eorum uanum est) habemus
Igitur incipienti gradus primus, est proprius, scilicet abstine-
 te a facto homicidij, seu per se faciendo seu consentiendo, consi-
 liando, auxiliando, ut solet tertia lingua, & susurro, author caediū
 facere, miscere iras & dissensiones, rixas, infidias, homicidia, ut
 Gal. v. docet Apost. Hic gradus uidetur facilis & exiguus, sed est
 grandis, si recte inspicatur, & pauci sunt innoxij, quia pauci sic
 lingua temperant, ut nō seminent discordias, ac per hoc quantum
 in eis est, homicidia incipiunt, A quo malo magno & frequenti
 liberā fuisse matrem suam. Augu. dicit ex singulari gratia dei, ix.
 Confess. Neq; enim ab eo facile se liberum sentiat, nisi qui pacifi-
 cus ac mediator utilis est, ut ea tantū narret, quae cōcident ac pla-
 cent iratos ac discordes, aut magis cōcident cōcordes, tacendo
 mala, & prædicando bona utriusq; apud utrūq;. Sicut legitur ex
 emplū quoddam de nuncio, prudentiū seruo, missō a dño ad
 quendā, ut migrare iuberet de domo eius. Ille aut̄ salutari dixit
 eum a domino suo. Et ad dūm rursus reuersus, dixit, illū uelle
 migrate, donec mira (ut nunc omitto) ordinatione dñs mitiga-
 tus, intelligeret prudentiā serui. Quapropter recte dictum est, qd
 susurro seu detractor est ter homicida, tres enim uno istu occi-
 dit, primo seipsum, deinde eum cui susurrat, tertio cui detrahit,
 quia os quod mentitur occidit animā. At excusant se, dicūtq; se
 uera dicere, sed nrale, quia uerum debet uere dici secundū illud.
 Quod iustū est, iuste exequaris. Ergo etiā uerū sit mendaciū, dū
 non ubi, quō, quando cui, quantū dici debet, dicit. Hinc & B.
 Bern. dicir, qd detractor habet diabolū in lingua, qui auscultat
 in aure. Secundus occisus est ipse auditor detractoris, quia fini
 liter peccat, præter hoc qd ad iram, id est, mortem, eum inducit.
 Tertius ipse passus, qui cognito isto malo, similiter ruit in iram
 id est, mortē, qd si non ruit, nō est detractoris beneficiū, sed dei.
 fecit detractor, quantū in eo fuit. Cetera mala detractoris alibi.
Et epistola Iacobī de malo linguae tractāda foret, ut appareret, q
 latus sit iste primus gradus huius mandati, & q pauci in illo sint
Et breuiter id faciemus. Dicit primo capitulo. Itaq; dilectissimi
 fratres, sit ois homo uelox ad audiendū, & tardus ad loquendū
 & tardus ad iram. Ita enim uiri iustitiā dei nō operatur. Iстis uer-
 bis ad mansuetudinē mouet, unde sequitur, Propter quod abij
 e ij

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

cientes omnē immunditiā, & abundantia malitiæ, suscipite in mansuetudine insitū uerbū &c. q.d. ne pſeceritis oēm immunditiā, & abūde nimis malitiā, hoc eſt, ne tradatis uos imunditię & malitię, ut oēm expleatis, ſed ſatis eſt, qd. riferentibus, & abijcientibus, adhuc tñ adh̄erebit uobis imunditia & malitia. Oēm &, abundantia, addit ad ſignificandū, qd qui contra pugnant, nō ſine imunditia & malitia tñ ſunt, quāto magis omnē, & immunditiā habēt, qui nō pugnat ſed obediūt ſecundū illud psal. Aſtit omni uiæ nō bonæ, quia ſequit̄. Malitiā aut̄ non odiuit. Porro imunditiā ſeu ſordicie uocat cōcupiſcentiā, quæ eſt福德ies animæ & ſpiritus, q & cauſa eſt iraꝝ inter hoīes. ideo enim inuicem iraſcunt̄, quia alter alterius cōcupiſcentiā impedit, ideo hanc uelut immunditiā totalem & capitale abijciendam docet. Maliciam autem ipsam iram dicit, quæ & ipla eſt abundantia & ſuperfluitas quaēdam ſpiritus, ſicut ſœda corporis, ſuperflua ſunt. q.d. ſtercus & ſuperfluitatem malitiæ, id eſt maliciam quæ ſtercus & obſcenum eſt animæ, abijcite & nolite ſouere.

Hoc autē fit, ſi uelox ſit quisq; audire, tardus loqui. Irați enim ſunt non tantū uelociſ ad loquendū, & tardi ad audiendū, uerū etiam impotentes ad tacendū & audiendū, quia uelox ad irā, uelox etiā eſt ad loquendū, & econtra. Quare optimū remediū frangendi iram, eſt, ut homo ſibi uim faciat & affliueſcat. Primum, tardus eſſe ad loquendū, quando fuerit iratus. Secundū, quod eſt perfectius, tardus ad iram, ut proponat in corde nō uelle moreri ad irā, & uelle aliquando experiri, an poſſit tacere offenſus.

At excuſant ſe quidā, qd propter deum & iuſtitiā iraſcuntur, & loquunt̄, quibus occurrit, dicēs, Ira uiri iuſtitiā dei nō operat imposſibile eſt, ut deo placitū faciat opus, qui iratis & ex ira facit, cū ſit deus pacis & ſuauitatis, cui nullū turbulentū placet. Memorabilis ſententia, q̄ multi nimis ignorat̄, qui contra iniuſtitias indignantur alienas, ſuas aut̄ etiam palpant, & iactitant qnq;. Ita & infra. Si quis uideſ religiosus eſſe inter uos, nō refrenans lin guā ſuam, ſed ſeducens cor ſuū, huius uana eſt religio. O magnū uerbū, q̄ multi ſunt uerboſiſſimi. At etiā (de quibus hic proprie loquitur) amari, iracundi, & asperimi, & tñ uolūt religiosi & sancti uideri. Idem ergo eſt, quod religio linguosi uana eſt, qd ira uiri iuſtitiā dei nō operatur, ita ira facit per linguā religio

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

1A0.

ne, & oēm iustitiā uanā. i. foris speciosam, sed int̄is uacuā. ideo
& seducit, nō alios, sed cor suum, putans se religiosum, cū nō sit.

C Et capite ij. pericula linguæ & mala describens ait.

Nolite plures magistri fieri, fratres mei, sc̄iētes quoniā maius
iudiciū sumemus. Nolite, inquit plures, id est, nolite om̄es uelle
docere, & prompti esse ad loquendū, ac docendū, & tardi ad
audiendū, sed quilibet opter, se discipulū posse fieri, & alteri ce-
dat magisteriū sui. Ne fiat turbulentissima dissensio, ut ubi plu-
res sint, qui doceant, nulli qui audiant, & quilibet contra alium
oia repleant dissensionibus, sicut fecerūt h̄eretici in ecclesia. Ma-
gistros fieri nō est malum, sed quod multi uolunt fieri, id est, qd
uolunt esse diuersi, neuter neutri audiens, hoc est, qd maius iudi-
ciū sumūt. **E**t hoc dissuaderat rati periculo, quia etiā absq; illo ma-
iori iudicio, qd tales accipient iam satis offendimus. Non est ne-
cessē occasionem peccati querere, & maistris iudicij accipiendi.
Quia in multis em offendimus om̄es. Om̄es tales sumus, qd of-
fendimus, & hoc non tantū in uerbo, sed in multis scilicet ocu-
lis, auribus, manibus, ac oībus sensibus, deinde cogitationibus.
Et istae offensiones debent nobis sufficere, ne & maioribus nos
offeramus. Deinde hoc etiā p̄suadet, ne alter alterū superbe p̄r-
sumat docere, quasi ipse non offendat in ullo. q. d. ut quid aspe-
te uos inuicē reprehenditis, & unusquisq; alterius magister fieri
nititur. An ignoratis, qd om̄es, nullo excepto, offendimus, non
in uno tantū, sed in multis? **Q**uod si quis in paucis, uel in ope-
re non offendit, quid de uerbo seniet? Si quis in uerbo non of-
fendit, hic pfectus est uir. q. d. hic se perfectū & nō anteq;, etiā in
uerbo nō offendit. q. d. talis nullus erit inter uos, quia in multis
offendimus om̄es, multomagis & in uerbo, ut quid ergo con-
tra inuicē supbitis & eleuāmini, ac non potius in māstuetidine
inuicē monetis & portatis? **H**ic inq; perfectus uir. Potest etiā
freno circūdare totū corpus, i. si potest linguā domare, pōt etiā
totū corpus suū a peccato custodire, quia, q nō peccat in lingua
sine dubio & alia mēbra iā domira, & obedientia habet sub fre-
no. **D**einde tres p̄ponit similitudines, a quarū una iā cōoperat

Ecce equis frena in ora mittimus, ad cōsentendū nobis, & to-
tū corpus eōe circūferimus.

Secunda.
Ecce naues cum tantæ sint, & a tenuis ualidis mirant, circūfe-

e iiiij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRABCE

runtur aut a modico gubernaculo q̄ impetus dirigentis noluerit, ita lingua modicū membrū est, & magna exaltat, seu iactat, q. d. eq̄s frenare, & dirigere possumus, & naues, imo ut infra, & bestias. Lingua aut cōtra, cū sit modicū membrū, debuit maxie posse cōprimi, & dirigi. At ipsa magna potius iactat ac mouet, q̄ alias regun̄ bene, mouet & iactat oīa, sicut uētus naues, recte cōtraria gubernaculo, q̄ frenat naues, similis est in quātitate clauo nauii, & in effectu tñ cōtraria, similis potius uētis & turbinibus

Tertia similitudo.

Ecce quantulus ignis, quantā syluā, id est, fit ut parvulus ignis magnā materiā succendat, totā scilicet syluā. Et lingua ignis est uniuersitas iniquitatis, Græc. mundus iniustitiae, q. d. tot parat in iusticias, ut q̄si mūdus putari possit, q̄a ignis est, & multa incēdit

Istis oībus & sequentib⁹ uerbis id agit, ut nos moneat & doceat, q̄a maximus hostis noster est lingua propria, atq̄ ab ea nō minus cauendum, q̄ ab inimico maximo, & quo est minor, eo nocentior, minor in re, sed maximus in uirtute, Nihil enim facilius lēdit conscientiā q̄ lingua, ideo eīn & in monasterijs silentium instituitur, licet cōtra illud diabolus **L O G I C A M** quoq̄ illuc introduxit, garrulitatis garrulissimā magistrā. **I**nde in causa, ut uelocitatē locutionis cōpesceret, dñs minatur, de quolibet otioso uerbo rationem reddendam, dura, sed necessaria sententia aduersus tam lubricā pestem, ac præsentissimū uenenum.

Item id & philosophi uiderūt, q̄ homini ideo sunt due aures duxae, sed una tñ lingua, atq̄ aures ipse non tñ patulæ, ac aperte foris, sed etiā auriculis circuamiciētibus, ut facilius audiat, deniq̄ tortuosa & uerbo quodāmō obiectæ, ne facile uerbū pteruolet

Lingua aut non tñ clausa, & latens, uerū etiā osseo muro circumclusa, scilicet dentibus, deinde uallū carneum, i. labia, præter hoc q̄ tantū a pulmone distat, & corde, tot requirat instrumen ta cū aures nullo indigeat, adhuc iþa uelocior est oībus sensibus

Ecce quinq̄ sensus uelut quinq̄ naues natant in rebus istis corporalibus, & inferunt in memoriā res innumerabiles, scilicet uisu, auditui, tactui, olfactui, gustu. Nec tñ tot inferre possunt, quin illa plus efferat. Sepissime loquēs cōiecturas, suspitiones, opinioēs somnia temeraria, friuole ficta, quæ nec sunt, fuerunt, nec erunt.

Item inde secūda statim plaga Aegypti fuit, ranarū immissio,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES I. A. I.

quæ lingua citatè significant sterilem. Quia prima fuit sanguis, si
gnificans, qđ quando homo sit caro & sanguis, totus sit lingua
& nō nisi uana loquitur, & q̄ uanior est, eo plus uult loqui. Atq̄
fidi signo, uanū hoīem p̄ hoc cognoscas, si fuerit multiloquius
& econtra. Quo fuerit homo solidior & grauior, hoc signo co-
gnosces. Si fuerit parcus in uerbis, largus in ope, nam tales fasti-
diūt loqui, nisi dū obedientia, aut necessitate cogunt, ut psal. līij.
Obmutui & silui a bonis, sicut em̄ eos tādet uitæ suæ, ita & lo-
quæ. ¶ contra, In multiloquio nō deerit peccatum. Et ibidē, Vbi
plurima sunt uerba, ibi frequenter egestas. lob. iiiij. Nunquid qui
multa loquii poterit iustificari? Et psal. Vir linguosus nō diriget
in terra. Sed hæc maxime sunt mala, dū ira magistra loquit, un-
de Aesopus dicit linguis emisse, cū iussus fuisset optimas carnes
& postmodū pessimas emere. Quin multi timore infamie sibi
mortē concuerūt & Poetæ dicūt Lycamben uersibus iambicis
Archilochi adactā ad laqueum. Quod si quis adhuc dubitat, in
terroget eū, qui amarā habet mulierē aclitigosam, & uerbosam
¶ Deniq̄ quod bestijs, dentes, ungulæ, rostra, cornua, aculei, ue-
nem, aut quæcumq; arima, imo quod malis hominibus tam ua-
ria uasa & arma, hoc lingua est animabus. unde Psal. Filij hoīm
dentes eorū armia & sagittæ. Itēm lxxiij. Nolite extollere in altū
cornu uestrū &c. Vnde arcus, gladius. Recte itaq; mūdus iniqui-
tatis, & modicus ignis magnā syluam succendens. Et sequitur.
¶ Sic lingua constituit in mēbris nostris, quæ maculat totū cor-
pus, q.d. Nōne est mirū, quod illud maculat, & totū corpus ma-
culat, quod adeo non est extra nos, imo adeo intra nos, ut sit in-
ter propria membra. Monstri hoc simillimū, qđ membrū non
tantū membro, sed toti corpori officiat, cū se mutua mēbra sol-
licitudiine soueat. Hæc sola inter ea maculat totū corpus. i. reum
facit peccatorum, ut propter ipsam totus homo sit odiosus deo
& hominibus, qđ adeo infamis & abominabilis est linguosus
ut etiam si toto corpore sit formosus, aptus, diues, nihil tñ in eo
non uelut foedū fugit ab hoībus. Quis enim libenter cū loquaci-
bus ac garris conuersatur, ac nō potius abhorret ac nauiseat &
dicit, Ey vvie vveschig ist der. Et inflamat rotam natuitatis
nostræ, & inflammat a geenna. Videtur Apostolus, natuitatē
intelligere, id quod nati sumus, ut supra c.i. Similis est uiro cōsy-

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

deranti uultu nativitatis suę in speculo. Et iterū, Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut essemus aliquid creature eius. Igic nativitas generatio seu creatio a creature, in quā nati, producti, creati sumus. Ergo rota nativitatis dicitur, tota essentia, & quicquid creati sumus, sicut totū corpus. Ita hanc totā nativitatis, totūq; circulū nostrę essentię, seu eius qđ sumus, hoc ipsa inflammat. Ignis scilicet est uniuersitas iniquitatis, ideo nō succendit nō patet nostri, sed totū qđ sumus, ac uiuimus. Nam forte etiā ideo rotā appellauit, nō tantū propter totale esse, sed etiā totale uiuere, & operari in hoc tempore. Vita enim nostra tota uolubilis est.

Addit autē inflamata a geenna, ne bona flama hic inflamare intelligat, quia ipsa infernali igne accensa, i. odio & ira, totū qđ sumus accedit ira & odio, dū prouocat & pmouet ira, ut patet in iratis qui intus & foris tremūt & feruēt. **Quarta similitudo.**

Cōmnis enim natura bestiarū & uolucrū & leprentiū, & ceterorum domantur, & domita sunt a natura, Lingua autē nullus homī domare pōt, nide quantis uerbis & sensibus lingua incusat, ut ea igni inferno similē, ac feris inferiorē ponat. **Q**uis a seipso nō timeat, qui nocentiorē & feriorē bestiā apud se habet, qđ totus mūdus: quis nō odiat linguā suā: quis nō uereat loqui, qđ tantis noībus foedari audiat suā linguā: Sequitur. Inquietū malū, plena ueneno mortifero. pāge est qđ sit inquieta, qđ per se malū est, sed inquietū malū, i. semp̄ nocens, neq; a nocēdo quiescēs. Deinde plena ueneno mortis. nō qđ occidit, nō tantū inficit, hoc est, pñti ueneno, nō lento aut tardo. Hoc lane patet qđ profunde penetret susurrōnū uenēnū, qđ illis, quos intoxicanter aduersus inuicē, uix tota uita remediū prouideri pōt, ubi usq; ad medullā processit inuidia & odiū. Sæpius cū odio mortiunt̄ potius, qđ cōciliantur. Emphaticus itaq; & Epitaticus dicit, ueneno nō infestorio, sed mortifero. In ipsa benedicimus deū & patrē, & in ipsa maledicimus hoīes, qui ad imaginē & similitudinē dei facti sunt, q.d. Non pōt simul utrūq; facere, nūlū facte, ideo ne se quisq; fallat, qđ deo benedicit, si hoīem maledicit, nec deū benedicit, cuius homo factura est. **Q**uis em̄ picturā, aut statuā reprehendere ac maledicere pōt, ut maledictio eiusmodi nō redundet in pestore, & artificem. **S**ic Hiere. xv. de ijs, qui operibus dñi maledicunt, dicit, Omnes maledicunt mihi. Et Esa. viij. Cū esurierit ita

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

182.

scetur, & maledicet deo, & regi suo, inde præcipue in lege prohibiti fuit & est, Dijs tuis nō detrahes, & principi populi tui ne maledicas. Et Apostolus, Maledici regnū dei non possidebunt. **T**Quod si hoies id attenderēt, qd maledicēdo hoībus, deo qd maledicūt, cuius opus & factura maledicūt, utiq; non ita prompti essent maledicere. Sicut Prover. xiiiij. Qui calūniatur egenū, exprobat factori eius. Quid em facit, qui maledicit, nisi qd dicit Vah, qd nō aliud & aliter formatū: cui potius deberet miserereri, & dicere orando, O dñe, fac eum aliū, sicut artificē licet monere & orare, nō maledicere, ut ibidē xiiiij. Prover. Honorat aut̄ eum scilicet factorē eius, qui misereſ pauperis. **Q**uod si B. Petrus phibet, ne maledictū pro maledicto, nec malū pro malo reddat, si militer & Christus, Orate pro calūniantibus, & psequentibus uos. Et Paulus R.o xij. Benedicite maledicētibus uobis benedictie & nolite maledicere, qd illis fiet, qui maledicūt, nō maledicētibus: ideo psal. xxxiij. Prohibe lingua tua a malo, & labia tua nō loquāt̄ dolū, diuerte a malo & fac bonū, inquire pacē & psequere eam, i. a malo, nō tm ferendo, sed etiā referēdo seu reddēdo. Et bonū nō tm reddendo, sed etiā cōferendo pro malo accepto, alioq; nō inquirēt pax, aut persequit̄, si malū malo reddas. **T**iste ergo gradus est secundus, a dño prohibitus, ne quis male dicat, uitupereret, detrahant proximo suo, & sicut in primo gradu plures sunt rei q̄ credant, ita & isto, nā tria maxima uitia lingue hoc pcepto prohibent, scilicet maledictio, detractio, susurratio, sed istud tertiu in primo gradu. Ac p hoc uniuersa mala linguae prohibentur p ij. & v. & vi. & vii. mandatū, per ij, periuria & blasphemiae, ac alia offenditio[n]es cōtra deū quæcūq; sed per v. offensiones erga proximū, per v. uerba impudicitiae, per vii. uerba deceptionis & fraudis, in negotijs seu iudicijis, nā & in ipso vii. etiā detractio est, sed publica, ac corā iudice. **H**ic aut̄ alia. **I**gitur maledictio & detractio & susurratio sic differunt, qd maledictio est in ipm p[re]sentē, uel tanq; in p[re]sentem & in facié, sub qua oia cōtumeliae, blasphemiae, criminatiois, uituperij, agnominationis uitia cōprehendunt̄. **D**etractio est de absente ipso ad aliū & sequit̄ maledictionē, qd mala in aliquē, uel fortis p[re]sentē, uel intus memotiae obiectū cōgesserit, & hoc ad alium detulerit, iā maledictio facta est detractio, quare nullus est detractor, qn sit &

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

maledicis, saltem apud se, & hæc duo pulchre expressit uersus,
Prohibe linguā tuā a malo (id est, ne ulli maledicas sine uoce, si-
ue tacito murmure) Et labia tua ne loquantur dolum (id est, des-
trahere caue) Nam dolus est, si quis in tergū loqui, nesciēt illo
cui nocet, non aut econtra, oīs maledicus etiā detractor est, saltē
hominis eiusdē, licet detrahatur deo, qm̄ maledicit hominem. Quod
si ulterius detulerit mala duorū cōtra inuicē, uel unius ad alterū
tanq̄ alterius amicus, & alterius inimicus, iam bilinguis susur-
ro est, & discordiæ seminator, peior istis duob⁹, ideo extra istū
gradū in primo cum homicidis collocandus. Concludamus
itaq̄ hunc. Sicut primū gradū huius præcepti non implet, nisi
qui non tantū non occidit aut lædit, aut nō discordias seminat
(quia & omittendo potest cōmittere) sed etiā ita mitis sit, ut po-
tius uiuiscet ac foueat opibus misericordiae & benevolentie. It
ita pacificus, ut mitibus ac dulcibus uerbis etiā cōciliare studeat
discordes, quantū potest, & mediare ne siāt discordes. Hi em au-
dient, Beati imites, Beati misericordes, Beati pacifici, qm̄ ipsi pos-
siderbūt terrā, misericordiā cōsequentur, filiū dei uocabunt. Ecce
ista tres beatitudines in isto p̄cepto sunt cōprehēsa. Ita secun-
dum gradū nō implet, nisi nō tm̄ nō maledicat, detrahatur aut ui-
tuperetur, sed etiā in oībus būndicat p̄sequētibus, & excusat accusa-
tos, ore pro oībus, & resistat detractoribus, quantū potest. Ecce
hæc est spūalis intelligētia huius p̄cepti. Nūc si r̄ de tertio gradu.

Tertius gradus Irae.
Est, dicere fratri suo Radha seu archa, asperando gutturis halis-
tum, uelut fremitū arteriæ formando. In quo dixi omnia signa
iræ præter uerba, imo & uerba præter maledicta & detracțiōes
cōprehendi, ut sunt ironiae in uerbis, torſiōes labrorū, rugē fron-
tis, ac nasi, ac excandescētia uultus, deinde silentiū, auerſio uil-
tus, dirus intuitus, quæ oīa sunt indicia animi irati & odio ple-
ni. Adde clamorē & stridorē dentiū &c. Hic aliqui dicunt, qd̄
necessē quidē est, rancorē dimittere, sed nō signa rancoris. Que
sententia & si sit in aliquibus uera, nō tm̄ uniuersaliter, & multo
melius sic ponere. Signa rancoris aliqui utile est exhibere, nō Q
sunt signa rancoris, sed similia signis rancoris, alioqñ signa uere
rancoris nō sunt, aut nullo mō retinēda sunt, si uere sint, unde ad
huc optie dicere, q signa charitatis aliqui omittere, & signa iræ

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLAES

1A5.

exhibere oportet. Nam si signa rancoris licet non deponere, ergo propter aliquem fructum? Quare ergo non potius exhibenda: ne scilicet sola licentia queratur omittendi bonum.

Exhibere itaq; melius est, q; non dimittete, quia qui exhibet, nō ex ira facit, sed ex zelo bono, ideo manet sine suspicioē mali. Qui v̄o nō omittit, prius arguit ex ira fecisse talia signa. Et ideo si nō deponat illa, relinquit fratrem in suspicione iræ, ac per hoc impedit ueram & integrā pacem ac concordiam, cum ille non credat cor eius esse mitigatum, & offenditur rursus ad similia.

Quare tales doctores sunt mittendi ad illud præceptū naturale, qd tibi fieri nolis, alteri ne feceris, &c. **Q**uod tibi fieri uis, alteri facias. Et gentilis. Si uis amari, ama, sed nō est dubium, quin omes uelint, ut ille quem offensum & iratum habuiimus, nō tantū signa ponat ira, sed eo magis contraria exhibeat, ut certi fiant de eo. Ideo largiora pertuntur signa, quā si non fuisset offensus. **S**ic em & deus largius beneficir post peccatum humano generi, quā ante peccatum fecit, eo quod filio proprio non pepercit &c. **Q**uod si si gna carita omisisset, quis eum propitium factum credere posset aut auderet. **F**iliū ergo dei, deum patrem suum imitebitur. **I**stis aut dictis doceimur, quam sit difficile mandatum dei seruare, nam experientia patet, q; difficile sit hominibus hęc signa mala pone re & bona ostendere, q; se uertunt & reuerrūt, anteq; induci posse sint, ut simulate saltem faciant, nam uere & ex corde nunq; nisi gratia dei adiuti, facient, dicunt em, nō possum tibi sauere, amicabilis esse. **I**t infelices nō cogitant, quod nollent ipsis ita fieri neq; a deo, neq; ab hominibus. ideo uidetur in hoc mostro, qd sit futurus infernus, & quid sit præsens mundus, scilicet regnum diaboli, in quo tantū malum inuenitur in hominibus, cōtra naturam & naturale proprium dictamen pertinaciter obdurans.

Quo circa ira & inuidia differunt non aliter, q; sicut uinū nouum & uinū uetus, nā inuidia seu odiū est inueterata ira, ut B. Aug. in regula, ne ira crescat in odiū, & trahem faciat de festuca. Nam ira, qua cito transit & nō sit odiū, uix ira dicēda est, nā statim traditur obliuioī. Sed inueterata sit tenacissimū malū, quia spirituale malū, adeo ut prouerbiū sit, Nihil tardius obliuisci, q; iniuriā, & nihil citius abolescere, q; beneficiū, utrūq; sit uitio naturalis prauitatis, cū contra fieri debeat. **N**am bona natura hois

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

in hoc notatur, si cito obliuiscitur offensam, & beneficium semper memoratur, adeo ut non sinat sibi libenter beneficeri, cernens quod obruitur multitudine debitari gratiarum actionum, & uicissitudinis sibi impossibilis. At contra mala naturae ingenii semper retinere offensam, semper exprobrare & obijcere diu praterita.

Igitur exemplis demus, quando licet signa ostendere irae seu asperitatis, ut si quis ita pertinaciter malus sit, ut semel & bis aut tertio monitus nolit desistere, non solum licet, sed oportet signa irae in illo ostendere, unde pri. Corin. quinto. Si is qui nominatur frater inter uos, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruientis aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax. Et iij. Thessa. iij. Si quis non obedierit uerbo nostro, notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur, & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem, ecce non ut inimicus, sed ut frater emendandus est. Ista est ira sancta & bona in scripturis uehementer laudata. Ideo distinguendum est. Primo, ut moneatur secundum illud Christi, Si peccauit in te frater tuus, alioquin prima uice non est abijciendus, sed monendus. Si enim septuages septies ueniam petierit, non est ei neganda.

Secundo, discerne utrum ideo sic facis, quia te laesit, uel quia peccatum fecit. Si enim deum plus diligis quam te ipsum, debes irasci magis quod deum laesit, quam te. deinde eteque misereri quod seipsum peius laesit intus, quam te foris. Quibus respectibus factis, facile doceberis, quod & quo corde ei signa charitatis neges, uel non neges. Sed ne te fallat cor tuum, & dicas, ita facio, propter deum irascor, & non propter me, & forte mentiaris. Hoc etiam proba apud te, & uide, si tantum doles & moueris, quod uel si alium laederet, quantum quia te laedit. Si enim illic non moueris, signum est quod te ipsum queris & vindicas non aut mederis. Et quid moror? Frustra est disputatio, an signa rancoris sint ponenda, quia prorsus sunt ponenda. Si autem est causa quare sint ostendenda, hic penitus irascendum ex corde est, non tantum signa exhibenda. Signa rancoris si sunt rancoris prorsus sunt omittenda. Si autem non signa rancoris, & dignum est per emendationem fratris ea ostendere, etiam ira perfecta est addenda, ut uideat, quod ex corde ostenduntur sibi, & ex qua causa. Et non sic incedas racens & simulans, ut frater nesciat, quod tecum habeat. Mala est talis doctrina, & penitus contra charitatem docet enim simulationem.

Sed longa & multa sunt precepta, quae omnia cito uideret &

P TIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

faceret charitas, quæ si desit, nihil est quod satis doceri potest. Sp̄a enim docet, quomodo homo ipse vult diligi, soueri, suffineri, beneficii nihil sibi simulari, ita & idem docet proximo exhibere. Non enim amicus fraudulenter debet incedere, ut B. Hiero. Vera amicitia impatiens est simulationis. Si est rancor, ostende. Si nō est, iterū ostende, & hoc uel signis clemētiæ uel seueritatis.

189.

COROLLA R I V M.

CPatet qđ nec iste gradus seruatur, nisi quis studeat nō tantū omittere signa, sed etiā ex benigno corde cōtraria signa ostendere. Ad oēm enim mititatē nos isto format precepto deus. Et uniuersam irascibilis uirtutis radicem extirpare intendit, ut non nisi dulcedo cordis ibi relinquatur, quod gratia operač non natura.

Cuartus gradus, est irasci corde, & hic est primus & oīm aliorum radix. Hunc eū ipsa lex maxime tangit, qñ dicit, Non occides, Cor eū mundū querit, nō tantūmodo manū, ut Iudeorū hypocrisis, ut Psal. xxijj. Innocēs manibus & mūdo corde. Quare fētme oēs beatitudines Matth. v. in isto p̄cepto includuntur, ipsūnq; exponūt. Nam Beati mites, beati misericordes, beati pacifici, beari patientes, beati mūdo corde, hic manifeste includuntur. Quod si beati pauperes, beati esurientes iustitiā, beati lugentes, eos significat, qui se agnoscunt nō implere hoc mandatū, & ideo lugere & cupere ac esurire, quis dubiter quin sint hic, aut saltem tales esse oportet, ut hoc p̄ceptū & qđlibet aliud impleat

Cigitur in hoc gradu sunt omnes cogitationes malæ cū ipsa rādice earum, scilicet irascibili uirtute prona ad vindictā, ut sunt irā, inuidiæ, suspicione malæ, amaritudines, rancor &c. Et sicut hic est primus, ita habet pauciores species qđ proximus post eum Nam homicidiū in opere habet plurimas, ut homicidiū, fratriū, diuum, uxoricidium, parricidiū, sacrilegium &c. Ac per hoc patet, quō in isto p̄cepto sunt quatuor gradus, & in singulis gradibus adhuc mihi gradus. & ideo nullus est in hac uita, qui nō sit in aliquo illorū. Beatus aut qui in supremis, infēlix qui in infernis. Nam initias est cœlū, ira est infernus, mediū aut ex utroq; est hic mūdus. Ergo illuc ascenderū tribus, tribus domini, hic descenderū in lacum & infernū uiuentes, quanto proprius miti tati, tanto & ipsi cœlo &c. Quare non satis est pro hoc quarto gradu, esse non irascentem fratti, nisi simus etiam mitissimi in

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

cum affectus & suauissimi cordis. Quod cum nō simus ad gratiam Christi fugiendū est, ut de sua plenitudine nostrum supplet interim defectum, donec & ipsi perficiamur.

P R A E C E P T U M S E X T U M .

N O N M O E C H A B E R I S .

Breuiissimū uerbum, sed latiflma sententia, ideo interpre^{tatione} opus habens, quare Christū audiamus, qui Matt. v. dicit, Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis, ego autē dico uobis, quicūq; uiderit mulierem ad cōcupiscendā eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Breuiter ipse quo^gloquitur, quia relinquit ex præcedenti præcepto eandem građū fieri distinctionem, ponens eum tantūmodo, qui est in corde. Quare & nos hiceosdem quatior ponemus, scilicet in affectu, signo, uerbo, opere. Hoc enim præceptū ideo exposuit dñs quia antiqui (id est, iudæi) ipsum accipiebant secundū uim & rigorē uerbi, ac ita docebant, & irritū faciebant hoc mandatū, sicut & oia alia, Quod nō esset adulter, nisi qui opere id implefset nihil de cōcupiscentia, signis, uerbis solliciti, ideo immundi facti sunt. Et in hac sententia sua ita steterūt, ut cōtra eos Hieremias diceret, Vnusquisq; ad uxorē proximi sui hinnebat, & facti sunt sicut equi emissarij. Novis itaq;. i. nobis aliter dicit ut omnis cōcupiscentia hic euacuetur. Dicit enim B. Augu. hoc loco de serdo, in mon. q; noīe mœchantiū, qui hoc capitulo cōmemorantur, oēm carnalē & libidinosam cōcupiscentiā oportet intelligi. Primus itaq; gradus est opus ipsum foris, quod sine dubio ex concupiscentia intus procedit, ut ibidem probat B. Augu. Si autē omnis cōcupiscentia carnalis ibi prohibetur, ergo & omne opus quod ex illa procedit, idcirco ponunt multæ differentiæ operū. i — Fornicatio simplex, solitus cū soluta, a quo distinguunt alij ii — Meretricium, quod illa sit unius cōsuetudo mulieris, hoc autem in multis, uagus ardor libidinis. iii — Stuprum, quod est uiolatio virginis. iv — Raptus, quod est, cum rapitur filia uel filius, in quo & furtum simul est, & maximum furtum. v — Adulterium, quod qñq; est simplex, qñq; duplex, secundū quod uel ambo fuerint coniugati, uel unus tantummodo. vi — Incestus, est contra consanguinitatis honorem.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

145.

vij **S**acrilegium, quod est, cum religiosus, sacerdos, monialis,
& omnes alij, qui deo continentiam uouerunt, fornicantur.
vij **E**xcessum in matrimonio quidam addunt.

Hic gradus in ope sic uarianter, & sunt inuicem excedētia & excessa, secundū qd circumstantiae mutantur. Nam sic & in homicidio p̄cedenti p̄cepto, prohibitae sunt multæ operū differētiae, ut dictū est, secundū differentes circumstantias. Quāuis aut̄ omne p̄ceptū dei sit uelut lux, quo cognoscatur, quid sit homo, mūdus, & caro, & quantū a deo simus remoti, tñ hoc p̄ceptū p̄cipue illud ostēdit Apostolus eñ dicit, p̄ legē cognitione peccati, ergo lex est lux, qua lucente uideamus inumerabile miseriā humani generis.

Quis enim tā est lapis, ut si audiat hæc p̄cepta dei, & illis eum illuminatibus, imo mundū totū ostēdentibus, si etiā attēdere uelit, q̄ infinitus numerus hoīm extra p̄ceptorū uitā agat, possit sat tem a gemitu & lachymis cōtinere; si nulla alia esset causa, quatenus gaudere deberemus, sed semper lugere, hæc sola satis esset si hoīm uitā cum ipsis p̄ceptis dei ante oculos cōpararemur. Ibi enim uideremus, quō humanū genus sit miserrima perditionis massa, cū tam rari appareat, qui in p̄ceptis dei uiuāt & agat, & p̄cipue in isto p̄cepto. Nōne horrendū est tot gradus operū esse quibus cōtra hoc p̄ceptū agitur? **I**t homines sine ullo timore in illa uere ac perire, Et adhuc ridemus talia. **I**gitur uelut lucernā hoc p̄ceptū attendamus, & p̄ ipsum infinitos casus hoīm. **T**um uidebimus q̄ mūdus iste sit horrenda Lerna, & inferno p̄xima, & parum iustitię & ueritatis in eo, imo scriptura dicit, qd oīs homo uanus & mendax sit, quare uere infernus est in mūdo.

Prima itaq̄ miseria hoīm est simplex fornicatio, in qua peccat non tantū ij qui faciūt, sed qui fouent, auxiliant, consiliant, non resistunt, rident, copulat, medianit, ac maxie qui occasionē dant.

Fouent autem, qui uel hospitant in domib⁹ suis, uel si principes & maiores ac iudices nō prohibit, sed permittunt. His nihil proderit, qd ipsi non fornicantur, dicetur enim eis, Si uidebas furem curtebas cū eo, & cum adulteris tuis portionem tuā posnebas. Hæc fecisti & tacui. Existimasti inique, quod similes ero tui, arguam te, & statuam contra faciem tuam. **I**t ista miseria, heu quanta pestilentia nunc regnat, ubi æquales ab æqualibus erudiuntur, ducuntur, perduntur, tam inter iuuenies, uirgines &c.

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRABCE

CMediant, ut qui sunt internuncij & copulatrices, de quo tidae pulchrâ historiam distin. v.c.lxxx.speculi exemplorum. Hi autem proprium opus agunt diaboli. Nam quod diabolus non potest, nec posset per se, efficit per illas. **C**Non resistunt aut, qui nec monent aut corripiunt secundum mandatum Christi, nec compatunt animam eorum, nec pro eis orant, sicut decet Christianos. Insuper & recitant & rident, iocantes in perditioe proximorum, cum ut dixi iste sit ut magna miseriae status inspiciendus.

COccasionem autem dant, quib[us] lubricis gestibus ac uerbis impudicis, aut exquisito ornatu irritant concupiscentias aliorum, maxime si id intentioe faciant, nam ornatio illa immoderata semper est causa, licet per accidens concupiscentiae, ut in choreis, platis, conuiuijs &c. **C**væ autem illis, qui impudicis uerbis innocentium corda uulnerant, ut nunc horrendus mos est, in hospitijs publicis, negociatoribus conuenientibus. Non est, ut aiunt, necesse pediculos in pelliciū seminare, qui sponte sua nascuntur.

CNā caro nostra in primo peccato duplicitate uulnere est granissime percussa. Primū est offensibilitas, alterū cōcupiscētia, quae duo uulnera per præcepta nobis manifestant, sed per gratiā sanatur. Sed peius est uulnus concupiscētia, quo minus dolet & affligit, sed delectabiliter mouet, ideo a stultis non reputat malū, cum sit duplo peius q[uod] alterū, ita ut scriptura dicat, Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo in umbilico uentris eius. Ante enim peccatum nihil erat q[uod] offendebat, nihil quod libebat. Nunc autem utrumq[ue]

CQuapropter Christianus homo debet hoc scire, quod quando sentit se ad iram moueri, uel ad concupiscentiam, non secus putet q[uod] si mortiferum uenenū sentiat, & ulcus pessimum, & gemat pro illo ad dñm ut saneretur. Nam uerissimum est, q[uod] hec titillatio licet iucunda & suauis sit, tamen est ignitissimus serpentis antiqui morsus horribile conscientiae paritura confusione & amarissimā amaritudinem. Atq[ue] p[ro] hoc mouet ad gratiā querendā, sicut habet figura Numeri, q[uod] mors ab ignitis serpētibus ad æneū serpente fulpi ciētes sanabantur. Ita & titillatus carne ad Christū crucifixū debet respicere. Nam hinc reddit ratio, cur dñs non cōtētus, q[uod] p[ro] seipm hō, p[ro]nus est ad malū, adhibet tentatōre & impulsore diabolū. s. ut q[uod] hō negligēs est in q[ua]renda sanitatem sua apud deū, ideo urget eū tentationibus, ut cogat eum q[ua]rete misericordiā & gratiā dei.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

1A6.

CSecundo etiam ideo, ne forte in donis sibi datis extollaſt. Sic apo. Paulo, sic S. Hiero, fecit. Sic multis alijs usq; ad mortē. Vide in speculo exempl. Litera, Tertitatio. **C**Sunt aut̄ alij, qui uehemētissime rapiunt̄ hoc malo. Alij vero mitius, alijs modico. Nullus tamen sine gratia dei continet, ut Sap. viij. Et ut sciui, quia aliter non possum esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire, cuius esset hoc donū, adij dominū &c. Ecce quō a morbo isto per orationē curationē quāti oportet, & magna sapientia est, agnoscere hoc malū suū & remedij locū. **C**Sic & B. Chrysanthus martyr dicit, Errat, qui se suis uiribus putat castitas tem obtinere posse. **V**nde B. Aug. li. i. de ser. do. in mon. Quis quis carnalē delectationē aduerſus rectā uoluntatē suā rebellare sentit, per consuetudinē peccator, cuius indomitæ uiolentia rapitur in captiuitatē, recolat quantū potest, quantā, qualēq; pacē peccādo amiserit & exclamat, Inſocilix ego homo, quis me libertatib; de morte corporis huius. Gratia dei per Iesum Christū dominū nostrū. Ita em cum ſeſe inſocilicē exclamat, lugēdo imploſrat consolatoris auxiliū, nec patiuſis eſt ad beatitudinē accessus, cognitio inſcelicitatis ſuā. Aurea hāc ſentētia. Non enim dicit, quod ridere, placere, gandere debeat in titillatiōe, ſed lugere, qua uenenu mortis in ſe ſentit. **D**einde, **V**b; ſunt qui liberū arbitriū iactant, cur non ceſſant ſtatim ut uolunt̄ imo cur non uolant, nec poſſunt uelle. Cur S. Hiero. & Paulus non poſuerunt ceſſare a ſtimulo carnis? Si em uoluſſent, utiq; factum fuſſet, ſed nō poſuerunt etiā ſatis uelle, ideo contra ſuū uelle uolebant. **E**adē ratio eſt & de ira, cur enim non mox quiescunt, qui iraſcuntur ſi poſſunt, immo ſi uolunt̄ ſed neq; poſſunt, neq; uolūt, eo quod uoluntas eorum iam alio eſt rapta & captiuā ducta.

ATertio consolatoriū eſt, **Q**uod qui lugent hic, consolabuntur. Sic em ſapientiſſima dei misericordia nos mirabiliter deducit, dum ex ueneno ipſum uenenu expellit, & de ipsa luxuria nobis efficit emplaſtrū caſtitatis, dum ideo illā ſinit irruere, ut homo eam ſentiens gemat, lugeat, gratiā quārat, & ſic eo maiore afflūm caſtitatis acquirat, tanto em caſtior eſt, non quo quietior, ſed quo dolentior ſe caſtū non eſſe poſſe, ut uult. **A**tq; ex hinc, li-
cet hāc omīa ad quartū gradum infra pertineant, tamen ne ex-
cidant, occaſione data accipimus, quod cōſolandi ſunt, qui ſen-

f ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

tiunt se se nexari talibus stimulis, ut nō stulta opinio e statim datis manibus, se se tradant desperationi, quasi nō sit castus, qui aestuat medullis & cogitationibus. Periculosisima est hæc cogitatio, & in omne peccatum operis inclinatisima, propter desperationem. Sic enim iutienis prius cogitationes carnis nō expertus, cum credat castum esse non posse, nisi nullas habeat, statim dicit, **Quid** differo opus, unum est si & facio, quia amissa tamē, est in corde castitas. Non sic o miser non sic, nō est perdita castitas cogitationibus talibus. Immo nunque castior fuisti, si tamē sentis te inuitū illas habere. **Nam** castitas sicut & omnis alia uirtus uiua, ita est abscondita, ut non possit cognosci ab eo, qui habet, sed a solo deo Abscondit enim deus omnem uitam sanctorum, ita profunde, ut ipsi eam scire nō possint. secundū illud psal. i. **Quoniam** nouit dominus tuā iustorū. Igitur sicut uiua & uera gloria iusti, est ignominia uera sapientia in stultitia, uera quies in tribulatiōe, uerū gaudium in luctu, uera libertas in captiuitate, uera diuitiae in pauperitate, ita & uera castitas est in luxuria, & quo foedior luxuria, tanto speciosior castitas. **Heu** quod hæc sapientia incognita hominibus est, quantū damnū facit. Verum autē signū uiuae castitatis est hæc, si se sentiat homo habere displicientiam in præsenti, non quia tota sit displicētia, tunc em̄ non stare titillatio, sed mixta, nūc uult, nūc nō uult, nūc infra, nūc supra, ita quia sicut rotula, uoluntate cogitationibus in luto, & tñ manet propositū castitatis. **Nam** nisi esset ibi castitas uiua & uera, nō profisteret, nec resisteret, sed libere daret habetias cogitationibus, & nō sentire molestiā, quia em̄ uult & delectat in cogitationibus, & tamē simul sentit se nolle, fiunt ei mixtim dulces & amaræ, & per hoc molestæ, cū in neutram partem liberum sibi sit ire, sed medio rotatur statu.

Spiritualis enim ille homo, id est, affectus castitatis, ipse manet & seruat castitatem, licet exterior in mēbris & corde miras excitet procellas. Ideo in castitatis pugna nō fecus agit, quia si nauicula in mari iactet fluctibus, dormiet Christo in illa, curandū est ergo solū, ut ipse suscite, & iperet mari (i. carni) & ueto (i. diabolo.)

Immitit enim & sacerdotibus sape tales immunidicias, ut retrahat ab altari. **Qui** est despiciēdus, non solū in nudis obiectis turpibus cogitatis, sed etiā si inclinet uoluntate in illa, & suscitet malos motus, imo eo magis ad sacramētū est currēndū pro gratia

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

111.

& auxilio. At nunc multos noui, qui non accedere uoluerunt, nisi non soli quieti essent ab inclinationibus, sed etiam ab ipsis obiectis turpibus. Numis stulti obsecutores diabolicae fraudis & nequitie. Igitur sicutitur dei misericordia & bonitas malo nostro, ut ipsum magis promoueat bonum nostrum, ut oia cooperent electis in bonum, etiam peccata, hoc totum, ut uitam & gratiam, quae in nobis est, abscondat ac tegat, ne cognitis contenter tepeamus, sed potius ignoratis eis tanquam pro non habitis magis suspiremus & gemanus. Quo autem modo dictum est de castitate, ita & de oibus uitutibus, quod tunc maxime donantur, quando denegantur, & tunc assunt quoniam nimis abesse putantur, neque aliter tunc potest homo credere, quin ab sint & sit pudicitus. Inde procedit gemitus, odiu sui, desiderium easse & imploratio. Tunc humilibus dat deus suam gratiam, quam postea iterum abscondit & auferit, ut addat maiorum. Semp sub contrario abstinentia contrariu. Ideo haec est sapientia, quod trahitur ex occultis, & est in absconditis. Haec autem castitas aurea est, respectu eius, quod sine malis cogitationibus est, sicut patientia & misericordia, extra irritamenta qualis est. Nam etiam bestiarum haec est misericordia & saltem gentium. Ita & castitas, quod est sine luxuria & cogitationibus in quiete, etiam meretricium est & lenonum pessimorum, quia tunc casti sunt, quando caro expleta quiescit. Ceterum haec quies futura uitae est. Quare castitas est periculosa ad superbiam, dum patet (id est, quieta) sed est etiam periculosa ad luxuriam, dum latet (id est, est tentata) dum utroque periculum, sed superbia maius quam luxuria. Igitur utrumque sit. Praeceptum non implet spiritualiter, dum adhuc concupiscentia in nobis est, qua sit, ut de castitate presumere ac precepti impletione nullus opinio possit, sed tantum accusare se & confiteri peccatum suum. Rursus eo impletum quod spiritus odit hanc concupiscentiam, ideo ipse est purissimus ab ea, & uere impletor precepti, quia consentit per oia legi, eamque approbat & diligit, dum suam miseriad odit. Alij uero luxuriosi, non abscondunt suam castitatem, sed extinguunt potius. Nihil est ergo quod gloriantur se non nosse castitatem suam, non hoc pertinent.

Secunda est meretricium, quod est magnum malum, ubi libido transit in habitu & consuetudine, qui difficillime curantur. Nam scriptura dicit, Beatus qui tenebit & alluder parvulos suos ad petram. Qui autem parvulos suos sinit crescere, in magnos gigantes inueterasce

f ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

te & confortari, quomodo tunc allidet, & nō potius illidetur?
CErhanc nobilissimam spiritu sancti doctrinā deberent parentes filijs suis infundere, ut non tantum ui coercentur, sed etiam uoluntate ducerentur ad castitatem.

CFrustranea enim est pugna castitatis, nisi haec regula seruē spiritus sancti. s. petra est Christus, parvuli nostri sunt mali motus, mala desideria, quae cū quis senserit, quid faciet? quō uincet? audi, nō aliter nisi eos ad petrā allidendo. **Q**uō hoc? quia sicut, qui manu ad lapidē terit uermiculū, sic uoluntate & cogitatiō et angendo Christū, statim conterit mala cogitatio. solū tenta & uidēbis q̄ iucundū sit sic desideria cōterere, statim enim ut cor passum Christū tangit, omne malū recedit. **S**ic figuratū fuit olim in lege Numeri iiiij. Quādo a serpentibus ignescientibus percussi, p̄ aspectū ænei serpentis in ligno pendētis, liberabant. Porro igne scens serpēs, est lubrica illa, molliterq; retrans libido cogitata. fugē fuge, tam immanē colubrū, accendit em & mire facit carnem prurire & ardere. Sic etiā Geñ. iiij. Ipsa cōteret caput tuū (id est, iniiciū & primū motū, fidelis anima cōterit) alioquin grādi. factus, aut totus illa plus inficit & interficit. **O** si in tēpore libidinis momentis, tantū possenius figurā reptantis uenenati serpentis cogitare & applicare mysteriū, facile fugeremus cogitatiōe ad Chām.

Ctertia species est Stuprum, quod est uirginis corruptio, quod olim in lege mitius puniebat, q̄ fornicatio aut meretriciū, quia tenebatur ea dorare, aut in uxore ducere. Verū nunc est uehemēter magnū, quia tūc uirginitas summū erat opprobiū, nunc aut summa gloria, tuac dānabile dedecus, nunc incōparabile decus ijs saltē qui nō propostierūt nubere. Nam qui proponūt matrimonī non habent actuale tm̄ decus, sed p̄nt habere, si ad uirginitatē animent, de q̄ multi multa & magnifica scripserunt. q̄a uere nulli uirgini pōt fieri restitutio. Sane tm̄ hoc intellige, q̄a uolēti nō adeo tenet, inuitæ at nō pōt tolli, pōt aut iduci & sic tolli.

CQuarta species est raptus, hoc plectitur capite in iure, qđ est nō tantū uirginis, filiae aut ancillæ, sed etiam uxoris, aut aliis ad suā curā pertinentis, sed maximū est raptus uxoris. Fit aut raptus quādoq; cōsentiente puella, puta inducta blādicijs, aliquā inuita, hoc maximū est. Sed legunt̄ multa exēpla, quibus nō prospere cessit. Guarinus Veronensis de quadā Alda uirgine miserabilē casum

PTIS DECLAMATIVNCVL AB POPVLARES

1A8.

elegiaco carmine cōposuit, quē secuta raptorē, relictis parētibus tandem ab eo in sylva cōstuprata & abiecta, cū puderet ad parentes reuerti, petiit gladio percuti ab eo. At ille sic fecit, & occidit eam. Hoc peccatū etiam furtū includit, & quidē grauissimū oīm

(Quinta Adulteriū, qd est pplexissimū & grauissimū quo ad poenā, sed negligitur hodie nimis. Hoc uitū est causa multarū quæstionū, de possessione, utrū filiū spuriū debeat marito prodere. Vide Angelū in Summa, tradentē regulas, Sed quis auderit credere regulis, aut casum in terminis dare potest: uarij sunt animi uitiorū, & aliter hodie, aliter forte post annū cogitabunt, etiā si hoc anno patientiā haberent in uxore adulteriū confite te. At certe amaritudine dignū est, quod uir corpus suum dedit, pro corpore mulieris, & alius utitur corpore, pro quo ipse suū propriū dedit, propter qd sedet in arte sua, ppter qd om̄ia facit patitur, deniq̄ seruū se fecit & alligauit ad multa, qui uxori se alligauit. Et ecce alter hæc oīa cōtaminare audet, qs digne ferre possit: Vide etiā legē zelotypiæ oīm, qua nunc mulieres sunt le uata & exoneratae, ideo eo gratius uiris suis adhærere deberet.

(Sexta Incestus, qd uulgo bluotschäde uocat, qd ignominia cōsanguinitatis & ppenquitatis est, cui eo maior debet honor, qd ppenquior. Nā & in lege dñs certos gradus phibuit. Et quoniam vñ gradus erat phibiti. Nam in lege fere secūdus tñ gradus prohibet cōsanguinitatis & affinitatis, quia nondū erat gratia sanans concupiscentiā, sed regnabat lex irritans & augens eam.

(Septima Sacrilegium est, ubi iam non tantum castitas polluit, sed etiam quæ deo loli fuit oblata, tollitur, & sanctum prophanatur. Verū hoc ex institutione ecclesiæ magis quam ex deo est in sacerdotibus, sed in religiosis grauissimum est, quia sponte se se consecraerunt domino, & se se subtrahunt rursum.

(Octauo additur, Excessus coniugū, qd ut B. Ambro. allegat, iij. cōtra lul. B. Aug. Ardentior amator propriæ cōiugis, adulter est, de quibus Apost. i. Thess. iij. Hæc est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatiōe (Hoc primū) deinde, ut sciat unusquisq; uestrū, uas suū (coniugé suā) possidere in sanctificatione & honore, & non in passione deflydetij, sicut & gentes, quæ ignorant deum. Et i. Pet. iij. Viri similiter secūdum suam cohabitantes, infirmiori uasculo muliebri impatientes

f iij

R. P. MARTINI. LVTHERII DE XI. PRAECE

honorem &c, de quo satis supra. Sed difficile est eis regulam trare, nisi quod uitiosum est ad omnē motum carnis, satis facete libidini & cōcupiscentiā, hoc est enim in passiōe desyderij esse.

¶ Sequuntur nunc tres aliæ species.

¶ Mollices, qua quisq; uigilādo polluitur apud seipsum. Zodimia qua uir uiro, mulier muliere abutit, uel etiā uir muliere, & mulier uiro, quae oīa turpiora sunt, q; noīare liceat. Bestialitas, de quibus Levitici. xviiij. uide, cetera ad cōfessionem pertinent.

¶ Ultra hæc sunt pollutiones nocturnæ, q; de se nō sunt peccatum licet lex Deut. xxij. Si quis inter nos fuerit homo, qui nocturno pollutus sit somno, egrediet extra castra, & non reuertet, priusq; ad uesperā lauetur aqua, & post solis occasum regrediet in castra. Hoc est mystice, sic pollitus (licet & ipse aliud significet) debet abstinere a cōmunione sanctorū. i. sacramento, donec sol id est, æstus & ardor relitus ex pollutione) sedatus fuerit. & sic lotus humili cōfessiōe accedere. Habet em̄ sepius sui causam, q; peccatum est, ut sunt crapula, otium, sexus alterius cōuersatio aut memoria.

¶ Deniq; sunt etiā pollutiones uigilantiū & diurnæ, sed iniuolum tariæ, q; iuuū multis, dūlōge aliud agūt, att dū fricant, equitat uchūtur. i. sine cā sua, q; scriptura seminifluos uocat, ut Leui. xv.

¶ Sequitur alter gradus moechorum.

¶ Qui est in uerbis, ut quidā turpissime loquuntur de carnalibus peccatis, cōtra Apostolū Ephe. v. Fornicatio aut & omnis imunditia, aut auaritia, nec nominet in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem nō pertinent, sed magis gratiarūactio, id est, ne sit fama, uos tales esse.

¶ Tria posuit uicia linguae secundū concupiscibilem, scilicet turpidinem, quae est ipsa obsecrātias, impudicitia, & iniuerterūdia uerborum. In qua dupliciter peccatur.

¶ Primū ab ijs, qui de istis turpidinibus uelut risum & consolationē inuicem sibi p̄stant, tanq; sit iucūda res de qua loquunt̄. Hic aliud nihil aliud facit, q; ut ostēdat, q; obsecrātus & ipse possit esse, omni turpitidine nominās membra & opera membrorum.

¶ Alius uero historias ad hanc rem ptinentes, omni licētia recitat tim rideat, & res optima uideat, donec monachi & sacerdotes etiam adducant cū suis peccatis. ¶ Qui morbus heu q; dire hodie regnat in hospitijs & tabernis, ut p̄iculoseum, aut saltē p̄cūnien-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

1A9.

dū sit, aliquem religiosum uel pudicū homī peregre proficisci.

Obscurō per deū, uidete tamē quid isti faciant. Primū si sunt Christiani, ut nominari uolūt, ita deberent diligere uerecundiā ut nec pateren̄ ea nominari inter se, si prohibere possent. Secū= do saltem dolerent, si nō possent. Tertio super historias lapsorū uel sacerdotū, uel religiosorum, uel principum, uel magistratus (chorum enim eo incundius recitantur uitia, quo efficacius & li centius præbent exemplū imitantibus) non secus dolere, q̄ super proprio casu, sic em̄ requirit charitas, imo quo altior esset status, eo magis gemere & deū pro eis orare. Hoc em̄ esset Christianū.

Clam nunc uide q̄ longe sint a moribus Christianismi, insultissimi homines. Primo nō solum hæc non faciunt, sicut certissime debent Christo. Vērē secundo se se mutuo in rebus pessimis laetificant. Tertio seiplos ad cōcupiscentiā fricant & prouocant his ignitis iacula. Quarto alienam uitram ac famā polluant de tractione ista grauissima, mortuos putres reuelantes, qui mortuos sepelire debuerant. Quinto alienam & suam miseriam, ac ruinam irrident, aclætantur in sua perditione & aliorum.

Obscurō cogitate, si dominus dicit, q̄ de omni otioso uerbo qđ locuti fuerint hoies, rationē reddēt in die iudicij, ubi isti quæ so apparebūt. Vērē tē late regnat ista pestis. **S**imiles sunt isti,

Primo furiosis, imo qs tam furens ut in sua miseria & plaga rideat & gaudeat. Nōne miseria miseriā est: dolet ulcus, aut oculus, & nō cessat querulus gemitus, & adeo nullus ridet, ut etiā ridentes uelut pessimos oīm odiat ac detestetur. quæritur cōpatiens & adiūtiās aut cōsulens. Ecce aut̄ titillat caro, imo grauissime dolet cōscientia, deinde ruuit ipsa uel anima alterius proximi & adeo non quærif̄ cōpatiens aut cōsulens, adeo nō doletur ac gemit̄, ut etiā qui condoleat ac cōsilere uelit, aut prohibere, irri deatur, despiciat, odiatur. Magne deus qñ aperiemus oculos, ut cognoscamus quid sit mundus. Nōne ista est puerissima puer sitas: an non libido, est vulnus supra omne vulnus. Nōne ulcus & plaga sup̄ omne vulnus, & oīm plagam? Sicut Hiere. x. dicit, Vērē mihi sup̄ contritione mea pessima plaga mea. Ego aut̄ dixi plane, haec est infirmitas mea, & portabō eam. Et Esa. i. de populo Israel dicit, Vulnus & liuor & plaga tumens, non est circūliga ta, nec curata medicamine, neq̄ fota oleo. Et iterū a planta pedis

f v

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

usq ad uerticem, nō est in eo sanitas. Hæ sunt plagæ & uulnera
nō ab homine, sed a diabolo inflicta. Vide itaq uulnus qd facit
homo, ploratur, quod facit satan ridetur & dulcissimū habetur.
Sed heu dulce putatur. Beatus aut ille, qui ipsum intelligit & ad
uertit esse uulnus amarissimū, sicuti vere est. Nam licet eius ama
ritudo nō sentiatur, sentietur tñ inæstimabiliter tandem in con
scientia. **Vnde** Prover. v. Ne intenderis fallaciæ mulieris (id est,
carnis & sensualitatis) fauus eñ distillans labia meretricis, & nitidus
oleo guttur eius. Nouissima autē illius amara quasi absyn
thium, & acuta sicut gladius biceps. Et uicesimo tertio, **In** gredie
blāde, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut Basiliscus
uenena diffundet. Ideo discamus per deum, qd in talibus uerbis
ludere, ridere, iucundare, hoc idem est, qd proptia morte & mi
seria gaudere, quod nullus facit nisi furiosus, nē plusq furiosus.
TSecundo similes sunt ei, qui Marci. v. Lucae viij. scribit possel
sus a legiōe, qui sine uestimento, neq in domo manebat, sed in
monumentis, & cathenis uiuetus ac custoditus, rupit catheanas,
& agebat a dæmonio in desertū, & die ac nocte in monumen
tis & in montibus erat, clamās & cōcidens se se lapidibus. Spero
q si intellegent turpiloqui suum uitium in isto describi, magis tñ
merent. **Quid** est enim qd nudus erat, nisi qd turpiloquus etiā
propriā ignominia uerbis nudat: cū debuerit potius tegere, ut
sanaret. Deinde nō manet in domo, scilicet cū uiuis, de rebus ui
uentiū agens, sed in monumentis cū mortuis agēs, hoc est, q ui
tia & mala aliorū recitat, & in illis totius uersat. Nam monume
tū mystice est memoriale mortui (id est, fama & historia sc̄tida
peccatoris sc̄līcet principis, religiosi, sacerdotis &c.) **I**tem, Con
cidit seipsum lapidibus clamans, id est, qd sibi ipsi nocet, ubi sibi
uidetur plurimū, iucūdeq prodesse. Sic Esa. iiij. Peccatum suū non
absconderūt, sed sicut Zodoma prædicauerūt (licet hoc de Pha
risaica iustitia dictū sit in spiritu) tamen in litera etiā hoc pertinet
Item legionē habet ut nemo possit illic transire p̄ ea & feuitia
hoc est, quod illi multoru dæmonū officium agunt, dū multis
nocent. **E**t ubi sunt blandissimi, ibi sunt leuisissimi, ut nulli sit sine
periculo, cū eis conuersari, ut & supra dixi. **S**cio aut quod nul
lus tam stultus sit & insensatus, quod si tales hoiem uidisset, ri
dere potuisset, sed potius fugisset quantum potuisset. **E**t tū ridet.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

180.

82 tideret ille, cuius ista figura tantummodo fuit. Denique & hoc ibi dictum fuit, quod nec catherinis, nec custodijs potuit retineri, quin age retur ruptis vinculis in deferta, nemo potuit eum domare. Hic prope consenserit causa Apostolo Iacobo, Nullus homin potest linguam domare, ita nullius prohibitiōe, nullis uerbis euangelij coercent illi, Qui lingua indomita erumpant atque uagant ubi solent, nudati, laceri, nudantes, lacerantesque ceteros similiter. Et ut in detestabilissimum uitium, etiam imponere loquar. Nonne suis sunt bestiae immundae, quod stercora homin deuorant? At illi in stercore suo & alieno lingua & dentes uerant. An est stercus corporis peius quam stercus animae? Oportet enim coram suis, suillu loqui, ut intelligant. Si ergo uideris porcum uorare oletum, intellige ecce, talē esse obsecnitatis & turpitudinis fabulatorē. Apostolus sane dicit, quod in honesta nostra abudantius honestamus, illi uero etiam honesta per in honesta, in honorant. Quis aut ferat, ut alius reuelet cum risu sibi posteriora aut pudenda seu ignominia? At quem ignominia maior, quam fortes peccatorū in nobis & proximis: lex autem prohibuit, ne proximorum ignominia reuelemus. Secundo etiam peccatur obsecnitate, quoniam talia coram pueris & puellis innocentibus nominant & dicunt. Reī aut sunt omnia peccatorū & mortuum, quod ex illis sequuntur. Aetas enim mollis & inexperta harē terū, facillime poluitur, quod peius est, tenacissime seruat audita turpia, sicut macula in purū & tenerum pannū cadens tenacius heret, quam in impurum aut rudiorem, quod & experientia didicerūt gentiles, ut Horatius Quo semel est imbuta recens seruabit odorem.

Testa diu.

Et luuenalis,

Maxima debetur pueru reuerentia, siquid Turpe paras, huius tu ne contempseris annos.

Quid aut faciunt qui hoc agunt? Primū, utique cum magnū bonum sit, aratem teneram souere, custodire, promouere in pudicitia & uerecundia, sicut dicitur, quod gravissimum sacrificium deo est zelus animarū, omnī studia deberent eo uigilare, ut pueros & puellas custodirent & seruarēt, ne quid disserent, uiderent & audirent obsecnitatis, qui per se ardent medullis, non cogitandū quomodo igne adiecto accendant, sed potius aqua apposita extinguantur. Non solū id non faciunt, sed etiam propriissimo dæmonū officio usi, corrupti innocuas animas suis pestiferis

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

fabulis turpitudinis, diabolus em̄ corruptor mentis dicitur, sed nō corruptit, nisi minister linguae illorum, qui sunt ex parte illius & imitatur eum. Quomodo em̄ potest puer aut puella rursum eradicare uerbū turpe, quod semel audiuīt, sed semen iactū est, & radicat in corde eius etiam inuitio, deinde crescit in miras & incognitas cogitationes, quas non audet confiteri, & tamen nescit eis carere. Vae autem tibi, qui huic simplici & ignaræ huius rei menti, hunc laborem, hoc periculum, & hoc uenenum infidisti. Corpus nō uiolasti, sed animā incomparabiliter nobiliorē (quantū in te fuerit) constuprasti. Nam per aurem infidisti & imprægnasti eam ſœtu nocentissimo. Vnde Bapti. Mantua. Per sensus quasi per riuos, Venus acre uenenum.

Influit in mentem, quod si male cauta recepit,

Vulnus agit sola diuum medicabile dextra.

Igitur obſcenitas istorū, maior est q̄ illorum, quod iam noſit tantummodo obſcenitas, sed cædes innocentium animarū, & de familia Herodis, qui occidit multos pueros in Bethleem ludæ. Sed uide, nōne ita est, quod nullus pater possit sustinere, ut filij sui occidens corpore: qd ergo tibi in corpore tuorū filiorū fieri nolles, quare id audes in animabus filiorū alterius, imo dei perpetrare? Ecce S. Lodouicus rex Franciæ a ſua matre didicit, quod filios fuos mallet corporaliter uidere occidi, q̄ mortaliter peccare. Sic enim & mater quoq; ad eum, dixerat. Sed satis dire illis dominus minatur Matth. xvii, terribiliter dicens. Qui aut scandalizauerit unū de pusillis istis, qui credunt in me, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Vide quanta cura ſit Christo de parvulis & innocentibus, quod nouā pœnam illis decernit, qui eos offendunt, de nullis enim alijs talē pœna dictauit. Nemirū uolens qd noua & singulari pœna præ cæteris ſint cruciandi, deniq; sequitur, Vae mundo ab scandalis, Necesse est enim, ut scandalū ueniant, uerū tamē uae homini per quem scandalū uenit. Et infra, uidete ne cōtemniatis unū ex pusillis istis, dico enim uobis, quia angeli eorū in cœlis, ſemper uident faciem patris mei, qui est in cœlis. Ecce ſalterū angelorū intuitu uult parci pueris, & reuerentia illis haberi. Quod ſi illos ideo castos dixerit quis, quia uerbis ludunt, re ſunt casti, ſicut eorum pater Ouidius quoq; mentitur,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

181.

Crede mihi mores distant a carmine nostro,

Vita probata mihi, Musa iocosa mihi.

Respondet Christus, os eorum cōpescens, Ex abundātia cordis
os loquitur, Qualis arbor, talia & folia. Hæc est etiā ecclēsia rui-
na tota, si enim unq̄s deber reflorefere, necesse est, ut a puerorū in-
stitutione exordiū fiat. Hæc de obscenitate dicta sint. **D**e stulti-
loquio uero & scurrilitate ad hunc locū non pertinet, quanq̄ il-
la duo nunc apud honestissimos & religiosissimos adeo domi-
nen̄, ut eo ipso uelint honesti uideri, q̄ stultiloq̄ & scurriles sunt.

CStultiloquium autē est uniuersa otiosa fabulae, in quibus ni-
bil eruditio[n]is & scientiæ, ut ipsemet exponit, que ad rem (in-
quit) nō pertinent. idem uocat Christus uerbum otiosum. ideo
nō nisi utilia, aut necessaria sunt dicenda. Tales sunt fabulae ani-
les, & nem̄a puellares, Historiæ plebani de Calenberg, Dietrich
von Bern. Et disputatiōes de rebus longinquis & extra nos po-
sitis. Quod genus sunt etiā opinione[s] philosophorū, & glossæ
sup Aristo. Garrulitates dialeciae, somnia Astrologorū. Stul-
tiloquiū enim uocat, quia nō sapientiæ, sed stutitiae uerba sunt.

CEutrapelia seu scurrilitas quæ est facetia seu urbanitas, quā Ari-
stoteles uirtutem esse putat, quando sicilicet nō turpia neq̄ stulta,
sed iucūda & erudita simul dicunt, ut utilitas intret sub dulce
dine comitatis. Itaq̄ comitas seu affabilitas, seu urbanitas, seu fa-
ceria talis, quæ sit, ut tristes atq̄ tentati in spiritu recreent, lauda-
bilis est, uerū quæ sit sine causa, tantū ad consolatiuinculā uanita-
tis & carnis, p[er]tīm cū huius semper nō sit nisi leuitas causa, &
solalibido fabulandi atq̄ ridendi inoueat ad illā, non conuenit

Christianis. **S**ic enim B. Augu. in Confess. confitetur, Quod nu-
gari cū amicis sit patrum Christianū, quod Christianorū res, &
uerba habere debeant solida & magna seria, plenamq̄ grauita-
tem & authoritatē, ut Psal. ait, In populo graui laudabo te. **P**or-
to hæc ipsa nugacitas & eutrapelia, tanto fit peior, quanto fit in-

rebus sacratiōibus, ut nōnulli importunissima leuitate, abutim-
tur, sacræ scripturæ dictis ad eam leuitatem, ridicule & iucunde
eam torquentes illuc, ubi suam querunt uanitatem, cū sacrī illis
uerbis summa & reuerentia, & terror debeatur semper & ubiq̄

CTerrius gradus n[on]echorū, qui est in signis, quoꝝ unū dñs ex-
pressit dicens, Qui uiderit mulierē ad cōcupiscendū &c. Ecce ui-

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

sus ipse qui signum sit concupiscentiae, adulterium est. Nonne durissima lex Christi sed ideo sanissima & immaculata, conuertens animas in hoc aut oia alia signa comprehenduntur, cum uisus sit minimus & subtilissimum. unde posuerunt aliqui quinq̄ lineas amoris. Visus, colloquium, tactus, post oscula, factum.

Atque hic colloquiū etiā aliud intelligit, q̄ id, qd est turpiloquium, & tactus similiter, item & oscula. Sed de singulis latius. Sunt aut plura, ut uisus, auditus, colloquium, literae, intermūcīa, tactus, amplexus, risus, oscula. Non q̄ tot sint adulteria singillatim, quot si gna quis fecerit, pōt enim uno adulterio hæc oia signa facere, alioquin opus ipsum semper esset triplex adulterium, cū sine tactu & concupiscentia nō fiat. Visus itaq̄ primū. Hoc aut est uelocius simū & frequentissimum omnium illorum signorum, quia longius, latius, citiusq̄ officium suum agit, pluraq̄ & clarior percipit. Ideo tam multa in scripturis de oculorū custodia dicuntur, cū nullus sensus tam facile & tot obiectis irriteret, nec aliorū sensuum aliquis tam atrociter uulnerat animam, tanto em̄ pfunditus figit in cor, q̄to clarius cognoscit, ita sit prouerbiū. Quod oculus uidet, cor nō fallit. Et Hora. Segnius irritant animos demissa per aurem,

Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Et iterum, Valdus oblectant &c.

Vt patet experientia, quia nunq̄ sic mouetur, qui de morte audit sicut qui uidet, nec tantum mouetur qui turpia audit & carnalia, atque mundana, quantum qui uidet. Exemplum esto, Alipius S. Augu. contubernialis, de quo vi. Confess. scribit, Quod cum iniuitus duceretur ad spectaculum clausis oculis despiciens, tñ postea apertis, ita raptus est, ut multos quoq̄ adduceret postea & ipse.

Quo circa in iuuenibus & uirginibus, ut summus decor est, oculorum inclinatio & depresso, ita summum uituperium, euagatio & incustodia, ita ut aliqui signum corruptionis dent, oculorum evagationes, & uerum est Eccl. uicesimo sexto, Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur &c. uide ibidem. Aut est signum iam corruptæ, aut facilime corruptibilis mulieris. Nam quæ syncare casta est, non intendit in uultu nūri, sed cōfunditur, ut de Rebecca Gene. uicesimo quarto dicitur, quod conspectu Isaac sponsu suo tulit peplū suum, & operuit se. Item legitur de quodā sancto uiro, qui cum S. Antonio ue-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

182.

nisset Romā oculis clausis, nihil de tanta ciuitate uidere uoluit, nisi ecclesia sancti Petri. Item de Syluano legitur similiter, quod semper uelatis oculis incedebat, neq; solem hunc uidere uoluit.

Item lob. xxij. dicit Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem de uirgine (id est, iuuencula.) Ecōtra Dina egressa ut uideret mulieres regionis illius, corrupta est. Et Bern. dū quandā sc̄eminā fixe fuisse intuitus, graui ultione seipsum coercuit. Et B. Bene. ex uisa in seculo sc̄emina, grauissime fuit tentatus. Item Quid cōtigerit Dauid ex aspectu Bersabeæ, & filijs Israel ex Moabitū aspectu. Nume. xij. Item Alius tentatus a muliere uisa, cū mortuā audisset, de putredine cadaueris illius sanauit concupiscentiā. Idcirco uisus nō tantū in p̄senti cōcupiscentiā mouet, sed etiā memoria fixus ex præteritis diu mirādas suscitat tentatiōes.

Ideo dicit Hiere. Tren. iii. oculus meus deprædatus est animā meā. Et iterū Hiere. ix. Mors intravit p̄ fenestras nostras. Et. ij. Pe. ii. Oculos habentes plenos adulterij. Ecce quō adulteriū in oculos ponit. Item Eua primo mōta est uisu pomi, quod esset pulchrum &c. Et de filijs dei Gen. vi. scribitur, quod uisu ceciderunt Videntes filij dei, filias hominū, quod essent pulchræ, accepérunt sibi uxores quascunq; elegerant. Vnde & Sapiens docet, Noli intendere in faciem uirginis, ne confundat uultus eius. Ita econtra. nec puella in faciem iuuensis propter simile periculum.

Hinc dicit Ioannes, Quod omne qđ est in mundo, est concupiscentia carnis & oculorū & superbia uitæ. Concupiscentia oculi intelligi curiositas, multa experiēdi & cognoscēdi p̄ sensus

Legitur de S. Elisabeth, quod maritū suum in ecclesia quādō qui iucūdius intuita, subito fuit a domino correpta. Quid illis fiet qui in ecclesia fere nihil aliud agunt, quā illud Ouidij, Spectatū ueniunt, uenient spectentur ut ipsæ, nihil nisi uidere uideri, concupiscere, concupisci. At sane quodā uelut naturæ ingenio, proprium est mulieribus, quod amant concupisci & amari, uiris uero concupiscere & amare, licet & utquemq; fiat, ut mulier insanitat cōcupiscendo & amādo, & uir quārēndo cōcupisci & amari

Mira itaq; miseria, quod sensus proprij sunt tam noxij nobis, ita ut uere dixerit Christus, Inimici hominis domestici eius (id est, sensus) Et Psal. xxxvij. amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerūt & steterunt. Quid enim facit oculorū cu

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

riositas, nisi quod aduersus animā pugnat. **Vnde & B. August.** uocat sensualitatem, serpentem, quod sit lubrica & mobilis multis obiectis, figurata per serpentem, in paradiſo. Vide itaq; quo modo odiū nostri & abnegationem nostri nō gratis docuerit Christus in euangelio, ut odiamus oculos & oēs sensus omniaq; membra, quoniā captiuam ducant animā in legem peccati, p̄ferrim oculos, unde Eccl. xxxi. Nequius oculo quid creatū est?

Verum non hoc tantū nō malum est, quod per oculum facit concupiscentia, sed etiā quia nō saturatur, ut Eccl. primo, Non saturat̄ oculus uisu. Et prouer. xxvij. Inferni & perditio nunç implentur. Similiter & oculi hoīm insatiabiles. **Q**uid ergo prodest oculorū cupiditatē irritare, & finito initio uidendi, infinitū desideriū, & nullum finem prouocarer? Melius est statim ab initio uisum coercere, anteq; dilatet uoragine suæ cupiditatis, quā explere non possis. Igitur ut B. Augu. in regula, Nec uos dicatis habere animos pudicos, si oculos habeatis impudicos. Impudicus enim oculus, impudici cordis est nuncius. Nullus ergo præsumat, quod nō sit adulter, si opere cesseret, oculo tñ concupiscat.

Hac de primo & maiore signo.

Aliud est auditus, quo indicatur concupiscentia intus ardens ut qui uel prouocēt dici uel cantari turpia (& iij sunt peiores) uel qui tacite & libenter audiunt, etiam si non prouocent, delectantur enim in illis, neq; auertuntur, ut ab immūditia & nocumento. **T**ertiū etiam possunt esse, qui nō prohibent, arguunt huiusmodi audientem, aut melioribus instruūt, neq; coram eis increpant atq; abominantur talia, ut terrent audientes, omissione scilicet iij peccant, quod non sunt solliciti salutis proximi, & perditionis eius negligentes, atq; minus q̄ debent curiosi. **T**ertiū est colloquium, scilicet cum muliere uel viro, nam concupiscentia id agit, ut fabulentur, salutent, tractentq; secum, licet honesta quandoq; sed non causa honesta. Inde enim risus, ioci, fabulæ, colloquia, tantummodo ut placeant sibi mutuo, & se prouocent ad amorem sui mutuum. **H**oc uitio mulieres impense laborant, dum amant. **I**n puella autem non tantū hæc, sed omnis prorsus uerboſitas turpissima est. Nec est signum constantis uirginitatis aut castitatis, si sit puella loquacula & garrula, præserit cū iuuenibus. **N**am ecce B. Virgo quanto textu angeli con-

P.TIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES 183.

uentia, non tamen nisi id dixit. Quomodo fieri istud &c. sed ne
q; ut ait B. Ambro, resalutavit salutantem. Proinde quæ libenter
uolunt auditi in cantu, aut loquela, rursumq; audire cantum, uel
colloquium alterius sexus, quid aliud nisi eiusdem sexus cōcupi
scēntia sēle ardere probant. Si non arderent, nihil colloquiū aut
aspectum curarent, sicut alia non curant, quorum affectu non te
nentur. At nunc pueræ plurimæ tota leuitate huc feruntur.

¶ Quartū. tactus, ut sunt manuū traditio & amplexus, q; & hoc
neste quidem fieri possunt in specie, tñ cum concupiscentia intus
mouente. Hic iā ignis libidinis acriter incendit, ut etiā B. Hiero.
dicat, qd tactu ipso statim sexū intelligit cōcupiscentia, ideo q; lo
gissime fugiendus tactus, sicut legi de quodā Papa (uō memini
nunc homen) quod data manu pro more osculanda, cū ex oscu
lo mulieris sensisset titillationem, manu præcidi sibi permiserit.

¶ Quintū. est osculum, quod transeamus. hec autem signa nū
q; aguntur & fiunt uehementius, q; in choreis publicis, mirum,
quot & quanta ibi fiant peccata, quid ibi uisus & auditus hauri
at, quid tactus & colloquiū pariat, breuiter mundus est nūdus,
imo immunidus, & inimicus dei, nec est quærendū bonū, quod
deo placeat in mundo. peccatū super peccatū ibi urget & addit.
ira dei ibi cernitur intensa nimis, & tamen ridetur, saltatur, gau
detur tanquā in rebus patū nocentibus, imo bonis & utilibus.

¶ Sextum signum & quidem nō leue. Est ipse ornatus peregrin
nus & nouus, qui nunc tot inuentionibus, artibus, studijs feruet
ut nihil nisi furiosum possis dicere mundū, cum tamen nulla sit
causa, nisi ut placeant & conforment sēle mundo. Necesritas eīn
aut utilitas, immo & honestas (quæ solæ sunt causæ iustitiae) nō re
quirit talia, modicisq; contenta est, quis aut satis de illis potest di
cere, cū sint inauditā genera sumptus & uestiū: sed acre malū &
fames libidinis sunt ista, licet nihil curentur. credo quod tandem
nudi incedent, cū iam seminudi incedant, sed sine, dabitur no
stris sua moribus etas, peruenit ira dei super mundū in finem. &
beatus qui intelligit, quoniam uere ira dei in illos puenit.

¶ Omīto hic etiā amantiū, id est amentiū surores, qui nocturnis officijs
amatriculis suis, ludo, cantu, musica seruiūt, & oīa tentat, ut pla
ceant, hic etiā mūdo ipsi stultas stultias agūt, ideo trāsimus illa
¶ Quartus demū gradus est, ipsa interna concupiscentia, de qua

R. P. MARTINI UTHERII DE X. PRÆCEP

satis supra dictum est, qua nemo caret in hac uita, sed tamen hoc ipso saluamur, quod ei nō consentitur. ut Ro. vi. Neq; exhibeat membra uestra seruire peccato, ut obediatis concupiscentijs eius, quanq; enim lex dei īmaculata requirit, ut prorsus nulla sit cōcupiscentia, sed tota & omnino īmaculata mundicia, tamen misericordia dei, interim sustinet & gratiā habet dissensionē noūi hominis intus, ne dominetur nostri omnis iniustitia. Hæc iugiter est mortificāda, gemitu, uigilijs, labore, oratione, humiliatione, & alijs partibus crucis, tandem ipsa morte. Ex quibus oībus patet, qd hoc præceptum nō solum nō est negatiūū, nisi in facie tantū uerborū & litera, sed maxime affirmatiū, quia p̄cipit, scilicet Castitatem & continentiam purissimā intus & foris, quis aut sapiat tam stulte, ut castitatē neget esse rem affirmatiū, sed negative p̄cipit, dum prohibetur libido, ut purissima sine omni mixtione libidinis præcepta intelliga. ut Psal. xi. Elo qui dñi, eloquia casta, argentū igne examinatū, probatū terræ, purgatum septuplū. Ac per hoc iam patet, quō per legem fit cognitio peccati, quia concupiscentiā nesciebam esse peccatū, nisi lex diceret, non concupisces, Ro. viij. scilicet quia solum opus peccatū putabatur. Igitur non satis est, ut opere nō noēcheris, non satis, quod uerbo sis pudicus & aspectu aut alio quoquis signo, imo nec hoc satis, qd corde non consentias, nisi etiā tandem pulsas ab ipsis moribus malis, intus ebullientibus, ideo non n̄ si gemitus pro gratia dei supereſt, cum Apostolo Ro. septimo. Infelix ego homo, quis liberabit me de morte corporis huius.

PRÆCEPTVM SEPTIMVM.

NON FVRTVM FACIES.

Avidiuimus q; præceptū quintū, Non occides, prohibuit offensionē proximi in sua propria persona. Sextū aut, Non noēchaberis, offensionē eiusdem in persona sociali, eadem carne. Et utrūq; tam in opere q; corde, tam affectu quam effectu. Ita ut satis constet, quod spiritualis intelligentia istorū præceptū negatiorū, sit ista affirmatiua, ut mitis & casti simus, intus & foris, prorsus sine omni, tā amaritudinis ira, q; dulcedine cōcupiscentiae. Que duo sine charitate spiritus haberí prorsus nō possunt, quia sunt fructus spiritus, i. Corinth. xij. & Gal. quinto. Ideo plenitudo legis est dilectio. Hæc em̄ est mitis & nulli nocet,

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLARES

18x.

imo oibus prodest, & pdesse cupit, Est etiā casta & sancta, ideo nemine polluit. Sequit̄ nunc phibitio offensionis in rebus proximi, qd æque sine charitate fieri nō potest, saltem in spiritu, Vbi de & hic quoq; notandū, qd hoc præceptū dupliciter intelligit̄.

Primo ad literam & secundū sonum uocis, sic solummodo opus ipsum furti, hic prohibetur, quia dicit, Non facies furtum, non utiq; ait, Non doceas, non ostendas, non cupias, sed non facies, si ludai intellexerunt, & superbi facti sunt in iustitia sua, tanq; non essent tei præuationis. Vnde cum ipse Lucæ xvii. huius præcepti uera daret intelligentiā, dicens, Nō potestis deo seruite & mammona, & facite uobis amicos de māmona iniuriantis, audiebant hæc omnia pharisei, qui erant auari, & deridebāt eum, & ait illis, Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est apud deum, Ecce quomodo corda requirit in iustificatione præceptorū suorum, deniq; sequitur ibidem, quomodo spiritualis sit lex, d. Lex & prophetæ usq; ad Iohannem, Ex eo regnū dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit, facilius est autem cœlū & terram præterire, qd de lege unum apicem cadere, Ecce uiolentia opus est in dei præceptis, quia tantum cortex uerborum, sed nec unus apex præteribit &c.

Secundo ad spiritum & secundū intentionem præcipientis, sic omnē cupiditatem hic prohibet cordis, ita qd sit impossibile impleri illud, nisi sis pauper spiritu, ut Matth. v. Beati spiritu pauperes, proinde in psalmis, proprio uelut nomine, fideles Christi uocantur pauperes, psalmo ix. Dum superbit impius, incenditur pauper, Ecce te, Et factus est dominus refugium pauperi, & quo niam nō in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperū non peribit in finem, Igitur spiritus huius literæ, est paupertas in spiritu quare manifeste patet, quod sine gratia dei nullus implet hæc legem, cum sit homo naturaliter cupidus uitio primi peccati.

Corollarium sequitur.
Quod legis huius in litera impletio, est nihil aliud, nisi decipula quædā, ut psal. v. Quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est, Heb. sic, Quoniam non est in ore eorum rectum (quia docet scilicet umbrā & literā operis tantummodo in p̄cepto) interiora eorum insidiæ (quia decipiunt, dum sele iustos credunt, falsi specie

g ij

R. P. MARTINI LV THÉRII DE X. PRÆCCE

operū, ut nō agnoscāt malū suā cupiditatis) ideo nō gemunt p
gia nec peccatū cōfiterēt, sed stant securi. ideo Ro. ij. cōtra eos dī
cīt, Qui doces nō surāndū, furatis scilicet cupiditate, licet nō ope

Clūristātē aut̄ hoc præceptū non adeo late exponūt, sed manent
in limitibus furti, uerū coram deo, quicquid agit voluntas, face
re dicitur etiam, si opus nō sequatur. Scrutatur enim deus renes
& corda, psal. viij. Ideo nos in totā latitudinē ope eamus, quæ
cupiditas perficit, sed heu quanta est latitudo deus bone. Quis
enim auaritiae & specierū eius uituperia nō audiuit? Iḡitur pri
mū opus est secundū sonum textus, ipsum furtum, hoc rursum
in quinq̄ species scilicet furtū simplex, sacrilegiū, peculatus, abi
geatus, plagiatus, de quibus lūristātē. Nam hoc præceptū secundū
literam copiosissime & diligentissime tractant in omnibus spe
ciebus, teste proprio eorū sermone, qđ iuridica facultas sit de pa
ne lucrando, tolle meū & tuū, & nullo iure opus fuerit, & fa
ne infinitū negotiū præbet ista cupiditas hominibus eiustmodi.

Igitur furtum est rei alienae usurpatio, domino inuito & igno
rante, qđ si sit in rebus priuatorū, est furtū simplex, si in rebus sa
cris, sacrilegiū, si in republica, peculatus, si in ablatione iumento
rum & pecorum, abiegatus, si in ablatione hominū, plagiatus.

Hos quinq̄ gradus dire puniunt leges hodie, ut notum est. O
līni uero in lege furtū non puniebatur ultione mortis, ut Exodi
xxij, sed pro due una quatuor, & pro boue uno quinq̄ redde
bant, si tamen uendiderat aut occiderat. Si aut̄ adhuc integra a
pud eum reperiebantur, duplum tantū reddebat, quod si red
dere nō habuit, ipse uenundabatur. Hæc certe lex adhuc bona es
set, nimis enim rigidū est, ne dicam iniquū, pro rebus uitā aufer
re, & animā pro uictu tolli. Nōne corpus melius est q̄ uestimentū
& anima plus q̄ escat. Vnde & Prover. vi. legem Mōsi securus
ait, Non grandis est culpa, cū quis furatus fuerit, & hoc est uerū,
si solum fuerit furtū. Vnde sequitur quale intelligat furtum, d. Fu
ratur enim, ut esurientem impletat animā, deprehensusq̄ reddet
septuplum, & omnem substantiā domus suę tradet, & liberabit
se (qui autem adulter est) propter inopiam cordis, perdet animā
suam. At adulterium hodie mitissime plectitur, magna certe ini
quitate furti intensa poena, quæ potius laxari debuit quam adul
terij, maxime furtum, quod inopia corporis facit & penuria.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

185.

CPorro sacrilegiū adhuc atrocius omnibus punitur, scilicet rota, cum tamē sit eadem res sacra & prophana, quo ad preciū & usum, uerum reverentia sacerdotū neglecta, tam acriter castigatur. Sed & hic superstitionissimus est præsidentiū rigor, qui nihil ita fulminant, atq; excrancunt, ut regularū suarum, reddituū, possesonū, atq; scilicet & argenti usurpatores, hic sunt centies Argi, & quidem uigilantissimi uigilantiores. **V**ege quod interim tot millia negliguntur animarū, quod stupris, adulterijs, reliquisq; libidinū portentis, totā foedant ecclesiam, præter insatiabilis aua-
ritiæ aueruum cū simonijs suis ac dolis & fraudibus infinitis, ne
mo punit, sed potius honorantur qui faciunt. **A**n forte ideo le-
uiora tam grauiter puniunt, qd tam grauia non ad illos, sed ad
deū pertinent grauissime puniri. Et id certe credo uere, qd deus si
bi vindictā seruat eo duriorem in grauissimis, quo ipsi grauiore
exercent in leuioribus. Quanto tueris agerent, ut furibus & sa-
cilegii parcerent, sicut sibi uolūt parcet a deo. At si illis parcerent,
iam certe ipsa penuria cogerebunt & ipsi melius uiuere, non par-
cunt igitur, ne sibi quoq; parcatur apud deum, sed sine illos, cæci-
sunt. De reliquis tribus furtis remitto ad Ciuiiles iuristas.

CSecundū opus, est latrociniū, quod a furto ea differt grauitate
quod non ignorante domino, sed præsente & manifesta ui rap-
pit alienū, tamen magis raptore qd latrones ij uocandi sunt, qd
latrociniū inuoluit homicidiū. Hoc peccatum autem nunc decus
& titulus est nobilium, & in illis quandoq; puniuntur, qui se se-
defendere nequeint aut resistere. Satis hoc peccatum negotato-
res, & grauitatē eius nouerunt, qui ex eo aliquando doluerunt.

CTertiū opus, est usura, de quo Cato Censor Romanus, fures
privati in neruo & cōpede uitā agūt, publici uero in auro & pur-
pura, unde usurarius sanguisuga populi dici. Et similitudine de-
scribit tali, ut uermis in pomo uel nuce, totū intus uastat, ita usu-
rarius substantiā ciuitatis deuorat, miris & occultis modis, quo
uitio adeo Iudæi laborat, ut etiā sibi licere, imo iuberi ex lege pu-
tent, ubi dici Deut. xxij. Non foenerabis fratri tuo ad usurā pes-
cuniā, nec fruges, nec quālibet aliē rem, sed alieno, fratri aut̄ tuo
absq; usura, id qd indiger, cōmodabis, hoc Iudæorū duritiae tūc
permisum fuit, ut eo libētius abstinerent ab usura in Iudæos, quo
licentius potuerunt in gentiles. **C**At Christiani nō paruo gradu-

g ij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Peiores sunt Iudeis, qd etiam fratribus suis scenerant, & tam frē quens hoc malū, ut etiā inter raras iusti laudes ponat. Psal. xiiij. Qui pecuniā suam nō dedit ad usurā, quod si abstinent multi, tñ more abstinent, nō corde. Avaritia em̄ pestis est profundissima.

Quartū est fraus in negotio, de q. i. Tessa. iiij. Ne qs circuueriat in negotio fratre suū, qm̄ uindex est deus de ijs oībus, sed hoc tā latū est, ut nunc nō possit p singula discurri, quō em̄ singula artificia & negotia cū suis excessibus, medijs, defectibus cōmemorē

Coldcirco oībus in genere illa regula charitatis seruanda est, quā dominus Matt. vi. ponit. Quæ nultis nt faciant uobis hoīes, & uos facite illis, quare in omni tractatu necessariū est unicuiq; ut prospiciat prius quō secum uellet agi, si esset in alterius loco, ita faciat & ipse, & tutus erit. Hæc uocatur lex naturæ, imo & charitatis. Charitas enim est, quæ cōsyderat quæ sunt aliorū, & prius inspicit, quid sibi uelit fieri, ut sic faciat proximo. ideo enim dñs addidit dicens, Hæc enim est lex & prophetæ, scilicet lex & prophetæ sola charitate implet̄, ideo si est lex naturæ, est naturæ sañæ & incorruptæ, quæ idem est cū charitate. Qui aut hanc regulam præterit facile etiā fraudem perficit, anteq; aduertat, quoniā periculū fidei est in oī negotio, nisi ui aliqua seruet & industria.

CAt quāta est hodie fraudis copia: omnis domus & platea pleina est, & omnes de ea querunt̄. Nam & rustici alioqui rudes, ad fraudē sunt instructissimi. Et sine hoc unū etiam præceptū satis indicat, quid sit mēdus, cū sit non nisi rapina mutua rerū. Et qd magis dolendum est, ea nunc consuetudine fraus agitur, ut ne conscientiam quidem inde pariantur, quin bene se fecisse sibi uideantur, si alter alterum illuserit & imposuerit. Sed uæ mundo,

Cigitur tu curre persingula officia artium, & numera fraudes, cum quotidie excogitentur nouæ, ut sit periculi res plenissima, cum hominib; agere lucem uertutē in tenebras, & tenebras in lucem. deniq; obtinuit, ut omnes uenditores pluris exponant, & emptores minoris accipiant, q̄ res sit in proprio precio, scilicet quia usu fallendi mutuo, nullus alteri credit primis uerbis.

CQuod autem distū est de operibus huius præcepti, & de spiritali intelligentia eius, quod scilicet paupertas spiritus, sit eius uera intentio, ut mortisiceū insatiabilis illa bestia, auri sacra famē, avaritia, philargyria, & cupiditas, radix oīm malo, ut Aposto

lus ait, quæ insinuitos hodie laqueos teneundit & auget semper, nō intelligendū est de paupertate in effectu, sed affectu. Nam & mendici ac religiosi possunt esse ditissimi cupiditate & auaritia interna, maximisq; fures corā deo, dum inuident habentibus & cupiunt eorū facultates. Et Apostolus uocat hoc uitium idololatriam, sicut Psal. lxxvij. dicit, quod seruierunt sculptilibus Canaan id est, denarijs, Nam Canaan mercator & negotiator dicit, cuius sculptilia quæ alia possumus figurata credere, q̄ aurum & argentū signatum, monetarū & cōstatū. Deniq; quod sunt cultores auri & serui eius, etiā Psal. lxxv. habet, dicens, Et nihil inueniunt oēs uiri diuinitarū in manibus suis, Non ait, diuinitæ uiros, sed uiri diuinitarū, ut possessos uiros, possidentes diuinitas intel ligas. illi seruat, istæ seruant, ideo illi serui, istæ dñe. Igitur ut cōcludamus (cum sit oībus notissimū hoc uitium) breuiter hoc p̄ceptum impleretur, si non solū ex opere abstineas, imo nec satis est, corde nō cupias, nisi & æquissimo animo feras, tua tibi auferri. nam nihil prodest, si aliena non cupias, tua autē impie diligas. Si cut in quinto præcepto, in seipsum quis potest occisor fieri, etiā si nullū alium occidat, aut nemini sit iratus. Et in sexto, cum propria uxore adulter esse, ut dictū est, ita & in proprijs rebus etiam sur & auarus esse poterit, dum nimis tenaciter diligit sua, quanq; qui seipsum occidit, quis eū credat non etiā aliū occisus esse, aut uitā ei saltē inuiderer. Et qui cū propria coniuge abutif libidine, quis præsumat qđ non alienā polluat saltem concupiscentia, cū sit totus libidine furens. Ita qui sua nimiu diligit, quis crederet, qđ non etiā alienā cōcupiscat. Igitur neuter esse debet in bonis quibuscunq; si abeunt, ne tristet, si ueniant, ne lætetur, secundū illud Psal. lxi. Nolite sperare in iniq;ate, & rapinas nolite cōcupiscere. diuinitæ si affluāt, nolite cor apponere. Hoc autē initia natura nō habet, sed optet illud in Chfo haurire, q̄ p̄ nobis paup factus est. Immo nec hoc gradu sit cōtentus, sed uideat etiā, ut de suis bonis, magis uelit alijs impartire, q̄ alienā concupiscentia. nā hoc habet charitas, quæ sola est implerix legis, ut non solū longissime abstineat a rebus proximi, sed etiā proxima fiat conferendo res suas, si potest cōmode, nam id sine dubio quilibet sibi fieri uellet scilicet ut sibi tribueret, & nemo sua cuperet, sed oīa candide fauerent. Nec potest regula melior tradi in hoc p̄cepto, tam perple-

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

xis negotijs dato, quā ut qlibet, iiii quocūq; negotio cū proxio
egerit, ante oia corā oculis ponat hoc dictū Christi, scilicet spiritu
tuale interpretamentū omniū p̄ceptōrē; Quod uultis ut faciat
uobis hoies, & uos facite illis. Et illud Thobiae, Qd̄ tibi fieri no
lis alteri ne feceris, hoc em̄ aspecto facile quiuis erudit̄, quid &
quō agere debebit in quocūq; casu huius latissimi p̄cepti. Nam
si tibi faues diuitias, nō aut̄ proximo tuo, iam nō habes charita
tē, sed cupiditatē, & peccasti in hoc p̄ceptū. Es em̄ sur corā deo
quia id, qd̄ proximo debes, scilicet fauore rerū, abstulisti ab eo.

Ex qbus patet, q̄ multi detesten̄ fures & furia, ipsi multo ma
iores, cū sine gratia nullus sit, cuius cor nō inquinet avaritia, ue
rum illos fures strangulat impator, hos nero ipse p̄det oīm crea
tor. **V**nde nec istud p̄ceptū pure est negatiū, immo affirmata
tiuissimū, scilicet, ut sit homo largus, facilis, liberalis in proximū
qualis esse nō potest, nisi sit purissimus a furto in spiritu. ideo ne
gatio illa expressior est q̄ affirmativa, cū possit aliq; esse quidē
liberalis, ut in statu incipiētiū, sed tñ nō sine cupiditate, ideo nō
dum p̄fecte legis huius impletor, q̄ debet esse purissime liberalis

De lusoribus etiā quærit, an sint fures, & ad restitutionē tene
ant. Quod lusores cupiditate & avaritia peccent (qui saltē pro
pter lucra ludunt) ac per hoc corā deo fures sint, alienæ q̄ faculta
tis appetitores, manifestissimū est. Nullus em̄ cum alio ludit, ut
sua illi tribuere uelit (id enim sine ludo facere potest) Nec ut sua a
mittat, nec ut alienū uelut suum quærat lucru, ac per hoc ludus
semper est contra charitatē, & secundū cupiditate, quia quærit
quæ sua sunt cum datno alterius, & saltē non ita quæ sunt alte
rius, sicut quæ sua sunt. **A**ttramen non teneat ad restitutionem,
quia corā hominibus non rapit, nec usurpat rem alienā inuitio
domino, sed consentiente per pactū ludi, uterq; em̄ ponit sua in
periculū sciens & uolens, ideo qui amittit, scienter & uolenter
amittit, lex em̄ iustissima est, ut qui amat periculū, pereat in illo,
nisi forte per fraudē lufserint. **O**ptima tñ poena foret, si posset
sieri, ut uterq; amitteret, hoc em̄ esset ius ludi uerū, quia uterq; cū
piculo suo, cupiditatē erga proximū exercet. Aut certe, ut fiscus
principalis utriq; tolleret lucru, eo q̄ cōtra edictū & Canonē ec
clesiae agant ludendo. **Q**uod autē non sit necesse restitui, patet,
quia non esset alia causa, nisi quia cum peccato & contra legem

acquiritur lucrū eiusmodi, sed si omne tale est restituendū, quod
 cū peccato acquiritur, iam etiā meretrices, imo omnia alia mer-
 eatorū & negotiatorū, quæ mendacij, periurijs (seclusa tā frau-
 de erga proximū, & dolo in re, quæ tractatur) cupiditate uendū
 tur & emuntur, essent restituenda, qđ est absurdissimū, quia in
 his nō est facta iniuria proximo, sed deo & legi, ideo tenet ad re-
 stitutionē, non rei acquisitæ, sed uoluntatis suę malæ, quā ibi ex-
 pluit, qđ sit per cōtritionem & pœnitentiā. Eodē modo de sa-
 cerdotibus & religiosis, uel nō oratibus seu sarcificientibus, uel
 pluralia bñficia possidentibus, nō tenent ad restitutionē, sed ad
 pœnitentiā de abusu, quia Papa habet potestatē illa bona conse-
 rendi, tu tantummodo uideris, q̄ imperas uel te ingeris, olim tra-
 hebant fugientes ad sacerdotia, ideo a populo diligebant, nunc
 irruūt tretrahente populo, ideo odiunt. sed hæc avaritia hodie
 horribiliter crescit in beneficiorū occupatiōe, at si sine fraude im-
 petrent, nō est restitutio facienda. Quanq̄ sine fraude seipsum in-
 gerere, p̄serrim ad officia curare, nō uideat satis possibile, fraudā
 tur em Papa & populus, si nō fuerit talis, qualis requiri. At quis
 hoc de seipso audeat affirmare: & tñ nō pudet p seipso supplicare
Tandē & cōtractus reemptiōis in magnū damnū totius mun-
 di nunc avaritiae seruit, cū ideo census eman̄t, ut lucra augescant
 & certa fiat substantia sine labore & periculo, nō ut deo liberius
 seruiāt, aut necessitatē prouideāt, cum tñ intentio Papæ fuisse &
 esse uideat, nō ut otio uacent, nam labor & solicitude oībus im-
 posita sunt. Gen. iii. In sudore uultus tui tresceris pane tuo. Et lob.
 v. Homo natus ad labore, sicut avis ad uolandū. Igitur aliquot
 causas assignemus iuste census emendi, si scilicet sunt primo se-
 nes, pueri, infirmi, q̄ em satis habent laboris ex ipsa uita sua. Se-
 cundo, Si sunt alio labore occupati, s. qui deo seruiūt, ut religiosi
 sacerdotes, plati, studio, uerboq̄ dei uacantes, Et q̄ cōmunitati ser-
 uitunt, & alienæ necessitatē, ut Principes, senatus, p̄sidentes oppi-
 dis, uillis. Alioquin si deus unicusq̄ secundū suū labore redditus
 est, quid recipient otiosi, qui pecunia sua nō nisi ad lucrū, lu-
 cro nō nisi ad otium, otio nō nisi ad delicias, delicijs, nō nisi ad pe-
 ccatū abutunt. Nō ergo illi sunt securi, qui tantū modo sibi serui-
 unt censibus emptis. Nō q̄ emere cēsus adeo sit malū, sed q̄ aua-
 titiae in hoc seruit nec aliud q̄ diuinitas securus q̄rere peccatū est.

R. P. MARTINI LUTHERI DE X. PRÆCEP-
PRÆCEPTVM OCTAVVM.
CNON LOQVERIS CONTRA PROXIMVM
TVVM FALSVM TESTIMONIVM.

Vitium linguae, quā apostolus Iacobus mundū iniquitatis appellat, omnī post cor membrorum est peccaminōsissimū, nec ullum membrū tot speciebus peccat, excepto corde, quod omnibus speciebus peccat. Nam linguae uitium in iurando, promittendo, orando, docendo, nomen dei assumendo &c. prima tabula in secundo p̄cepto prohibitū, id est, omnē uerbū quod contra deum direste peccat. Item prohibitū est tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, & nunc octavo, proslus per omnia præcepta præter. i. ix. x. quæ solū animū tangunt. Nam cōtra tertiu agitur, nō orando, gratias agendo, legendo die festo.

Quartū, parentes superbe alloquēdo, irreuerēter respōdendo exprobrādo &c. Quintū, maledicēdo, detrahendo, criminando &c. Sextū, impudice loquendo, Septimū, furandi consiliū exhortationē, excusationem, defensionē dādo. Octauū, nūc ut videbit̄ mentiēdo, adulādo &c. Igitur sicut prohibitū est nocu-
mentū, p̄sonæ propriæ, personar̄ attimentiū, rex corporaliū, Ita nūc bonorū q̄ sunt in fama, laude honore, noīe, prohibet̄ nocu-

Contra hoc præceptum peccant, mentū.
Primo & propriissime docti, maxime autē Theologi & universi, qui falsa tradūt discipulis, & utriq̄ dupliciter, scilicet uel sci-
enter uel ignoranter, & secundū hoc gravius peccant uel levius
De Theologis primū, quia ij̄ graviſſime oīm peccant cōtra hoc
præceptū, qñ scripturā sanctam & uerbū dei peruertunt & false
exponunt uel aptant nō recte. Hinc enim sit, ut false dictū, occidat
anias, aut saltem disruptiet infelices cōscientias. De primis hōge
sunt hæretici & Monij Singulares, qui dei uerba suis sensibus a-
peant, & in sui obsequiū captiuant, cū deberent cōtra. & hoc in
ijs, q̄ pertinent ad fidē & salutem, hoc tam magnū peccatū repu-
tatur apud deū, ut nullū aliud in scripturis frequentius, acriusq̄
arguat per oēs figurās & prophetias. Vnde Psal. iiiij. Filij hoīm
usquequo grāni corde, ut qđ diligitis uanitatē & quāritis men-
daciū. Et v. Odisti oēs qui operant̄ iniquitatem, perdes oēs qui
loquuntur mendaciū. Vbi de talibus magistris loquit̄, ut patet
infra, Decidant a cogitationibus suis, id est, studijs &c. Et psal. i.

Beatus uis qui nō abiit in cōsilio impioꝝ, & in uia peccatorū nō sterit, & in cathedra pestilentia nō sedit. Et ubicumꝝ de dolosis, linguaqꝫ doloſa loquiꝫ, hos p̄seudomartyres, i. fallos testes taxat
Dico ergo, Nūnquid excusantur, cum faciant id pia intentiōe & zelo der. Sic enim sese h̄eretici solent excusare, ut nostri uicini Pighardi Boemīa. Respondeſ quod nō, imo eo magis accusan‐
tur, quia ex superbia procedit iste zelus, qđ doceri uolunt & au‐
dire, sui ipsius magistri facti. Vnde R.o.x. Testimoniū perhibeo il‐
lis, quia zelum dei habent, sed non secundū scientiā. Et Gal. iiiij.
Quicunqꝫ uos perturbat, iudiciū suum portabit. Et i. Qui aliud
euangelizauerit, anathema sit &c. Tales em̄ habent bonū zelum
sed nō timent. Sunt em̄ de tali zelo securi, quasi nō errent, q̄ pie
intendāt & garriunt, q̄ omne peccati est uoluntariū, & inten‐
tio nominat opus. At nos (inquiunt) bonā intentionē & uolum
tatem piā habemus, & ita sum̄ obstinati & securi. Quibus re‐
spondeſ, q̄ habent pessimā uoluntatē & uenenosissimā intenti‐
onem, nō dico eam, quā sentiunt & allegāt, sed profundiorē
illā, qua superbii sunt, & nolūt aliud audire q̄ suā intentionē bo‐
nā, nec credere alij, q̄ suā pia uoluntati, hanc em̄ intimā suam su‐
perbiā non uidentes, uestiuunt eam, ficta & uiolenta intentione
bona & pia uoluntati. Vera em̄ bona intentio & radicaliter bo‐
na uolūtas, nunqꝫ stat secura & sine timore. uereſ enim oīa ope‐
ra sua cū lob, imo uerba & cogitata. ideo nulli adhāret bonae
suā uolūtati & pia intentioni, semp̄ paratiot alijs cedere, q̄ libi
credere, quantūcumqꝫ speciosissima sua sit intentio. q̄ timore fit,
ut nihil noui moliat, seruet unitatē custodiat pacē, & augeat cō‐
*S*ecundi, Qui & si falsa nō doceant, ut occidant, tñ (cordiā.
superficialiter, ac minus q̄ debent, docent, ideo sunt crucifixores
conscientiarū, & tortores animarū, ut sunt ij, qui salua fide Chri‐
sti, iustitias operū docent, raro fidē, sapient opera. dē quibus mi‐
hi uidet Apoc. ix. dicere, Quod locusta nō occiderent hoīes, sed
cruciarē eos mensibus quinqꝫ, quia scilicet docent, per opa satis‐
fieri pro peccatis, & tñ per hāc nunqꝫ habent quietem cōscientia‐
rum quā sola fides Christi donat. Quo circa, cū scriptura sanda‐
uelit in timore & humilitate tractari, & magis studio pia orati‐
onis penetrari, q̄ acutūne ingenij, impossibile est, q̄ fine dāno
sunt uel suo proprio, uel alioꝝ, q̄s docet, qui nudo ingenio steti,

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

in eam irruunt illotis pedibus sicut porci, tanque sit humana quædam scientia, adeo nullo reuerentiæ discriminæ uersant in illa. Inde ueniut tot promptuli ad docendū, qui statim cognita Græmatica, Theologiæ sine omni studio profitent, dicentes, Nem Biblia res facilis est, maxime aut id faciunt, qui distenderunt uentre suū siliquis illis porcorū (id est, philosophorū) Vnde de eis cōque ritur B. Hiero. quod arbitrio suo trahunt repugnantē scripturā, & iā prouerbiū factū est, scripturā habere cæreū nasiū. Hoc effecerūt insulsi illi, & inepti somniatores, ludentes in sensu literali allegoricō, morali, anagogico, & uocant OCTORES SCHOLASTICI, & hoc propriissimo ueroque nomine. Scholastici enim sunt, id est, ludicri & lusores, imo & illusores tamen sui que aliorum, qui neque quid sit litera, neque quid spiritus, cognoverunt. Et ferendū erat tale studiū in quadruplici illa expositiōe scripturæ, si modo tanque rudimenta haberent pro incipiēribus, Nunc uero totius fastigiū eruditionis in isto ludo statuunt, nec unque ad uerū intellectū pertingunt, qui sine puritate cordis nunque potest attigi. Illam aut quadrigam uersant etiā imp̄ijssimi. Vide B. Hiero. in prologo Bibliæ, de eadem temeritate tractantium scripturas.

De iuristis Secundo, ij enim ad literam cōtra hoc præceptū agunt, quando in Labyrintho suo (id est foro contentioso) nihil aliud querunt qui uictoriā, omnia allegant, querunt, accipiunt, quæ pro se faciant, contra partem aduersariā, ubi nouo miraculo, unus & idem textus seruit cōtrarijs causis, & factū est hoc studiū periculis plenissimum, Sed dicunt, Nemo tenetur seipsum cōfiteri & accusare. Quid aut dicit dominus, Non loqueris falsum testimoniu aduersus proximū tuum, cū hoc pro te alleges quod contra illum est, quem scis iustam causam haberer. Sed habent iuristæ priuilegium magnū, ut nulli contra eos loqui, aut eos iudicare liceat, id autem est, quod nemo recte arguit, quod nō intelligit. At iuris intellectus est infinitus & inexhaustus, nec est repetitus iurista, qui omnia norit, idcirco si non ante de eis licet iudicare, que omnia eorum intellecta fuerint, nunque licebit iudicare, semper enim dicent, non esse intellectum quod arguitur. **XV** nū tamen dicendū, quod & ipsa habent iura, licet neglectissimum, sci licet, quod finis, uita, uirtus omnium legum est, pax, charitas, cōcordia quæ si quis nō intendit, legibus nō uititur, sed abutitur. Qui em

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLA RES 189.

ideo querit effugiu in glossa, contra textu, ut item proroget et
augeat, putas ne uiuam legē habet? Immo literā mortis querit
& contra pacem laborat. At hoc ipsum qui non fecerit hodie,
mirum si diu lurista reputetur, aut diues efficiatur. Si enim tan-
tum quererent pacem, quantū item, nō tot librīs, laboribusq
foret opus. Igitur noli in faciem uerborū intēdere, nec quo &
quomodo ea possis torquere & pōderare, sed uide quo ipsa res-
piciant, nempe ad finem litis & iurgiorū mortem. At hic dis-
gnissime cōsiderandū capitulū vi. Corinth. prima, ubi Aposto-
lus reprehēdit, qd propter secularia, id est, temporalia, & uictua-
lia, iudicia haberēt, & non magis fraudē paterentur. Item Chri-
stus iubet, etiā palliū dari auferenti tunicā &c. Sed dicitur quod
sunt consilia, nō præcepta, nisi ad p̄parationē animi. Ergo autē
illā p̄parationē animi mirabilē nō intelligo, quae nunq̄ proce-
dit & puenit ad opus. Et B. Aug. qui exemplū Christi adducit,
qd coram Anna accipiens alapam, nō prebuerit & aliam, meo
iudicio non recte intelligitur, ac per hoc male defenduntur ipsi:
Huc forte pertinere potest, & illud miserum genus hominū,
qd sese per philosophiæ Aristotelis falsissimū nomen decipit, &
fatigat, cum Aristotēlē neq̄ intelligat ipsi, neq̄ doceantur, fallis-
interim & fictis cōmentarijs pias in Christo animas occupat, &
onerant, imo illudū potius, dum credūt hoc esse philosophiā,
qd nō est, merasq̄ sectantur nugas. Et multo sunt ipsis poetæ ac
quicunq̄ fabulatores fortunatores, propterea, qd Poetæ (ut B.
Aug. dicit) & si recitent fabulas, nō tamen credūt eas esse ueras
sola uoluptate uanitatis delectati. illi aut̄ credunt, ueras esse suas
fabulas. Nam si meo consilio Aristoteles legeret, certe uel in me-
dio anno disci posset ab ingenio mediocri. Legeret aut̄ non si-
cuit hucusq; lectus est, ea fide & religione, qua sacræ literæ, imo
amplius, sed sicut alia quęcunq̄ leuis & extranea materia, tantū
ut sciret, non ut defendere. VERE ENIM SVMVS sedu-
eti per Aristotelem & cōmenta eius, atq; si aliud non esset, hoc
unū satis erat argumentū, quod tot sectæ & capita sint in ista be-
stia gentili, simili Hydræ in Lerna, nam ibi sunt THOMIS-
TAE, SCOTISTAE, ALBERTISTAE, MODER-
NI, & factus est quadriceps Aristoteles, & regnū in seipsum di-
uisum. & mirum, quod nō desoletur, sed prope est ut desoletur

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Quomodo ergo potest fieri, ut ueritas sit in tanta opinionu cōfusione: cum enim sint contraria, necesse est ut & false.

ISed si isti doctores & magistri peccant, & contra hoc mandatum agunt, ubi manebūt illi omniatores, & perditū genus hominū, qui prædicant falsa miracula, mendaces legendas, ostentant fictas reliquias, fruiolas suas uisiones. Hic aliquis impudenti fronte iactat se cū Christo & matre eius locutū & risisse, puto etiā saltasse. Hic habet foēnū, in quo Christus iacuit, quod tamen hoc anno natū est, & raptū in horreo. **A**udiui ego factū, qđ mulier quædā (diabolo incitante, deoq; uolente, ut illud eret eiusmodi superstitionis quendā fatuū cultorem) pubem suā totondit, & illi porrexit, suadens, qđ essent capilli S. Catherinæ, trans mare aduecti. credidit ille cuculus, & pro reliquijs osculandos prebuit & uenerandos. Et ecce quid sit: Cœpit etiā miracula operati pūbes illa turpitudinis. nec īmerito, ut fallantur mendacijs, qui nō colunt ueritatē. **E**cce hæc cū sint tam impura & impudentia, ut nec corā pudicis referri possunt, tamen fiunt. Igitur hi loquunt fallsum testimoniū, non cōtra homines, sed contra deum, & sanctos iam regnantes. **T**ale & illud est qđ nuper quidā ostendisse dicitur scenum, quod fortuitu inuenit, dicens esse scenū, in quo Christus, seu nescio quis sanctus dormierit. Ista ergo fabulamenta, indocti passim sacerdotes, sed plus monachi stationarij multiplicant. Et pastores non parū delectantur fabulis legendarū & indulgentiarū, & oīm quæ dici possunt, præter euangeliū, quia illa lucrosa sunt, dum populus a ueritate aurditiū auertit, ad fabulas conuersus. **S**ed uæ uæ atq; uæ iterū talibus fabulatoribus. **O**pus hic esset maxima reformatiōne ecclesiæ, ut prorsus nihil quātumq; pium & bonū, prædicari permitteretur, nisi qđ authenti cū & canonisatū esset, nam sub tali pietatis specie pariter illa mōstra fabularū intrauerunt, ut prædicatores ecclesiastici prope superent Poetas gentiles fabulis & mendacijs. Immo aūsim dicere, nec tutū satis esse, quod probatæ legendæ & miracula sic prædicentur, ut inde ueniat usus omittendi euangeliū. Sunt em̄ non principalis pars sermonis habēdæ, sed tantumō interspergēdæ euāgelio, ubi ad ppositū faciāt, & nō integrō sermone tractadæ. **S**ecundo, prohibet omne mendaciū, hoc est fallsum testimoniū cōtra proximū. Est aut̄ triplex, locosum, officiosum, pñiosum,

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLARES 190.

secundū B. Aug. **O** locosum propriē nō est mendaciū, quia statim percipit esse mendaciū, nemoq; fallitur, & ille, etiā qui sic mentiatur, intendit sic loqui, ut appareat false loqui & nugari. Est tamē peccatiū, scilicet turpiloquiū seu scurrilitas & vaniloquiū. Continetur aut, quod aliqui tam rudes sint, ut tali etiā fallantur, maxime quādo in religionibus sit iste iocus, ut cum dicitur, Si rem perdisti, da calidam similam pro eleemosyna, & salēm benedictū de super pone, scilicet sup rem pditā, & inuenies, qđ rudes inteligunt super similam, & credunt se inuenturos, & similia multa.

Officiosum, qđ causa officij (id est, obsequij) sit ad salutē & utilitatem suā, uel alterius, sine dāno alicuius, ut si pudicitia fœminæ periclitaretur, & aliquis negaret esse eam, ubi est, uel aliud simile. Tale mendaciū dixerunt obstetrics Hebræarū mulierū in Aegypto. Item Michol uxor Dauid ad Saul, uide ibidem utrāq; suo loco historiā, an aut eo sit utendū, Respondit B. Aug. qđ nō sed dicat uerū quantū potest alijs uerbis, ut de quodā Episcopo dicit li. de mendacio, qui in iudicii querenti rerum, qui ad se consu gerat, Respondit, Nec mentiar nec prodā, nō tamen est peccatiū mortale, maxime qñ rationali causa sit, & perturbatione subita.

Perniciosum (id est, dānosum) quia ad dāniū alterius falsum dicit, & fallit sic mentiens, proximū, sicut non ueller ipse falli, de qđ dñs p Zacha. Loquimini ueritatē unusquisq; cū proximo suo Et iterū, Pacē & ueritatē diligite &c. Hæc em̄ sunt, qđ placet mihi. Hoc malū in negotijs, tractatibus, pactis, foederibus, literis, sigillis & omni cōuersatiōe homī hodie latissime, pestiletissime, potentissime regnat, secundū illud O see. Mendaciū, furtū &c, inunterū, quia hoīes obliuiscunt illius regulæ, Quod tibi uis fieri fac & alteri. & qđ nolis, ne feceris, excæcati cupiditate ppria &c.

Vide aut monstrū humani cordis, etiam si oīa alia peccata hominē non foedarēt, hoc solū uitū maxime est cōtra naturā hoīs

Primū, Quid enim oīs homo magis, qđ scire desyderat natura, quid magis horret qđ fallit sicut B. Aug. qđ anima nihil adeo desyderet, ut ueritatem, & tamen facit cōtra homo, & libenter.

Deinde etiā si gula, uel luxuria, ira, inuidia, accidia, auaritia, cū multis bestijs conuenit, hoc tamen uitio eas superat cum diabolo, qđ solus homo mendax est, & diabolus pater eius, soli enim homini ratio & sermo data sunt, quorum officiū est, ueritatem

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

dicere. **E**t hinc credo, quod inter omnia conuitia, nullū sit acrisus, q̄ si quis dicatur in faciem, mentiri. **V**rit enim hoc conuitū, plusq; si luxoriosus, ebriosus, iracundus, superbus dicatur, puto qd natura ideo facilius sentit, quia innaturalissimū uitiū est homini, deniq; humanæ societatis maximus hostis est mendaciū.

Tertio peccatur contra hoc mandatū, Adulatione, sub qua su surro, bilinguis, & terra lingua, & omnia mala linguae, alia uide præcepto v. Hoc aut uitio nullus hominū uacuus est, nisi sit, qui cito uelit occidi & oīm odia mereri, puta qui recta cordis institutione, nulli taceret ueritatem, secundū illud Psal. xiij. Ad nichil deductus est in conspectu eius malignus (id est, non timet nullum hominē malum quantūlibet sit potens, diues, sapiens, iustus, non enim accipit personas, nec respicit faciem) rursus timetes glorificat, quantūlibet sunt infirmi & pauperes atq; stulti. Id circo, aut adulandū est mūdo, aut odium sustinendū a mundo, quod in Christo, & omnibus sanctis satis nobis monstratū est.

Hoc aut uitium licet passim dominetur, tamen in aulis principum, & Pontificū, totis castris triūphat. Ibi enim sunt, qui molibus uestimentū, & teneras habent auriculas. & certe nō est in mundo locus, a quo adulatio debeat abesse longius, & tamen ibi est frequentior & potentior, siquidem seductio principis in malū, aut retractio a bono, necessē est omnibus subiectis noceat. neq; est nocentior pestis regiorū & prouinciarū, q̄ adulator in aula. **Q**uid enim querimur de bellis, aut gladijs, aut armis? Adulatoris lingua super oēs gladios est. deberent itaq; ab aulis q̄ maxime repelliri, & grauissime puniri. Legitur de Alexādro Ro. imp., adeo infenso adulatorib⁹, ut cū uideret corā sese, molliori gestu aliquem adulantem, nō dimitteret impunitū, uel si maior erat, saltē derisum. Et Diogenes interrogatus, quæ nam ferarū esse no centissima respōdit, intet feras Tyrannus, inter cicures adulator.

Chorū duces & exempla in scripturis sunt tarde reperta, forte ob detestationē uitij huius, nam primus & insignior cæteris est Doech Idumæus, qui i. Reg. xix. & infra Sauli in oībus adulatus causa fuit cædis oīm sacerdotū in Nobe. sed & multa alia mala David parauit. Hunc sequunt Ziphei, proditores David. Tandē Siba seruus Miphiboseth, qui etiā David regē decepit, Sed attendant quo fine Doech consumptus est cū Saule, cui adulabat, sed

& filius eius patris adulatio[n]e infelicit[er] imitatus ij. Reg. i. statim a Dauid occisus est. Vnde & Psal.li. tot⁹ eundē Doech fulminat, Quid gloriari in malitia &c. Audiant adulatores qđ sequit[ur]. Dilexisti uerba p̄cipitationis, linguā dolosam, p̄pterea deus defruet te in finē, & euell[et] te, & emigrabit te de tabernaculo tuo & radicem tuā de terra uiuentū. Vide quā exaggerata impreca[ti]ōne persequitur adulatorem. Diligunt enim uerba p̄cipitationis, id est, quibus p̄cipitent, pessimum, absorbeat proximos suos apud prīncipes, ut ipsi tantumō dominent & placeat &c.

CUltimo peccatur falso testimonio, in iudicio publico, de quo & supra dictum est. Hic aut[em] iuristarum, Notariorū, patronorū, aduocatorum, iudiciū periculū agitur. Hic iura ipsa sanctissima rosæ patiuntur conditionē, ex qua colligit mel apis, uenēnū aranea, & dicunt, pulchre sese excusantes, Vigilanti iura subueniūt. Et iterū, Confugiendū est ad remedia iuris. Hæ sunt duæ regulæ uehementer utiles. Primo ad protogandā iustitiā, deinde ad se minandā litem. **T**ertio ad implendū marsupium causidicorū, nō quod regulæ illæ male aut false sint, sed qđ sere nunq[ue] bono usui seruat, quod patet, si aduertas, quid ipsi intelligent per Remedium iuris, & uigilanti ad iura. Nempe id, scilicet, quod cū uel teste cōscientia pessimā habeat quis causam, uel saltē dubiā, non hic audit consiliū spiritus, tene certū, dimitte incertū, imo id cogitat tantum, quō ex causa pessima faciat optimā, uidelicet qđ æ grotat, ideo remedia iuris illi adhibet. & hoc est uigilare eorū. uigilant enim sup iniquitatē, ait Propheta, & ita fit ut ex eodem textu iuris, uenēnū, iniquitates defendens, alius mel, iustitiae patrocinans, hauriat. **H**ic aut[em] quid dicam? nisi ut miseriam Christianorū deplorem, qui omne studiū suū conuerterunt ad lites, indicia, forū, nec ullus dignatur, hic illud Christi attendere, qđ uultis ut faciat uobis hoīes, & uos facite illis. **O**bsecro te homo tenta, proba, interroga te ipsum, si qđ habes causam cū proximo, nōne uelles ut te dimitteret in pace, nō litigaret tecum, ut crederet tibi. Hoc ergo uis ut faciat tibi homo alter. Cur nō facis & tu eidē & cedis? **A**t inquis consiliū est, non præceptū. Respondeo, quō est consiliū, & non præceptū, qđ Christus statim addidit, hæc em lex & Prophetæ: nunquid lex est consiliū: ergo nullum restat præceptū: nulla lex: **Q**uid hinc sequitur, nisi quod &

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE¹

Christi & naturæ legē obliti, in medijs agamus tenebris: idcirco periculosisissimū est studiū iuris hodie, cū non seruiat ad pacē, ad lites cōponendas, sed suscitandas, prolongādasq[ue]. ¶ At dicas. Si sic facere oporteret, cito futurū est, ut pedibus conculcemur, & oīa rapiantur quē habemus. Hic dico, hoc est quod uult scriptura Ideo em̄ pupillos, orphanos & uiduas, pauperes & oppressos nos uocat. Quod scilicet euangeliū servantes, patimur plura mala propter uerbū eius, nō uindicantes, nō retaliantes, Imo etiā orantes pro psealentibus & calūniantibus nobis, ut simus filii patris nostri, qui est in cœlis, quia & ipse benignus est super ingratos & malos. Et deberemus gaudere, nos esse pupillorū nomine dignos, quoniam p̄tector eorū est Christus, quod si repetimus & litigamus, quando erimus pupilli. Verum & hæc salutaria præcepta, nobis in cōsilia mutauerūt, dicentes, quod secundū præparationē intelligenda sint animi, & non attendunt, quod assidue ueniūt casus, præparationē illā inops extendendi, & tamen nō faciunt. Atq[ue] hic uide dei potentissimā sapientiā & sapientissimam potentiam, ipse dixit, Verba mea non transibunt, & unū iota nō præteribit a lege donec omnia siant, uide inq[ue] quo uerum sit, ipse dixit & facta sunt. Illi qui nolunt auferenti palliū, & tunicā dare, cogunt̄ etiā camisiā illi dare inuiti, quia non dederunt tunicā uolentes, & per illos inuitos implet̄ mandatū, quod per spontaneos nō potuit. Frequentissime fit enim, dū duo super re quapiā contendunt, per amicū partū quilibet alteri cedens, ambo accepta rei parte, contenti forent, ubi dum litigāt, longe plus rā consumunt, & in causidicos profundunt duplo, quā cogerentur cessisse alteri partiū. Quid: qd aliqui ultra rei summā, duplā etiā cōsumunt, & tamen etiā illā perdunt. Hic cantari tempus est iustus es dñe, & rectū iudiciū tuū, da causidico ingrato, alieno, irridēte te. xx. florenos p̄ lite, qui nolueristi fratri cedere x, florenos pro pace. Quis est hic reprehendendus, nisi tu oīm cēcissimus, q̄ pecuniā profundis indignis cū peccato, quam cum merito poteras relinqui fratri aduersario tuo, quē deus dignū indicarat ut haberet? Quod si triumphaueris, tamen cū peccato habes trium phū, & in morte utroq[ue] nudus inuenieris. ¶ Verū hæc dicta sint de priuatis, nam publicæ personæ debent uigilate, ut nulli fiat iniuria, & requisiti uindicare illatā. Requirere autē permittitur infit

P TIS DECLAMATIVNCVL AB POP VLARES

192.

mis prohibetur aut̄ Christianis. **V**ltimo notandū, q̄ sicut ap̄o-
stolus Petrus ait, Nemo patiat̄ ut fur aut malefactor, id est, nō de-
bet fateri, sibi iuste fieri, si sit innocens, sed culpā ablatori denun-
ciare, & penes illū telinquere aculeū conscientiae. Sic enim sancti
martyres, Atralitus cū suis accusati, quod infantes uorarent in o-
culta, oēs Christiani cōstanter negauerūt usq̄ ad mortē. Sic Za-
charias a Ioa rege occisus, dixit, indeat dñs & iudicet. **E**t S. Tho-
mas Cantuariensis occisus est, nō quia nollet res auferri, sed quia
iustitiā ablatores habere negauit, nā utiq̄ pmisit auferri res, neq̄
testit ullo mō. **Q**uin S. Stephanus quoq̄ adeo negauit suos pa-
secutores iuste agere, ut etiā pro peccato eoz oraret. **S**ic S. Hiero-
scribit de muliere septies p̄cussa, q̄ morte & oīa alia non timuit
sed innocentia secū noluit ferre. **I**mmo ideo Christus Malacho
respondit dure, & negauit se male locutū, ne iuste ille sibi uidere
tur fecisse. ideo etiā respondit Caiphæ se esse filiū dei, & falsum
testimoniū illorū confutauit, & tamen uitā sibi auferri permisit
imo uoluit, ut ita & nos rem relinquamus, iustitiam seruemus.

Recapitulemus itaq̄, & in summā ducamus. Hoc pr̄ceptum
tunc implermus, qn̄ non solū falsum testimoniū non loquitur
sed nec de aliquo dici uolumus audire aut pmittre (sicut faciunt
qui credunt uel adulatoribus, uel cōsentienti detraCTORIBUS) imo
adhuc reus est huius mandati, si nō omni studio solicitus sit fra-
tris iniuriā, infamia, ignominiā excusare, tegere, aut saltēsi
nō amplius potest, extenuare, cōtradicare infamati bus, accusati
bus, detrahentibus, sic enim sibi uellet quisq̄ fieri. & sic erit fili-
us spiritus dei, qui paracletus uocat̄, quia loquitur bona pro no-
bis, & dat testimoniū spiritui nostro bonū contra omnia testi-
monia diaboli & cōscientiae. deinde ut etiam doceat ignorātes
deum, deiq̄ uolūtatem, moneat errantes, resistat decipientibus,
& hereticis, ac alijs mentiū deceptoribus, ut Apostolus ait. **Q**ua-
re hoc pr̄ceptū requirit ueracem, iustā, salutarem, innociam, &
oīo totam fratremis officijs deditam linguā, atq̄ id ex intimo
cordis fauore, haec est charitas, quæ nō agit perperam, nō emu-
latur. **I**gitur & si nō sit necesse confiteri sacerdoti, si fratrem non
excusaueris accusati, fœdatū falso testimonio, oppressum adula-
tione uel detractione, fore cōtentus, qd tu non ea feceris, certe co-
ram deo reus argueris tā impij silentij, & male oiantis linguae,

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

quæ in hanc fratris tui necessitatem & seruitutē tibi data est. At rursus si id feceris, omnia in te irruabis, & mox occideris. Et id est, quod deus uult, ut quantocius propter uerbū eius, e mundo ejciamur, & occidamur, & coronā iustitiae quantocius accipiamus. Hæc est uera & spiritualis huius præcepti intelligentia.

PRAECEPTVM IX. ET X.
NON CONCUPISCES DOMVM PROXIMI

tui, nec desyderabis uxorem eius, nō seruum, non ancillam

non bouem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

Hec sunt in sexto & septimo inclusa, quia secundū expositi
Honē Christi, ibidē prohibet omne desyderiū & cōcupiscen-
tia uxoris & rei proximi. nam qui uiderit mulierē ad con-
cupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Deinde
auaritiā & cupiditatē adeo damnauit, ut etiā tunicā dandā iube-
ret ei, qui palkū abstulerit. Verū uide⁹ meo iudicio istis duobus
præceptis prohiberi ipse fomes, & inuincibilis cupiditas, ipsa in
q̄, radix malarū cogitationū, ut scilicet vi. & viij. intelligantur
prohibiti cōsensus cordis, & signū membroꝝ, uerbum oris, &
opus corporis mali, hic uero etiā ipsi primi motus una cum fo-
mite, qui est origo illoꝝ. Nam oportet nos ita puros fieri, anteq̄
in regnū cceloꝝ ueniamus, ut nec motus mali in nobis sint, nec
ullus fomes ad malum inclinās, sed perfecta sanitas corporis &
animæ, ab omni prorsus uitio, quod sane in hac uita non fiet,
nec est in potestate nostra. Quis enim gloriabitur, se mundum
habere cor: quis hunc ignem intimissimū extinguet: cum Apo-
stolus clamet aduersus hanc mentibrotum legem, & legem pec-
cati. Ideoq̄ oculos, aures, omnesq̄ sensus intus & foris cohibe-
mus, ne regnet peccatū in nobis, sed concupiscentiā nullus cohī-
bere potest. Ideo deniq̄ deus misericors statuit corpus nostrum
in puluerē redigere, & per ignem uniuersalē incinerare, ut cōsu-
mat omne uitium carnis nostræ per ignē, adeo odit deus hanc im-
munditiā. It hinc sequitur, q̄ sola ista duo sunt præcepta, quæ a
nullo quantūlibet sancto aliquo modo implent. Cetera omnia
implent, quia opus, uerbū, consensum, fortiter opprimunt. sed
hic manent rei & peccatores, quia nihil de istis p̄ceptis implent,
cū sint infecti inuincibili cōcupiscentia carnis & retū, ideo omes

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

195.

peccant, & egent gloria dei, ideo omnes orant, Sanctificetur nomen tuum, fiat uoluntas tua, Dimitte nobis debita nostra, Ideo omnes desperant in meritis suis, timore sua imundiciae, & confidunt de misericordia dei, ut sic beneplacitum stet dei super timentes eum, & sperantes in misericordia eius.

Hinc etiam dissoluit concertatio illa Scholasticorum doctorum, an illa duo praecepta aliud prohibeant q̄, vi, & vii. item an sint diuersa praecepta, & frustra laborant, dum haec duo de cordis intelligentia operibus, quae nō possunt negare in vi. & vii. esse prohibita, ac sice adē repetita, & frustra posita, haec duo cum sint easdem cum illis, nec possunt dicere, quod illic opus, hic uero cogitatio, seu illic manus, hic cor prohibeat, quia Christus ipse restituit, qui illa de utroq; intelligenda docet. **R**estat ergo ut apostolum Paulum sequamur, qui illa duo in uno cocludens dicit. Concupiscentia nesciebā peccatum, nisi lex diceret. Non concupisces R. vii. Et late ibi prosequitur illo teneri omes sanctos, etiam leip̄m ergo somitis malū, & (ut sic dixerim) essentialis seu causalis impunitas in nobis hic prohibet, qui ergo omnia illa superiora se puritat implesse, saltē hic uidet sese imundū, & egere se Christi mundicia, pro se oblata & acceptata a deo parte misericordiarum.

Potro iudaeo uel potius porco & intelligentia, indignior est q̄ ut in praecepta haec admittantur. Dicunt em̄, qd vi. & vii. prohibeat opus solum, & ix, ac x. conatus exterior, & indicium operis manifestū, quo modo & apud luristas conatus punitur, ut si quis rapere inciperet filiam alicuius, aut pararet insidias uitiae alterius, plectitur capite. Ac sic apud eos cogitationes & uerba sunt libera, plena dolo, & ira, & amaritudine, & omni (ut Christus ait) spurcitia, quia mundant id quod deforis est, intus autem plenū est avaritia & omni iniustitate. Ideo Synagoga est illa mulier, quae propter fœditatem suam, dato libello repudiū, dimissa est.

Hæc sunt decē uerba (ut ait Moses) in quibus prorsus omne mādatū salutare cōtinet, & licet possint redigi in pauciora, rursum distribuū pluriora, tñ placuit deo in denario numero illa pone re, q̄ est numerus universitatis, pfectę summę, ut sicut oia olim cōtingebant in figura, ita & numerus iste denarius præceptore ideo assumptus est, ut figuraret omnium præceptorum summā.

FINITIS præceptis decē, nunc reducenda sunt ad illa tam

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

multa genera peccatorum, siquidē nullū est peccatum, nisi quod contra praeceptū sit dei. Nescio em̄ an cōfessuris expediat tot differentijs peccatorum memoria onerare, & sacerdotē farigare, ut sunt omissio & cōmissio, deinde corde, ore, opere, iij. quinq̄ sensus, iiiij. sex opera misericordiæ, v. septē sacramenta, vi. septē peccata mortalia, viij. septē dona, viij. octo beatitudines, ix. nouē aliena peccata, x. decē p̄cepta, xi. duodecim articuli fidei, xij. duodecim fructus sp̄s. Ulta hēc sunt quatuor virtutes Cardi. & tres Theologicæ. Item peccata muta, peccata clamātia in cœlū, & tandem peccata in spiritū sanctum. Obsecro quid prodest ista confusio, & distractio mentis. Ita hēc obseruantur, ut etiam necessarium existimant, nomina differentiarum, & distinctionū numerare, ad perdendū scilicet tempus, ad obtundendū confessore, ad perturbandū seipsum, ut maiore cura, horum memoria labore, q̄ contritionem meditetur. Item ad alios etiam impediendū. Ex ignorantia docētum iste tumultus confessionū natus est, cum cōfessio debeat esse breuis & apta, ut cito possit expedire uterga. Cigitur peccata mortalia primū accipiam⁹, quoq; numerus uidet ex Iohann. Chryso, sumptus. Hic em̄ septē gētes Cananeorum. Deut. viij. exponit viij. uitia, moraliter uolens oīa peccata sub ijs cōprehendi, magis ratione numeri septenarij, qui est universita tis symbolū, q̄ proprietate nominū. Nam alijs faciunt octo, alijs nouē, addentes, inobedientiā & uanā gloriā, tum alijs diuidentes matres in filias, & in species genera, tota in partes integrales. & subiectiuas, infinita ex illis deduxerūt, & maria peccatorum interim nihil de praeceptorum uera intelligentia solliciti.

Igitur nō tñ septē sunt peccata mortalia, nisi uoluntatia diuisione, non necessaria rōne uel authoritate, sed possunt tum pauciora, tum plura esse, secundū qđ uaria tropologia in scripturis occurrit. Vnde B. Aug. in duo diuisit, scilicet igne accēsa & suffosfa, id est, amorē male accendentē, & timorē male humiliantem. C Primū itaq; mortale peccatum est Superbia, quæ est duplex. Exteriōr, quæ in bonis corporalibus est. Interior, quæ in bonis spirituualibus est, & ideo semper est cōtra primū mandatū. Quod patet, q̄a nō habere aliū dēū, hoc est, in nullo cōsidere, placere, gaudere, delectari, frui, q̄ in deo solo. At superbia nūc in diuitijs, nūc in uitibus, nūc in forma & uestitu, nūc in potētia & honore,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

192.

nunc in nobilitate. Item intus in sapientia, arte, ingenio, iustitia
virtute, sanctitate cōsedit, placet. Hæc bona creata eo actu colens
qui soli deo debet. Siquidem superbire duo importat. Primū, sibi
placere, secundū alios fastidire, ideo includit uanā gloriā intus,
q̄ si erūpat foras, eo peior est. Ideo superbus dū sibi alicuius boni
cōscius est, nō in illo deū colit, aut gratias agens in eū refert glo-
rificando, led stat in seipso, delestatuſ ſup ſe, & euaneſcit in cog-
tationibus, tūc ſimul aduerit eū, qui talia nō habet, quem, cū ſi-
bi cōparauerit, neceſſario fastidit, & tunc dicit, ſe eſſe aliquid, il-
lū nihil. It implēt illud Ro. i. dicentes ſe ſapiētes ſtulti facti ſunt
ita dicentes (ſcilicet intus apud ſe) ſe iuſtos, pulchros, diuites &c.
iniuſti, foedi, pauperes facti ſunt. Apoc. iiij. Dicis, quia diues ſum
& locuples, & neſcīs quia pauper es, & miſerabilis, & nudus.

Sic itaq̄ ſuperbiæ ſubſtantia non eſt, niſi ubi ſeſe uiliori com-
parauerit, uelut deſutum ad inſima deſpiciens.

Contra humilitatis ſubſtantia non eſt, niſi ubi ſeſe meliori cō-
parauerit uelut uerſum ad ſumma ſuſpiciens. Igitur quatuor pe-
des habet ſuperbia, petulcus ille, & crassus uitulus, ſcilicet.

Ignorantia mali ſui, **S**cientia boni ſui { dei

Hæc eſt ignorantia uera { ſuſpiſius
Ignorantia boni alieni, **S**cientia mali alieni

Huius q̄drati contrariū habet q̄tuor pedes humilitatis, ſcilicet,
Ignorantia boni ſui, **S**cientia mali ſui { dei

Hæc eſt cognitio uera { ſuſpiſius
Ignorantia mali alieni, **S**cientia boni alieni

Igitur non opus eſt, ut conſitear, te prouum eſſe ad ſuperbiā
Quia ſemper ſumus ſuperbi omnes, nec ullus omni ſuperbia ca-
tet. Sed tantum, ſi obedieris concupiſcentiæ eius, & conſenſeris

uerbo, opere uel corde. Reſiquum deo querendū, occulto gemi-
tu, & cōfessione abſcondita in cubiculo, ut ipſe per gratiā ſuam

malum illud radicis antiquæ deſtruat. **D**ictum eſt de ſuperbia,
quomodo prohibita ſit ſub primo precepto, eo q̄ initiu peccati

ſit ſuperbia ſeu quod idem eſt, Initium peccati apostatare a deo,
ſcilicet ſibi ſuſpiſius idolum fieri, ſibi placere, in ſeipſo delectari, potius

q̄ in domino, ac ſic alienum deuin colere in ſemetipſo, quod eſt
grauiſſimū & primū peccatum, licet nemo ſit ex Adam quādiu ui-

uimus, qui nō aliqua ex parte hāc in ſeſe idolatriā agat. Ideoq̄

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

semper sibi poenitendum & gemendum de sui placentia.

Nunc de avaritia dicendū, quæ est cupiditas, radix & que oīm maloī, secundū Apost. eo q[uod] uolentes fieri diuites, incidūt in laqueū diaboli, & multa desyderia inutilia, & nocuia. Hoc uitiū sub duobus præceptis prohibet, īmo sub tribus, scilicet sub septimo illo, Non furū facies, Et ultimo, Non concupisces rem proximi tui, Et sub primo. Cum em̄ sub septimo prohibeat oīs trāstatio rei alienæ, ut dictum est, & præceptū quo dlibet, ut dictum etiā est, est ita spirituale, ut nō tantū opus & fructū & folia & ramos, id est, opera, uerba, signa prohibeat, sed etiā radicē & sucum, id est, cupiditatē ex qua talia meniūt, manifestū est, avaritiā sub furto prohiberi, cū eadem sit radix & furis & auari, scilicet cupiditas. Item cū sub ultimo prohibeat ad literam cōcupiscentia rei proximorū, manifestū est, etiā fontem & caput huius cōcupiscentiæ prohiberi in spiritu, sed hāc est avaritia. Ideo oīm propriissime, ultimū præceptū prohibet, ultimū illud & uiuacissimū oīm uitū, qd cum senescentibus iuuenescit, & cū morientibus uiuit.

Vege apostolus Paulus Ephe. v. suo sensu altius incedens, dicit Quod auarus sit idolorum seruus, id est, cultor, ac sic sub primo mandato illud ponit, quod etiā facit Baruch, iij. Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt hoīes. Et Psal. lxxviij. in spiritu dicit, Et seruierunt sculptilibus Canaan. Canaan est negotiator, quoꝝ sculptilia, quid aptius, q[uod] monetas, & numismata, uasa aurea & argentea, domus, & alias possessiones, significant. Deniq[ue] ideo in lege potissimum prohibemur fabricare deos aureos & argenteos. Et prima idololatria populi in auro facta est, sub aureo titulo. sed & maxia similiter tempore Hierobeam sub uitulis aureis. Inde recte Apostolus, aurū, idolum intellexit, auarum idolorū cultorem uocans, & in Latino nō paruā habent cōsonantiā aurū & auarum, auri auro, auari auaro una tantū litera differunt, ut aurū ab auere dici uideat. Igitur Apostolus idololatreū auarū uocans, eoipso satis exponit primū mandatū, qd cor hominis in solum deū confidere debeat. Nam eodem sensu & gulosos & libidinosos dicit esse uentris cultores, quorū deus uenter est, inquit. Verum isto sensu omnia præcepta sunt in primo præcepto, tanq[ue] in capite suo. Nam omne peccatum est contemptus dei, ac per hoc ipsum contra primū præceptum,

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLA RES 195.

nec potest aliquid præceptū lœdi, nisi simul & primū lœdatur,
quod continet omnia. quia dei uoluntas in omnibus offendit,
& postponitur nostræ. ac sic deus non colitur, immo alias pro
eo solitus, proprieta tamen auaritiam contra illud posuit Aposto
lus, quia imaginibus illa delectatur auri & argenti, multum si
milis ueræ idolatriæ. Cetera autem non ita simulachra, & i
magine s habent. Ideo redeundo concludamus, quod nullus pu
te uacat auaritia, sicut dicit Esa. & Hiero. Omnes a maximo usq;
ad minimū sequuntur auaritiā, beatus qui minus. Idcirco sequi
tur hanc inclinationē corruptæ naturæ, omnes oportet gemere
totam deo, sed non nisi opus eius internum uel externū confis
teri coram sacerdote. Et qui diceret se uacuū esse cupiditate, ma
gna certe superbia sibi arrogaret summā puritatis perfectionem
Ideo beati qui lugent, quoniam lugendi materiam habent in se
ipsis, super seipso, ut dominus dixit ad mulieres sequentes.

Tertium mortale peccatum, est luxuria, cuius species satis distae
sunt sub sexto præcepto. Non mœchaberis. & nulli dubiu, quin
illuc pertineat, ideo iudicasse id sufficiat.

Quartum, Gula, soror, immo irritamentū, & procus, & mi
nister luxuriae, sicut & Ethnicus dicit. Sine Cerere & Baccho fri
get Venus. Hoc uitium Apostolus Phil. iii. sub primo mandato
locat, dicens, Quorum deus uenter est. Idem Ro. xvi. facit. Hu
iusmodi non Christo, sed uentri suo seruient. Poteſt autem sim
pliciter sub sexto præcepto ponи, quia ubi libido prohibetur, ibi
certe & omnis occasio & fomentum libidinis prohibetur. Inter
omnia autem fomenta libidinis, maximū & fortissimū est gu
la, cuius ratio est, quia internum, cetera ut aspectus, colloquium
auditus, tactus, sunt externa. Gula autem inflat uenas, & prouo
cat totum corpus ad libidinem. Nam & gentilis Plinius dicit, li
bidinem portentosam sequi post ebrietatem. **E**t B. Hiero, ad Eu
stoch. & alias dicit, nihil ita mouere libidinem, sicut cibum, in
digestū. ideo gulosus, uolens se tradit in libidinem. Sic etiam &
otium, & pigritia, somnolentia, strati mollitudo, omniaq; alia
libidinis mancipia, prohibita sine dubio intelligendū est ibidē.
Et nisi gulosus statim occupetur labore multo, inuicta capietur
libidine, & titillatione. **V**nde B. Hiero. Venter mero æstuans ci
to despumat in libidinem. Vide quō libido sit, quodammodo uelut

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

naturalis spuma gulæ, sic fumus naturale ignis, & spuma uouiter in fusi uini, & bullitio feruoris aquæ. Quia hęc prohibere potest nisi summa uiolentia. Qui ergo præcipit castitatem, sine dubio & media castitatis præcipit, ut sobrietate, uigiliā, labore, oratione lectionem, meditationem, studiu, officiu in proximum, frigus, aestu, pauperie &c. **Hic tamen notandum**, de uomitu multi sibi maiorem conscientię faciunt, q̄ de ipsa suffusione & ebrierate, sicut multi magis pollutionē nocturnā, q̄ ipsam causam eius, cogitationes, crapulasq; ponderant. Sed certe uomitus non est res mala, nec peccatum unq;, cum uel fiat inuito, uel cum dolore. Idcirco non solū fugiendus, sed etiā querendus est uomitus ebrījs, ut Eccle. xxxi. Si coactus fueris multum bibere, surge & uome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatē. Hoc consiliū sapientis acceptandum est, & non sine ratione. Quia inquit, refrigerabit te, id est, alleuiabit. Valet em illa exoneratio, ut nō ita inflentur ueng, & surget pruritus carnis, dum facilius digeritur, quod minus remanet. Melius est enim uomitu euadere libidinem quam oppletione subire libidinem.

Secundo, quia infirmitas corporis uitatur, ut læsio capitis, & omniū sensuum & uirium. Quis aut̄ non maius peccatum putet, totū corpus lædi suffusione & retentione, q̄ uomitu ab eo periculo liberari: vitam enim abbreviare maius malum est q̄ uomere, immo uomere, nullū malum, sed repleste te & ingurgitasse, ut uomitu egeas, malū est. **C**et utinā sub præcepto, omnes ebrīj & suffusi uomere cogerentur, spero rādem horretent ebrietatē dum scirent se scito oportere uomere quod biberet. q̄q; & modo cogantur mingere, & uentrem soluere, nihil tamē mouent exinde. **Q**uod aut̄ scriptura aliquādo uomitū reprehendit, ut canis reitteris ad uomitū, & Esa. Mensæ replete uomim, inteligitur de uomitu boni, & salutaris uerbi, quod retinere debuit. **T**ertio, Si uenenum aut aliud noxiū aliquod bibens, sine peccato uomit, cur cum peccato uomit, qui uinum, aut potum alium ita bibit, ut ueneno simile nocumentū inferat. Igitur conscientia est habenda in fundendo, nō effundendo, cum ibi multis malis seruiatur contra præceptum dei, hic uero multis bonis contra nullum, immo pro præcepto dei.

TSpecies & differentias gulae omitto, quia non semp̄ sunt pec-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES

196.

cata mortalia. Siquidem nec ipsa gula semper est peccatum mortale, immo raro, nisi sit usu.

C Quintū mortale, est ira, q̄ satis sub quanto p̄cepto est declarata. **S**extum, inuidia, quæ non debuit distingui ab ira, cū sit nihil, nisi inueterata ira, sicut B. Augu. in regula, Ne ira crescat in odiū & trabē faciat de festuca. Nam ira est recēs uirgula. Inuidia est arbor & trabs magna. Igitur & hæc sub quinto p̄cepto est auctoritate loan. Apostoli, Qui odit fratrem suum, homicida est. **C** Septimiū est, acidia, quæ est tœdiū boni, pigritia ~~deinde~~ Græce, quæ est duplex, una in cultu illo figurativa dei & exteriori, ut sunt, e. clesiā uisitare, uerbū audire, orare, legere meditari, cantare, & sic est prohibitiū uitiū sub tertio mandato, Sabbato sanctifices, ut satis patet. **C** Alia est subtilior & interior in toto, & omni genere seruitutis dei. Et sic est nihil aliud, nisi incep̄tæ iustitiae fiducia, & proficiendi negligētia, stare in uia dei, tepeſcere, securū fieri, timorē dei remittere. **N**e q̄ uitio hypocritarū, tota scriptura loquit̄. Hæc em̄ facit iustitarios securos, ante quorū oculos non est timor dei, & auferunt̄ iudicia dei a facie eorū. Horū fiunt no uissima peiora prioribus, quia inuenit diabolus domū eorū ornatā, sed uacantē & securā, ideo ingressi habitant ibi. **O** horribile uerbū nō, quod habitant ibi, quia indurantur, qui eiūdico sunt post incep̄tam iustitiam, longe magis quam prius, ut experientia uidemus, quō nihil mouent̄ ad omnia quæ audiunt se non tangi credūt, & facti sunt uere progenies uiperarū, palea igni in extingibili p̄parata. **I**gitur hoc uitiū sub omni p̄cepto comprehenditur, cum in quolibet sit proficiendum. Sed nescio an sit confitendum. Credo quod non, quia est spiritualis defectus, deo soli, qui & solus ibi mederi potest, aperiendus. **X**

Decem p̄ceptorum finis.

 **SACRARVM LI-**

TERARVM PROFESSORI, FRATRI MARTINO Luther, ordinis Heremitarum, Frater Siluester de Pterio, ordinis I- rædicatorum, sacri Palatij apostolici Magister **Sal.**

iij



ALVVM te esse optarim, Martine Charissime.
Cum resolutione tuarum positionū, etiam tuam
respōsionem ad nostrum Dialogum excepti. Qua
ex re & si me acriter & quidem artificiosissime tā-
gas, item etiam pungas, & quanta clam fieri po-
tuit eloquentia & ui de honestare quæsieris, quia tamen tuum
spiritum Pontifici se subiūcientem primo oculorum coniectu io-
cundissime uidi, necnon conclusionem quam hæreticam nota-
ram, reuocaram, cor meum adeo in te dilatatum est, & amoris
dulcedine cōmolitum, ut aliud exturbare me deinde potuerit
nihil, cum tamen hinc me in ea quæ ad me dedisti, totum con-
tulisse, quæ in me & in mea dicta, tela adegeris, & quantalas
tenter arte, tantū sum minatus, ut in me expleri miraculum ne-
queat, adeo ut cum omni sis arte & colore Rhetoris usus, ipsam
quoq; artem hac arte cælare uolueris, ut te astrueres nolle in lo-
quendo meis artibus uti, cū posses. Immo aliquādo me effiuxi
stū inepte, ne perfectus fector haberi posses, sed missa sint eiusmo-
di. Dicamus uero quod cū dicta mea utcūq; momorderis & pu-
pugetur, in me tamen omnia pene tua tela coniurant, me petūt.
Et quidem contorquente non Theologia, nō Philosophia, sed
præpolitæ & astutis assueta Rhetorica, quæ uerba multū, uerita-
tem parum curat, modo populares aures inflectat. Ita propter
cū longe plura in me quam in mea dicta, spicula ieceris, nunc ea
quæ in me, propediem uero ea quæ in mea dicta, iacula uibrasti
& contorsisti, ueritatis munimine ceu scuto testus rejciāt, eo
uel maxime quod uehementer exoptem speculative duntaxat
tecum agere, quod equidem mox aggrediar quam primū S. ex
commentarijs illis in quibus me submersisti, emersero. Ita uero
optarim hæc in ea dicta capias, utrum in spiritu superbie uel ira-
cundiæ, sed excusationis potius ædita, & plerumq; etiā ioci gra-
tia, salua semp eminenti scientiæ Christi charitate, quæ uisa tua
ad Pontificem humilitate item & obseruantia (modo non fin-
gas) nuper in te, mea ex mente pullullauit. Cum enim meū uelle
sit Pontificis (ut par est) si Pontifici consentis atq; communicas,
itidem tecum faciā necesse est, quanq; rhetorice bellum ingens.
salua (ut dixi) charitate, mihi tecum sit. Igitur ut prætermisis ex-
ordijs re ipsa exordiar. **I**N primis metaxabas, quod noster ad

te Dialogus superciliosus sit, & tractatu tuo prolixo (ne tuis uer
bis usus dicam uerbosissimo) pene cōtinue in me impingis, qđ
bili & effrenata cholera affectus excanduerim, quod qđ iuste &
merito id agas, ex his paucis accipe, Ego enim quanqđ urbis &
orbis domini nostri spontaneo munere inquisitor, ac perinde
sive ordinario sive delegato iure, inspectantibus ad fidem iudex
ad te responsa dedi, nō propter te tantum, quin potius propter
alios uel maxime rudiores, in quibus tuus sermo sensim ut can-
cer serpebat, non secus quam cōtra Donatum aut Faustum aut
Manicheum. Adeo tua uerba Romanam Ecclesiā, item & Ro-
manum Pontificem in primis omnium iudicio grauiter impe-
tebant, ac si talia in lucem dedisses, quasi mox ad Bohemos cō-
migratus, aut magnum aliquod ac latens adhuc scisma pro-
palaturus. Ea propter stimuli ac clavi tui, simpliciū gratia & uni-
uersi populi Christiani, non autem te propter retundendos exi-
stimatorum. Et nihil eo minus cum non ex bili & cholerae feruo-
re (ut astruis) sed dei zelo in primis, & tuendae ueritatis gratia, ac
demū interuentu fidelitatis qđ Romano Pontifici iure iurando
tuli, ad te breuissimū dialogū addidisse, in primis eum discu-
tiendū per eos, ad quos attinet, curauī, ne forte grauius quā par-
erat, te imperiuissim. Adde quod tui ordinis nomen, cui meo
& oīm iudicio plurimū dedecoris eras allaturus (utinā aut faxit
deus fallar) subtricui, quod utiqđ si colerico humore efferbuissim
(ut scribis) non effecissem. Deniqđ ubi per uiros graues probata
sunt mea, in lucem dedi. Quid ergo maliuolentiae uel (ut ita dis-
cam) excandescēris cholerae toties me arguis, qui nihil non dis-
cussum, non probatum, non laudatū prius, extulerim. Tu uero
qui uis ut Christū in te detonantē audiamus, uide qđ modeste,
qđ humiliter, qđ caritatine, qđ reuerēter Magistro sacri Palatiū scri-
peris, qui ad me de honestandum ex sententia, & ex compara-
tione, quanta potuisti arte calliditate, mendacio usus, tandem
cum nihil tibi ultra euomēdum supereffet, cōminatus es, quod
me in posterum tanta modestia non excipies (te enim aīs, cohi-
buisti nisi armatior me in harenam contulero. Et quidem inte-
rim quia de armis sermo se intulit, in harenam his telis instru-
itus descendam, deo duce & comite ueritate, quod nisi te om̄i-
um iudicio strauero, & demonstraro (quod tamen Theologi-

ce dictum uolo demonstrauero inquam, quod tua dicta hæresim complicant nolo uiuere, sed de his nunc satis.

Deinde uero toto pene libello tuo irriseris, quod nihil probē quod cum Thoma meo nudis uerbis utar. Quod quam iuste facias, cunctis mea intuentibus liquet, quippe qui & in exordio & in calce Dialogi, apertissime docui, me nihil aliud tunc efficerem uoluisse, nisi positiones contra tuas positiones in publicum afferre, simul ut cauere didicissent simplices, tuas falsitates, & a te tua fundamenta extorquerem, qui itidem nudas tuas positiones nobis intuleras, & adeo amphibologicas, ut perpiles in earum plerisque nihil nisi præsumptionem & audaciam & eiusmodi intueri possent. Hoc autem ex parte feci, quia nullus est tam insanus, qui nostra conferat tuis, & non præferat. Item etiam tu in probationem tuorum, maximam farraginem addidisti, in qua liquet quid ualeas uere, & quid tecum, in qua etiam diuina eloquia copiosissime quidem, sed tamen more declamatorio citas, & adeo sapienter, ut pene nihil proposito & instituto tuo attineat. Sed neque illud miraculo ascriperim, quippe qui me & Thomastros (ut tuo utar irrisorio uocabulo) & Thomā ipsum irrideas & crimineris, quod distinctionibus assueti, his crebro utimur. O magnum Thomistarum dédecus. Immo maximā gloriam. Tu enim qui tua doctrina mundum te innouatum putas, & eversorum antiquorum monumenta, dum scripturas indistincte intelligis, quasi nihil æquiuocationis aut analogiæ contineant, consequenter autem confuse intelligas, & scribas, & doceas, necesse est. Quod utique ista tua magna farrago probabit, in qua tuis dictis ita coherentia quæ citas testimonia, sicut catus & simia in culeo, tibi que propterea uerum est illud sophisma, nihil & chimera litigant in sacco tuæ scilicet confusæ farraginis. Iterum autem atque iterum & ad nauseam repetis, quod si sim uere Thomista & Aristotelicus, & quod præter Thomam nihil mea uerba redoleant, quod equidem quando ad te scripti oportunum & satis mihi fuisse astruxerim, ad tibi in maledictis contradicendum. Visurus es autem euangelio, an ego quoque & forte longe melius quam tu, manum ferula subduxerim, & an sim purus Thomista uel Iurista aut Canonista aut Paulista aut certe sophista, quanquam etiam si diuum Thomam solum fas-

familiariter nouissem, non plus ascriberem probro, quod me &
 quidem uerissime Thomistam uocitas, quam cæcus prius dein
 de lumine decoratus a Christo, phariseorum maledictionem
 ascriperit, qua pharisei, Ioanne Euangelista teste, ei maledixerūt
 dicentes. Tu discipulus eius sis, id est, Iesu Christi. **O** maledictio-
 nem & obprobrium singulare, esse discipulum Christi, aut etiā
 dini Thomæ, cuius doctrina uelis nolis per Ecclesiam Rom anā
 cibrata est & probrata, non quasi canonica, sed tanquam mo-
 tibus & fidei catholice conformis. & quam summus Pontifex
 Innocentius, excepta scriptura canonica, doctrinae sanctorum
 omnium antefert dicens. Huius sancti doctoris sapientia præ cæ-
 teris, excepta canonica, habet proprietatem uerborū, modum
 dicendorum, ueritatem sententiarum, ita ut nunquam qui eum
 tenuit, inueniatur a tramite ueritatis deviassē, & qui eum impu-
 gnauit, semper fuit de ueritate suspectus. **Q**uid ergo contra Tho-
 mam faciunt præsumptuosorum & sciolorum latratus? Vide
 an tuus ordo peritiorem aut sanctiorem habuerit, quem sequa-
 ris, cum magnus Bisarion eleganter eructauerit, diuum Thomā
 inter sanctos doctissimum, inter doctos sanctissimum, immo
 teste ueritate, quæ Christus est, bene scripserit. **N**isi forte mibi Au-
 gustinus objiciatur, sed oporteret prius uerstra iurgia sopiri. Tu
 vero postergato non Thoma modo, sed doctore alio quolibet
 quantauis sanctitate præpolleat, ad probandum quod Romanus
 Pontifex decernendo de fide & moribus, possit errare, in-
 niteris baculo harundineo, tuam manum terebraturo, scilicet
 Abbatii Siculo, viro olim rebelli & scismatico, qui in Basilea,
 ubi basiliscus pullulauit, pileum iniquitatis emeruerit, qui etiam
 quemadmodum Sathanas in omni suo opere, suam antiquam
 superbiam redolet, ita & ipse in omni sua doctrina redolet su-
 um scisma, ex qua re cogitur interdum ineptias docere, cum se-
 cum non habeat ueritatem, quæ etiam a te in hac re, in tuam
 tuique ordinis ignominiam proscripta est. **N**empe ait, quod
 Pontifice Maximo & concilio deside dissidentibus, ei standum
 esset, cuius rationes essent meliores. **O** irrefragabilem uirum,
 cui inniteris irrisio dico Thoma in re tanti momenti, apud quē
 Ecclesiam insufficienter institutam dixeris, quippe cum ene-
 nire possit litigium, quod Ecclesia terminare non possit. **Q**uis

enim inter Pontificem & cōcilium iudicabit, utræ rationes sint
potiores: nisi aut idē sit index in causa propria, aut infideles uel
ecclesiam uniuersalem iudicem tum tuo Siculo facias, ac perinde
de ab extremis terræ omnes uetulas cōuocemus, ne illæ desint
apud quas est uera fides. Sed quia eiusmodi ad alium tractatum
attrinent, missa sint. Adjicis & Gersonem in tui munimen, qui
& ipse de potestate Pontificis pessime sensit & scripsit, non mo-
do apud Thomam lumen mundi, sed apud Doctores tui ordi-
nis & apud Canones. H̄i Doctorelli cum te faciant de Roma-
na Ecclesia superbe sentire, & multi alij qui æquo animo non fe-
runt eam esse caput Ecclesiæ, sunt tibi Martine frater, multo
rum erratum causa. Quid autem mirum quod Thomam ni-
hil pendas, cū & Aristotelem ipsum, quem tota natura (ut ita di-
xerim) miratur, & cuius ueritate, Boetio teste nihil clarius, & in
cuius doctrina siue in Logicis, siue in Physicis, siue in Moralibus
hactenus nulla sit inuenta falsitas, præter id quod non certe sed
eodem teste dubitatque de mūdi æternitate sensit, tu adeo de ho-
nestas, ut tuis deberes uerbis erubescere. Reliquum est ergo, ut
te authore quasi altero Archita uel Platone aut Pythagora, non
Thomam modo aut Aristotelem, sed Doctorum omnium qui
celebrantur, cum a scriptorum cœlestibus tum etiam nō ascripto-
rum scripta in melius commutemus, quasi nesciū rerum incon-
siderate scripserint, & Pontifices inaniter indulserint uenias. Oc-
currit nūc dictum illud tuum, quo me cum scriptis diuæ Puden-
tianæ, aut egregij martyris Sebastiani irrides, quasi ego h̄ijs uul-
gi opinionibus sim probaturus, quod ecclesia per uenias conce-
dat animarū liberationem a purgatorio. Non cirabo antra uel
criptas, sed authores tales, quos si negabis, negaberis & damna-
beris. Quam uero tu subtiliter probaueris tua, per clementiam
citatā, propediem uidebis, illud tamen non silebo modo, quod
reuera egregius apparuisti Canonista, & qui omnium sancto-
rum doctrinæ alpernaris, inæstimabilem & immensam molem
in glossula & quidem male intellecta fundasti. Sed ut dimittam
Thomam, & ad propria me cōuertam, crebro me adulatorem
uocas, quod quidem purgare erubesco, tibi tamen aliorum gra-
tia responderim, quod ea quæ de Pontifice Max. scripti, minora
sunt uirtutibus eius personalibus. Cum autem uerū protulerim

(teste Clero & Populo Romano ac toto pene orbe) qua temeritate de intentione mea iudicare præsumis: Quin & partes meas egi, si te impeterem. Pontificem, cui fidem ex Christiana religione, & ex proprio iure iurando debeo, reieci. An non æque licet mihi cū ueritate ad defensionem laudare Pontificem, quem tu quantum ad te attinet, grauiter foedasti, sicut & tibi cum falsitate bene maledicere? In qua re omnium quos unquam legerim palmā triumphum reportas. Quid autem dicas per Germaniam tuam id dici scilicet, quod adulatorie docuerim, respondeo me tibi illud non credere, sed potius quod mea scripta & in hac re & in alijs, maiori honori & reueretiae in Germania sunt quam tua, & forte quam esse possint. Probauerim ista facilime & de meis in sphera, ac rhetoricais commentarijs, & de aurea rosa, & Sylvestrina, & epithomate Capreoli quod Lipsis ex legato publice legitur, ut accepi, & de alijs, nisi timerem quod superbium aut uanum me acclamares. Video autem nunc te iterum querulis agere, quod te Pontifici inuidiosum efficiam. Sed utinā tua scripta, & tuum aliquid quod taceo, nō te Pontifici tantum sed uniuerso orbi Christiano infensum fecerint. Ego enim meo more si uere & humiliter senseris, pro uiribus te iuuabo, nec uana loquere. Ingentem ignem palearum folliculis concitasti, & modo dicis quod silendo te eripere hinc nequeas. Utinam te sineres eri pere bonis & dulcibus uerbis, sed quod deterius dixerim, ad priorem excusationem noua euomis & falsa & scandalosa, quibus tamen niueum scutum apponis, quasi non assertive sed disputative loquaris, ac si leue & non graue peccatum sit, talia ex dubitate disputare, & deinde te ad futurum cōcilium quasi ad singulare præsidium reducere, quod te tuus ille scismaticus forte doceuerit. Nec tamen interim uolo Romanorum me scelerum patrum uocites, ut interrogando minaris, sed magis si liber Romanæ doctrinæ non patronum quidem, sed professor est magis, & pro uiribus defensorum. Sed ut Dialogum nostrum prosequamur, scribis te nescire an alium in Italia & alium in Germania habeamus Thomam, quod scilicet ego dissentiam ab hijs qui sunt in Germania meis. Sed hacin re haud tibi crediderim, quippe qui puto quod alios æque ut me false cites, & sicut nostra ita & aliena praeue intelligas, siue ingeniū siue affectum eius

scē causam putarim, & quę te recte intelligere inficiari nequis, int
obliquū detorques. **T**u ne me ad auras loqui putas, uerbi causa
unum aliquid in medium deducam. Revolute oro diligentius
si lubent, uerba mea, & diligenter aduerte, an ex ijs haheri possit
quod pauperi sine ueniali peccato eleemosyna negari nō possit
ut miliu fallo ascribis, in qua re grādi uerbo sitate me insequeris,
cum uon Syluester sed Martinus illud somnitarit. Si me intellexi
sti, qui illud ne cogitaui quidem, cur contra me tot mendacia
conuoluis: si uero me non intellexisti, ingenio sobriore lectioni
& studio te addice. Impingis quoq; in me mirabiliter & de phi
largiria & de ambitu dignitatum, quod eius rei gratia adulato
rijs uerbis applaudam. **A**d quæ aliud nihil dixerim, nisi quod
mei cordis secreta tu forte exploratoria tenes, quam ipse tene
am. Si carmen de dignitatibus agitur, scio me iuuenem Episco
patum cum sexcentum aureis reiecisse, forte autem ex senectute
delirus, aliquando potero a meo iustituto quod quadraginta
septem annis & eo amplius in uita regulari utilitate tenui, mol
litie deflecti. Sed nec officium ipsum, quod domini nostri mu
nere prosequor, me aut quæsiuisse aut appetiuisse scito, sed tan
tum gratias egisse. Breui autem si aduixero, me tibi & mundo
osteniurum dixerim, quod in medijs globis flamarum, cum
deliciarum & diuinitiarum, tum etiam dignitatum & illecebrarū
neq; tactus sum neq; afflatus. **T**u uero aīs, quod Christum in me
loquentem non audis, sed neq; ego uocem eius audio in te p̄z
ter unam qua te Pontifici prostrauisti. Sed aliud quiddam in te
mihi garrit, unde aut in neutro nostrum Christus loquitur, aut
alter surdus uel obaudiens est. **O**remus Christum, ut sermones
eius intromemus. Scribis autem me ex suggestione loqui dedas
mantū uenias eorumq; me exhibere patronum. Sed quā lon
ge in hoc quoq; a ueritate aberres, nouit omnium præscius De
us, cum ne uerbo quidem, ne apicibus dixerim, quicq; a quo quis
eorum exceperim, uiuit dominus, quin eos a principio, Mino
tas, cum dixerō a quo sit dispositio ad Dei gratiam requiſita po
teris uerum ferre iudicium, nunc uero, te ante completiū (ut a
iunt) euangelium, consignasti.

Peritis item cum quā Ecclesia de Conceptione Virginis sentiam,

dico autem me nescire cum qua, credere autem quod cum Roma, cum ex scriptis eius mihi mea sententia fluat, cū uero de cisa res fuerit, sciam cū qua. Interim autem credam cū ducentisse xaginta sex doctoribus, quorum nonnulli sunt ordinis tu, te autem cum tuo olim scismatico relinquam, crediturum ut placet. Adijsis, ut nil odiosum dimittas & de Reuchlino, q̄si ordo Praedicatorum illum insequatur, & nō uniuersitas Parisiana & Coloniensis. & ceteræ, quis autem eum tueatur ueritas, an Hebrei, an Chrysostomus. an utriq; nescio, unum tamē scio, quod officia mea quæ sunt viri iusti & misericordis, ignoras.

Ascribis quoq; mihi quod Entellum me esse effinxerim, cum ego Daret tantum, & hoc gratia ostentationis uirium, & prouocationis in pugnam, nominarim. Nunc autem tibi illud Hietonymi ad Aug. dico, memento dareis & Entelli, Entellum ætate grauem, iuuenta leuis Dares in uanâ risit, statim poenas daturus. Scribis postremo me pro uoto meo facultatem baptizandi te assumere, & quæcumq; animo meo insederint, nomina imponendi. Sed reuera nomen tuum proprium ego nunq; extuli, efferunt uero illud passim tui ordinis patres. Sunt q̄plura alia quæ in me tela contorques Martine, sed iam animus indignatur has res sordidas euoluete, præseruit cum nō amaro animo sed pleraq; ioco, plurima inter excusandū protulerim. Interim me accingam ad dicta tua quam plurima explodenda, oro autem te, si Christum amas, ne plus sapias quam oportet, sed ad sobrietatem, & quam ceepisti uiam perambules iugiter & peruerantur. Quod si feceris, puto quod etiam in meis auditurus Christum loquentem, & forte Syluestro quem nunc horres, tūc amicum fideliorem habiturus es neminem, **Vale.**

S

Excludebatur hoc opus typis Mense Augusto Anno. M. D. XIX.

1862564

S
C L I B E R.

Candidum ac liberum lectorem opto.